



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. A. Tractatvs De Privilegiis Ecclessiae

Zanchi, Lelio

Veronae, M. D. LXXXVI.

Tractatvs De Priuilegijs Ecclesiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61627)

D. A.
AD BEATISSIMUM
SIXTVM QVINTVM

Pontificem Maximum.

TRACTATUS

De Privilegijs Ecclesie.

Excellentissimi D. Lelij de Zanchis I. C. & Equitis
Veronensis.

S V M M A R I V M.

In Proœmio.



1 **E**CCLESIA est domus domini.
2 Inuocatio nominis Domini necessaria.
3 Antiqui inuocabant Iouem & alios.
4 Deus scientiarum Dominus.
5 Homo magnum miraculum est.
6 Ecclesia est basis fundamentum ac nauicula.
7 Anima mater est ecclesia, & eius alumna est anima.
8 Privilegium dicitur quod continet specialem gratiam contra, uel preter ius.

- 9 Deo redditur quod est suum, & quod est Cæsaris Cæsari.
- 10 Christo data fuit omnis potestas.
- 11 Christus dedit potestatem ecclesie in Beato Petro, & eius successoribus.
- 12 Ecclesia dicitur mater, caput, & corpus, domina, & filia.
- 13 Ecclesia est thronus Dei à qua nascuntur fulgura miraculorum.
- 14 Sufisionum transgressio pœnam non meretur.
- 15 Ecclesia appellatur multis modis.
- 16 Ecclesia est plena misericordie, & nunquã clauditur eius gremiũ redeuntib.

houp

A Ecclesia

Procemium.

- 17 Ecclesia est corpus Christi.
18 Ecclesia cathedralis intelligitur appellatione ecclesie matricis.
19 Ecclesia appellatione in materia odiosa, & pœnali non uenit hospitale nisi sit Religiosorum.

P R O O E M I V M.

1



2

3

4

5

6

8

VM de priuilegijs ꝛ ecclesie domus Domini nostri Iesu Christi aliqua compilare decreuerim, ꝛ absq; eius nominis Inuocatione quicquã boni agere nõ possum, nam si Prisci illi Iouem, alij Martem, alij Saturnum, alij Venetem, ꝛ alij Proserpinã inuocabant, & si Diuinus Plato in primo Thimei diuinum auxilium implorandum attestatur, multo fortius mihi. expedit, & conuenit Sanctissimum nomen tuum ò pijsime Domine Iesu Christe, ac Beatissimæ genitricis matris Mariæ inuocare, prout summa cum reuerentia inuoco, ceptis aspirare, & ad optatam me tam fœlici euentũ me ducere, ꝛ nam tu scientiarum Dominus es, vt in primo Regum cap. 11. Ideo da mihi intelligentiam, & sapientiam, vt ingrediar & egrediar coram populo tuo ad utilitatẽ, & salutem omnium sub signo tuæ sanctæ crucis militantium, & si ꝛ magnum miraculum est homo, inquit Mercurius Trimegistus, quod percipi potest, cum ad similitudinem Dei, cœlique procreatus sit, & ab Angelis paulõ diminutus, tamen sine ecclesia nihil esset, quia veluti cætera animãtia uiueret, ecclesia igitur est basis, & fundamentum, ac nauicula, quæ ad portum salutis eternæ uehit, homo limus, & umbra, non accedente, & recedente, ꝛ anima cuius mater est ecclesia, & cui anima est alumna, de ea idcirco præfertim ad gloriam omnipotentis Dei, ac Beatissimæ Matris Mariæ verba facio.

Et cum hic tractetur de priuilegijs ecclesie, notandum est ꝛ priuilegium esse illud, quod continet specialem gratiam concessam alicui, contra, vel p̄ter ius commune, & isto modo ecclesia non indiget priuilegio humano, quantum ad iurisdictionem in spiritualibus, & in delictis, & in quibuscunque actionibus personalibus, seu contractibus, in quibus potest notari peccatum, quia hanc habet à Deo, sed cum executio huius iuris pluries & in pluribus locis fuerit impedita, aliqui Reges & Principes admodum religiosi statuerunt, quod ecclesia non impediretur in executione huius iuris. talis ordinatio largo modo vocari potest priuilegium, non ex eo quod

quod conferat ius, sed quia tollit impedimentū executionis iuris debiti, verū enim est, quod cū inscripto sit de priuilegijs ecclesie, non debemus intelligere de priuilegijs humanis, q̄ per
 9 cipi potest ex auctoritate Matthæi in cap. 22. ibi: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo: vnde ex ijs verbis innuitur diuisio iurisdictionum, & distinctio personarum, quam
 10 Christus facere potuit, vt attestatur Matth. cap. vlt. ibi legitur. † Christū dixisse, data mihi est omnis potestas in cælo, & in terra, & Apo. 1. ergo habet temporalem, & spirituale potestatem. Iurisdictiono spiritualis, quā habet ecclesia a Christo respicit vltimū
 11 finem, videlicet vitā eternam, pro qua acquirenda. † Christus prædictam potestatem dedit Ecclesie in Beato Petro, & eius successoribus, a quibus secundum emergentia fuerunt conuocata concilia in nomine Spiritus sancti, & fuerunt facta multa decreta, quæ licet sint humana tanquam ab hominibus prolata, nihilominus fuerit ex inspiratione diuina, & respectiue, quia leges canonice in pluribus cum ciuilibus discordant, merito ab
 12 ipsis statuta talia appellari possunt priuilegia, & quia sunt in maximo numero, propterea aliqua quæ mihi magis de essentia videbuntur referam, ex eo etiam quod alijs de causis legalibus sum satis impeditus, & infirmitate excruciatus.
 13 Imprimis animaduertendū, q̄ † Ecclesia dicitur mater nostra item caput, & corpus, item Dña, item filia Car. in Cl. 1. de su. rr. col. 1. in fin. & sicuti de throno Dei procedunt fulgura, & voces atq; tonitrua & in circuitu eius die, ac nocte clamāt animalia feras, alas habentia, vt legitur in Apo. ca. 4. & 93. dist. ca. legimus ibi filius tonitruui, Et de pœnit. distinct. 2. cap. penata extra de
 14 elect. scriptū est in prin. Sane, † Thronus Dei Ecclesia est a qua procedunt fulgurā miraculorum, voces mandatorum, & suasionum atq; tonitrus comminationum, siquidē miracula sunt in Ecclesiasticis sacramentis, & alijs signis, vt de consecr. distinct. 2. cap. re vera extra de cele. mis. cap. cum matre, & §. quæ fuisse 1. q. 1. ca. teneamus, mā data sunt vt nō occides 23. q. 5. §. 1. & c. si non licet non mechaberis 32. q. 5. nō mechaberis, & q. 6. ca. si. & 14 in q. 4. ca. meretrices, † Suasiones sunt quorum transgressio pœnam non meretur, vt 4. dist. §. si. cōminationes sunt, vt omnis arbor quæ fructum non facit excidatur, & in ignē mittatur, extra de decim. ca. quamuis hæc quidem voces, atq; tonitrua, tam in die prosperitatis quā in nocte aduersitatis indefesse clamāt, siue pronūciant, & hi sunt doctores ecclesie 43. di. ca. si rector 7

q. 1. §. hoc tamen obseruandum est, §. seq. de renuntiat. ca. cum pridem §. propter malitiam quos diuina prudentia columnas immobiles in suæ fulcimentum ecclesiæ statuit, vt extra de accusat. 50. dist. cap. fidelior.

- 15 Videamus igitur † quibus modis appellatur Ecclesia: quando que Ecclesia est sanctorum collectio, vt 22. q. 1. ca. nuptiarum. 32. q. 4. ca. recurat in fi. est etiam Ecclesia Catholicorū, vel fideiū collectio de cōsecrat. dist. 1. c. Ecclesia & sic sumitur. 3. q. 4. cap. engeltrudam, Ecclesia est nomē grecum quod latine exponitur conuocatio, ex quo omnes ad se vocat, de expositione huius nominis Ecclesiæ adest c. quærelā ne prælat. vic. su. nā synagoga est congregatio quæ propriæ est Iudæorū, sed conuocari propriè est vtentiū ratione, & dicitur Catholica. i. vniuersalis, quia per vniuersum mundum est constituta; ita exponit gl. C. de sum. trinit. & fid. cat. super Rub. vel generalis dicitur in eadē doctrina ad instructionē vel administrationē, vt ex decreta Iulij Papæ cap. 2. vel dicitur Ecclesia secundum Grecos ab ecclys, 16 quod est misericordia, † quia ipsa misericordia plena est: nam nunquā clauditur gremium suum redeuntibus. inter claras C. de sum. trin. & fid. cat. Ecclesia est collectio malignantiū, odium Ecclesiæ malignantiū: est etiam murorum ambitus gl. in verbo matricem in clem. 1. de sentent. excommunic. quandoque sumitur, pro materiali Ecclesia & Ecclesiæ parietibus, † Ecclesia est corpus Christi est prælatura Ecclesiæ obuentiones Ecclesiæ sticæ prouenientes ratione Ecclesiæ Episcopalis Ecclesia & hæc desponsat Episcopus quādo consecratur. Viri Ecclesiastici 63. dist. c. 1. canonici matricis Ecclesiæ 13. q. 1. §. vlt. maior pars capituli 56. dist. c. Apostolica, significat etiam Episcopum tantum 7. q. 1. c. scire est quælibet Ecclesia prouinciæ cathedralis 18 non Romana, † nam appellatione Ecclesiæ matricis intelligitur Ecclesia cathedralis, sed non Romana, vt in c. cum super de vsu. Pal. gl. 2. in ca. cum clerici de verbo. signif. & 10. q. 1. c. antiquo Ecclesiæ cathedralis nomine etiam intelligitur Episcopus, & capitulum illius Ecclesiæ & non alij clerici quidquid enim relatatus sum de omni & tota Ecclesia nulla habita distinctione adducere & allegare profiteor significando, † quod Ecclesiarum appellatione in materia odiosa & pœnali non venit hospitale nisi sit religiosorū. Gemi. in cap. cupientes. §. 1. de elect. in 6. Felyn. in cap. de quarta in vers. & quod omne hospitale de præscrip.

De Privilegijs Ecclesie.

S V M M A R I V M.

1. In re propria quilibet edificare potest usque ad cælum.
2. Castrum vel turrim edificare nec vetus refarcire sine consensu Papæ vel Imperatoris non potest.
3. Statutum prohibens noua castra erigi intelligitur, quod possint antiqua ruentia reparari non tamen mutata forma.
4. Castrum fieri non posse nisi cum licentia superioris.
5. Ecclesiam unus quisque fabricare potest & in inchoatione fabrica requiritur auctoritas fabricæ.
6. Edificari in locis non exemptis potest secus in exemptis sine licentia sedis apostolicæ.
7. Ecclesiam edificare semper conceditur licentia.
8. Ecclesiam edificans domum orationis, & rem aptam ad salutem anime edificat.

Primum Privilegium.



AD enarranda privilegia ecclesie accedo regulariter
† quilibet in re propria liberè usque ad cælum edificare licitum est l. altius & ibi Bal. C. de seruit. & Bart. Soc. in cons. 142. & in cons. 15. in 1. par. & Bar. in cons. 170. † verum turrim, vel castrum edificare nec vetus refarcire sine consensu Papæ, vel Imperatoris potest Bal. in l. si ut proponas la secunda, in fi. C. de nup. Inno. in cap. Pisanis de rest. spol. in gl. sua in verbo non poterat, Alex. in l. 2. C. de oper. pub. & Bal. in Margarita castrum versus ciuitas, sed Abb. not. contrarium per tex. in cap. consuluit de Iud. † ubi statutum prohibens noua castra erigi intelligitur, quod possint antiqua ruentia reparari, non tamen mutata forma, quod intellige sine licentia superioris, si fiat ad emulationem, etiam cum licentia fieri non potest Bar. in l. 1. in prin. ff. quod cuiusque vn. nom. quod castrum non possit refici tex. in l. sacra ff. de re. diuis. Barto. in l. opus nouum. ff. de oper. pub. Ias. in l. ex hoc iure in 3. col. vers. nunquid autem. ff. de iust. & iur. Abb. in cap. Pisanis de rest. spoliat. Bal. in l. 1. ff. in initio, ff. de offic. præfec. vrb. tenet, quod sicut non licet de nouo facere ita, destructum, & inhabitatum non liceat reficere, quia castra fiunt, vel in limitibus, vel ad emulationem, vel castramentationem iuribus alle-

- 4 allegatis, † ideo fieri non possunt, nisi cum licentia superioris,
 5 † ecclesiā autem materiale vnusquisque fabricare potest, & licet
 in inchoatione fabricæ auctoritas Episcopi Diocesani requiratur.
 Hoc tñ fit, vt ibi orationem faciat, & crucē affigat auth. de eccl. tit.
 §. si quis autem, & de consecra. dist. 1. c. nemo el primo, & hoc ve-
 6 rum, † in locis non exemptis, in exemptis vero nullus potest edi-
 ficare sine licentia sedis apostolicæ, vt in cap. auctoritate de priuill.
 lib. 6. & cap. de locorum cum cap. seq. de consec. dist. 1. in hoc est
 differentia quia pro edificando castro aut fortilitio licentia a Supe-
 7 rioribus regulariter denegatur, quod autem in edificanda eccle-
 sia ne duntaxat denegatur, † sed semper licentia conceditur cū
 ex ore Domini nostri Iesu Christi dictum sit: Domus mea domus
 orationis uocabitur secundum Matthæum in cap. 21. nam fauen-
 8 dum est ei qui operam rei licitæ dat secus autem rei illicitæ, † qui
 ecclesiam edificat Dei domum & orationis rem licitam, & aptam
 ad vitam et eternam edificat.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia si fundata in solo alieno remanet libera si laicus sciuit, & non con-
 tradixit.
 2 Qui ecclesiam construxit tenetur, Dominum conseruare indemnem.

Secundum Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIA habet hoc priuilegium, † quod si funda-
 ta fuit in solo alieno, si Dominus soli erat laicus, &
 hoc sciuit, & non contradixit, sibi imputabitur,
 ecclesia libera remanebit. argumento 54. distin. cap. si
 seruus: si vero ignorauit, ecclesia remanebit constru-
 2 ta, & libera † nec efficiet laico censualis, sed ille tamen, qui con-
 struxit, tenetur, Dominum indemnem conseruare, l. is a quo. ff. de
 re. vend. & l. pen. ff. de pet. hared.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia sola debet dotari.
 2 Ecclesia mendicantium & monasterij habentis redditus non dotatur.
 3 Ecclesia debet dotari de manso non autem de agro.

Ecclesia

- 4 Ecclesia deus debet esse libera.
- 5 Ecclesiasticus iudex potest cogere fundatores capelle in ecclesia dotare & talis obligatio transit in hæredes.

Tertium Privilegium.



ECCLESIA gaudet privilegio, quod debet dotari, nam quodlibet aliud edificium non dotatur, in hoc enim ¶ ecclesia est privilegiata dote, ut ex ea valeat sustentari, glo. in cap. secundum canonicam 23. q. 8. ¶ fallit tamen in ecclesia mendicantium, & in Monasterijs, quæ habent redditus, cap. 1. de censu. sed in qua quantitate debeat dotari videri potest, per prædictam gl. allegatam in qua habetur ¶ differentia inter agrum, & mansum: nam ager appellatur ubi est hortus ecclesiæ. Mansus est locus ex quo colligitur frumentum, & vinum, ideo de manso ecclesia dotari debet, ut valeat conficere eucharistiam, ut extra de censu. capit. sancitum est, & ita tenet Abb. in d. capitulo primo, de censibus. dos est necessaria pro sustentatione ministri. ¶ Ecclesiæ autem dos debet esse libera ab omni servitute, per alienationem, not. Inno. Host. Io. And. in cap. 1. de censu. hoc enim privilegium habet, quod alicui non competit, ¶ fundantes igitur capellas, vel ecclesias, cogi possunt per iudicem ecclesiasticum ipsas dotare, & ista obligatio transit in hæredem, nec debet agi contra tales fundantes multum seuerè, quia talis obligatio venit ex mera liberalitate, Abb. in cap. cum sicut, nu. 4. de consecr. eccl. vel alt.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia postquam fuerit edificata debet consecrari.
- 2 Papa concedit pluribus episcopis, ut possint simplices sacerdotes reconciliare ecclesiam.
- 3 Aqua exorcizata potest fieri per simplicem sacerdotem.
- 4 Consecratio potest fieri in tempore tam festivo quam non.
- 5 Ecclesia iam consecrata aliquando reconsecranda.
- 6 Iteratum non dicitur, quod nescitur factum.
- 7 Ecclesia non consecrata habet privilegium ut consecrata.

Quar-

Quartum Priuilegium.

- E**CCLESIA habet hoc priuilegium, † quod postquam fuerit ædificata debet consecrari, & ab aliquo sacerdote consecrari nō potest, nisi à proprio episcopo, nō autem ab alieno, nisi de licentia proprii, facit cap. tua fraternitas de consecr. eccle. vel alt. non episcopus ergo non potest etiam de licentia proprii reconciliare, vt in cap. à qua eod. tit. dicit tamen Inno. ibidem, † quod Papa pluribus episcopis concessit, vt possint simplices sacerdotes reconciliare ecclesiā, a qua tamē prius per Episcopum benedicta, & sic patet, quod ex concessione Papæ solum possunt reconciliare, non consecrare, intellige de ecclesia consecrata, quia ecclesia si consecrata bene potest reconciliari per sacerdotem aqua exorcizata tantum, vt in cap. fin. de consecr. eccl. vel alt. quia † aqua exorcizata potest fieri per simplicem sacerdotem, ex quo patet, quod non oportet fiat per episcopum, vel de licentia eius, secundum gl. in d. cap. fin. † hæc consecratio potest fieri in tempore tam festiuo, quam non, d. cap. tua fraternitas, † sed an ecclesia iam consecrata, aliquando sit reconsecranda, Abb. in cap. proposuisti de consecr. eccl. vel alt. in tribus casibus. Primus, quando nescitur an fuerit consecrata, vt puta quia non apparet aliquod signum per quod appareat consecrata, nec scriptura, nec testis, & huiusmodi de consecr. distinct. i. cap. ecclesiæ, vel altari, † quia non dicitur iteratum, quod nescitur factum, cap. solemnitates el primo, de consecr. distinct. i. cap. veniens de presbyt. non bap. Secundus si parietes sunt combusti, & decrustati. Ratio quia consecratio, & linitio fit in ipsis parietibus, & ideo licet non corruant, si tamen comburantur est reconsecranda, glo. est de consecr. dist. i. cap. ecclesiis secus si tectum comburatur, vel destruitur, quia non est reconsecranda, cap. ligneis de consecr. eccl. vel alt. Tertius si parietes ita coruerint, quod de nouo oportet ipsam reficere de eisdem lapidibus, & licet glo. & aliqui ibi velint, quod si nunc vna pars reficiatur, & postea alia, quod non sit reconsecranda, tamen Abb. vbi supra tenet, quod debet reconsecrari, quia in spiritualibus consideramus veritatem, & non fictionem, ita not. Archidi. in cap. i. de uot. lib. 6. Ideo est verum, quod non est in veritate, illa prima ecclesia, nec consecratio, quæ fuit in illa prima est in ista,

De Privilegijs Ecclesia.

9

ista, quia non est liquor, qui commisceatur, & hanc opinionem sequitur Inn. in Rub. eo. tit. † Ecclesia non consecrata an gaudet eo privilegio, quo gaudet consecrata? Abb. tenet, quod sic per tex. in capit. fi. de consecra. Eccl. vel alt. motus hac ratione, quando Ecclesia fuerit auctoritate Episcopi ædificata pro cuius robore multa habentur, in gl. allegati cap. fi.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia debet esse sine macula.
- 2 Ecclesia non reconciliatur nisi per effusionem sanguinis ex contentione, vel iniuria, secus si ex alio euentu.
- 3 Si quis supra tectum Ecclesiæ sagitaret, & moveretur non est Ecclesia reconcilianda.
- 4 Si quis se ipsum calore iracundiæ occideret Ecclesia reconciliatur, secus si esset furiosus.
- 5 Si cadauera excommunicati, vel pagani sepelirentur in cæmeterio Ecclesiæ non venit reconcilianda.
- 6 Cadauera excommunicatorum, & paganorum sunt proicienda.
- 7 Sacerdos pollutus si celebraret efficeretur irregularis.

Quintum Privilegium.



ECCLESIA gaudet privilegio, † quod debet esse sine macula, ideo si polluta fuisset, indigeret reconciliacione in aliquib. casibus, videlicet per effusionem sanguinis c. cum illorum, & ibi gl. de sent. exc. † Sed oportet, quod ista sanguinis effusio sit facta ex contentione, vel iniuria, sed si ex furioso, vel aliquo alio euentu, prout est ex caducitate ligni, vel lateris, sanguis effunderetur; non veniret reconcilianda. Host. in c. si Ecclesia. de cõf. Eccl. vel alt. et si sanguis non effunderet, sed homicidium ex violentia, & iniuria, perpetraretur, venit reconcilianda, c. unico. de consec. Eccl. vel alt. lib. 6. quod secus esset in homicidio casuali, vel ad eius defensionem commisso, gl. tamen in d. c. unico tenet contrarium, quia Ecclesia est polluta, ideo reconcilianda pariter reconciliatur, si letaliter vulneraret, & extra Ecclesiam vulneraretur, sed nõ è cõtra si mortaliter vulneraretur extra Ecclesiam, & in ea cõ sanguinis effusio.

B ne

- 3 ne moreretur, † Et similiter si supra tectū Ecclesie, quis existeret & sagitta vulneraretur, vel moreretur, ex quo extra ecclesiam factum videtur, non reconciliabitur; † si quis autem sane mentis in se sanguinē effunderet, vel se ipsam occideret calore irę, Gemin. tenet in d. c. vnico, quod reconciliabitur, si autem esset furiosus secus, Cle. si furiosus de homicidi, † Si cadauera alicuius excōmunicati, vel pagani, sepelirentur in cimiterio consecrato
- 6 Ecclesia non venit reconcilianda c. i. de cons. Eccl. vel alt. & † cadauera si perspicui possunt, proijcienda, de con. dist. i. c. Ecclesia & in c. consulisti. de cons. Eccl. vel alt. & ibi Abb. reconciliatur si consecratio fuerit scripta per notarium excōmunicatū, si in ea fuerit effusum semen, de adult. c. significasti, sed si occulte effusum, non poluitur, gl. in d. c. vnico, & cap. significasti, sed si semen effunderetur in somnis, vel in matrimonio sub spe futura sobolis, secus hoc tamen communiter reprobat, per gl. in d. cap. vnico, & per cap. Ecclesiis de consecrat. dist. i. est enim tanti momenti † polutio, vt si in ea sacerdos celebraret, efficeretur irregularis, Gemin. in d. c. vnico, & si celebraret suspenderetur ab ingressu Ecclesie, cap. Episcoporum de priuil. lib. 6. & celebrando efficeretur irregularis, cap. is cui de sent. excom. lib. 6.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesie ornamenta, & vasa omnia ad eius vsum consecrantur.
- 2 Vasa destinata ad vsum Ecclesie illis ad usum humanum quis vti non pot.
- 3 Darius perdidit regnum thesaurum filios uxorem, quia rebus sacris vsum fuit.
- 4 Benedictio calicis, & vestimentorum incumbit Episcopo.
- 5 Sacerdos omnia paramenta benedicere potest.
- 6 Prasbyter pot omnia facere que sunt ordinis nisi sint ordinis Episcopalis.

Sextum Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIA est ita priuilegiata, quod non solum ipsa consecratur, † verū etiam omnia vestimenta, & vasa, ad diuinum cultū necessaria sunt consecranda, † nec illis ad vsum humanū sacerdoti vti licet, ca. semel. de re. iur. in 6. † Nam Darius, qui ob eius temeritatem, & audacia vasa sacra ad sacrificium destinata eis in eius vsum cū gauisus fuisset, omnia regna, thesauros, filios, dilectamque

Etamque vxorem perdidit, cui postea ex constantia diuina Magni
4 Alexandri, fuit absque honoris detractioe restituta, † sed cui in-
cumbit benedictio an Episcopo, vel sacerdoti, opinio aliquorum
fuit, quòd præsens benedictio calicis, & vestimentorum sit potius
ordinis Episcopalis, vt in cap. Abbates. de priuileg. lib. 6. immo cre-
do, † quòd sacerdos omnia paramenta benedicere possit, si præ-
6 byter † potest omnia facere, quæ sunt ordinis, nisi sint ordinis Ep-
lis, vel specialiter ei interdicta, c. quauis 98. dist. benedictio paramē-
torum cum nō sit ordinis episcopalis, q̄ patet, q̄ a cōpetit abbatib.
de cōsuetudine, d. c. Abb. q̄ fieri nō posset si esset ordinis ep-
gu. c. pe. de consecr. ec. vel alt. nec est eis prohibitum, patet quia in
d. cap. quamuis prohibetur consecratio sacerdotum, diaconorum,
subdiaconorum, virginum consecratio, & etiam ecclesie, vel alta-
ris crisma cōficere, crismate frontes baptizatorum signare, & alia
facere, cap. ministrare 26. q. 6. nec corporalia debet consecrare, er-
go vestimenta potest, quia in cap. vestimenta, & in cap. vasa de con-
secrat. dist. 1. nihil dicitur de Episcopo, quare ea omnia potest, quæ
pertinent ad missarum celebrationem, quæ non fiunt cum sacra-
vnctione, & quæ non sunt specialiter prohibita alia huiusmodi be-
nedicere possunt, d. c. quamuis nisi præsens fuisset Episcopus, quia
non liceret cap. denique 21. dist.

S V M M A R I V M.

- 1 Relictum in testamento minus solemniter voluntate condito tenet.
- 2 Relictum ad pias causas valet in qualibet voluntate.
- 3 In relictis ad pias causas non requiritur, quod testes sint rogati.
- 4 Si causa pia tractatur coram iudice seculari est terminanda secundum ca-
nones.
- 5 Si statuto cautum fuisset, quod vltima voluntas non valeat nisi fuerit posita in
registro non habet locum in relicto ad pias causas.
Idem de muliere, quæ non valet facere testamentum sine consensu consan-
guineorum.
- 6 Testamentum ad pias causas valet absque hæredis institutione.
- 7 Testes duo sufficiunt in testamento ad pias causas.
- 8 Testamentum non completum ob euentum mortis ad pias causas va-
let.
- 9 Legata ad pias causas si mortuus resurgeret non reuocaret testamen-
tum.
- 10 Resurrectio est duplex.

Septimum Privilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet privilegio, quod † relictum
 2 in testamento minus solemniter voluntarie condito
 tenet, extra de testamen. cap. relatum el primo, &
 cap. cum esses vbi concludit Abb. quod in † reli-
 ctis ad pias causas valet qualibet vltima volun-
 3 tas in presentia duorum testium, etiam sine præ-
 bytero, & iste est propria casus, d. cap. relatum: In
 alijs vero relictis requiritur præbyter, vel duo loco sui, cum alijs
 duobus testibus, † & in his relictis ad pias, causas, non requiritur.
 4 quod testes sint rogati, vel quod omnes sint masculi, vel quod hæ-
 reditas sit adita, & generaliter secundum Bar. in l. i. C. de sac. sanct.
 eccl. in eis cessat omnis solemnitas iuris civilis circa prædicta, di-
 5 stinguuntur, quod aut loquimur in relictis ad pias causas, & tunc suf-
 ficiunt duos testes idonei, siue in foro ecclesiastico, siue seculari per
 d. cap. relatum, aut loquimur in relictis ad non pias causas, & tunc
 aut loquimur in terris subiectis ecclesiæ, & saluanda est dispositio,
 cap. cum esses, vt scilicet valeat testamentum cum duobus testibus
 & præbytero parochiali, aut loquimur in terris Imperij, & tunc
 testamentum non valet, nisi seruetur solemnitas requisita per le-
 ges civiles, & hæc opinio de consuetudine seruetur, per l. minime.
 ff. de leg. & secundum hanc opinionem euitatur legum correctio.
 6 Notandum tamen, † quod si causa pia tractatur coram Iudice se-
 culari, terminari debet secundum canones, non autem secundum
 7 leges, tam in terris ecclesiæ, quam Imperij, † si statuto cautum
 fuisset, quod qualibet vltima voluntas non valeat, nisi fuerit posita
 in registro, tale statutum non habet locum in relictis ad pias causas
 pariter etiam si ad adesset statutum, quod mulier non valeat face-
 re testamentum sine consensu consanguineorum, ita not. Abb. in d.
 cap. relatum, & ex prædictis patet, † quod valet testamentum ad
 pias causas, licet in testamento non fuerit institutio heredum, vel
 non adita hæreditate, vel non facta insinuatione testamenti, infra
 tm̄ tps, vel vbi defuerit alia solemnitas iurispositiui, nam sufficit
 solemnitas iurisgentium, & diuini, vt in glo. in l. vbi numerus. ff. de
 test. † & sicut duo testes sufficiunt in relictis ad pias causas, ita
 ad reuocandum tale relictum, quod obtinet locum coram duobus
 testibus, fuit factum prius relictum, item si voluntas fuit perfecta

ratione voluntatis, sed non publicat a iuxta testatoris voluntatem, vt quia testator, † testamentum manu sua scripsit, volens postea illud redigi in publicam formam per tabellionem, sed morte, aut aliquo malo euentu præuentus, ante accessum tabellionis, & testiū valebit testamentum tale quo ad pias causas, dum modo constet scripturam esse testatoris, Bar. in l. in testamento. ff. de fideicom. libert. nam licet non sit perfecta voluntas, est tamen voluntas, Abb. in cap. 1. de succ. ab intell. etiam in casu quo testamentum non fuit perfectum, vt si cepisset facere testamentum ex manu tabellionis, sed non potuit perficere, quia morte præuentus, sufficit quod legatum erat perfectum cum ad alia legata transierit, in hoc casu adest consensus naturalis, adeo quod sufficit, quod voluntas est perfecta, licet sit absque solemnitate, & hæc dispositio secundum Doc. 9 valere potest inter liberos, per l. si. C. famil. hercis. † legata ad pias causas ratione ecclesie, sunt ita priuilegiata, vt si testator resurgat, testamentum non reuocat, Barto. in l. 1. C. de sac. sanc. eccl. sed animo aduertendum, † quod duplex est resurrectio, qui surrexit moriturus, testamentum reuocat, sicut etiam reuocatur per natiuitatem filii præteriti, Imol. in l. filio præterito. ff. de iniust. test. gl. singularis in autem de hæred. & falc. s. exhæredatos Cyn. & Doc. in l. 3. C. de lib. præter. & ibi Ang. in d. s. exhæredatos, sed qui surrexit glorificatus, iterum non moriturus, prout omnibus datum erit in generali resurrectione, tunc testamentum non esset reuocandum, quia cessat illa causa, propter quam sunt facta legata, & cum quis non possit rebus suis vti, ideo aliis legat, l. senatus. s. donatio. ff. de do. cau. mor. sed quamuis ille resurrexerit, bonis vti non posset cum ea consumere non ualeret.

S V M M A R I V M.

- 1 Fundus emptus cum pecunia prouenta ex redditibus ecclesie efficitur ecclesie.
- 2 Fundus emptus de pecunia ex furto & rapina, si cum ea est acquisitus.
- 3 Res emptas de pecunia alterius quibus casibus efficitur illius cuius fuerat pecunia.
- 4 Priuilegium militis secularis: se extendit ad militem Dei.

Octauum Priuilegium.

- 1** **E**CCLESIE priuilegium est, ut si quis sacerdos, vel clericus emeret fundum de pecunia prouenta ex redditibus ecclesie, qui ille fundus sit effectus ecclesie, 12 q. v. cap. fixum, & 21. q. 4. cap. nunc queritur, nec etiam pietate motus alicui dare potest, nam si fundus fuisset emptus nomine ecclesie, uel alieno nomine, statim intelligitur acquisitus ecclesie, extr. de pecul. cler. cap. 1. & cap. inquirendum. Ideo a clerico alienari non potest. Item approbatur
- 2** si de pecunia ecclesie habita ex furto, uel rapina, fundum acquirat, ille fundus efficitur ecclesie & in hac opinione fuit Abb. in d. cap. inquirendum, & ibi glo. in qua habetur in quibus casibus res empta alterius pecunia efficiatur illius, cuius fuerat pecunia, quod res ita se habeat in clerico, Doc. opinio ita comprobatur, quod ab ea non est recedendum, l. minime ff. de leg. co. nu. maxime quod
- 4** conclusio hec habet locum in milite, unde ualet argumentum si qui priuilegium militis secularis si extendat ad militem Dei, Bar. & glo. in l. miles, ff. de re. iud.

S U M M A R I V M.

- 1 Bona ecclesie non possunt pro debito alieno obligari, alias suspenderetur contrahens.
- 2 Alienationis uerbum continet conditionem, donationem, venditionem, permutationem, & emphiteoticum perpetuum contractum.
- 3 Alienatio ecclesiasticarum rerum fit ex quatuor modis, ex necessitate, ex utilitate euidenti, ex pietate, & ex incommoditate.
- 4 Prelatus iurans non alienare non obstante iuramento poterit alienare res modici momenti.
- 5 Modica res est exempta ab omni solemnitate.
- 6 Consensus si requiritur in alienatione an sufficiat consensus presentium.
- 7 Absentes non sunt vocandi nisi in tribus casibus.
- 8 Alienatio rei mobilis vel immobilis an sit prohibita & quando requiritur solemnitas in alienatione ibi.
- 9 Alienatio bonorum que seruari non possunt, non potest fieri sine consensu Papae.
- 10 Alienationes in casibus permissis valent dummodo non sint factae a Scismaticis.

Nonum Privilegium.



ECCLESIA gaudet privilegio, quod eius bona non possunt pro debito alieno obligari, & si quis esset tante temeritatis, ut ea obligaverit, suspenderetur ab omni administratione, tam temporali, quam spirituali, extr. de solution. capite secundo. Pontifex tamen hec sententia relaxari, quia summus Pontifex sibi absolutionem non retinuit, extr. de sent. excommu. cap. nuper, nec Episcopus pena predicta respicit, cap. quia periculosum extr. de sent. excommu. lib. 6. regula igitur talis est, quod nulli licet rem immobilem ecclesie alienare, neque agrum sub specialis

- 1 hypothecę titulo obligare & alienationis verbu continet conditionem, donatione, uenditionem, permutatione, & emphiteoticu perpetuu contractum, c. nulli de re. eccl. non alien. sed alienatio ecclesiarum rerum, aliquando fieri potest, dum altero de quatuor modis fiat, ex necessitate, ut si de fructibus ecclesie creditoribus satisfieri non possit, ex utilitate evidenti, ut quando rem meliorem consequitur autem hoc ius c. de sacr. san. eccl. & 10. q. 2. cap. hoc ius & c. sine exceptione. 12. q. 2. ex pietate potest fieri alienatio, pro redemptione captiuorum, nam illa sunt uasa preciosa, que redimunt animas a morte, ille verus thesaurus est, cap. aurum. Ex incommoditate, & ex re minus utili, cap. terrulas 12. q. 2. Ex solemnitate seruata antedicta fieri potest alienatio, permitente tamen auctoritate summi Pontificis, cap. ut super de reb. eccl. non alien. & sed si prelati iurauerit non alienare, non obstante tali iuramento, poterit alienare res modici momenti, Abb. in d. capitulo ut super
- 2 & nam res modica est exempta ab omni solemnitate, d. ca. terrulas
- 3 & sed quid si in alienatione consensus alicuius capituli requireretur an sufficiat consensus presentium, an necesse sit receptare absentium consensum, concludunt Inno. Hostie. in cap. 1. de his que fi. a prelati. & ibi idem tenet Henri. Bohic. idem tenet Card. Flo. in d. cap. 1. & sequitur Ant. de Butr. per regulam positam in glo. in cap. presentium extr. de test. ubi dicit & quod absentes non sunt vocandi, nisi in tribus casibus ibidem expressis, inter quos, non cadit presentium questio, sufficit igitur cui presteretur consensus, tunc presentium, forma antedicta seruatur in alienatione ecclesiasticę rei, ut
- 4 ut in d. c. ut super & sed an prohibita sit alienatio rei mobilis, & im-

mo-

mobilis unde distinguendum, quod res aliquę sunt quę seruando seruari possunt, & hęc non alienantur, nisi solēnitate præmissa, & sunt im mobilia, l. tutores la 2. C. de administra. tut. & cap. ius de his quę fi. à præl. Alber. per autem hoc ius. C. de sac. san. eccl. quod mobilia quę seruari possunt alienari possunt sine prædicta solēnitate, prout sunt animalia, & hoc nisi dicta animalia sint ad vsum cultunquę diuinū destinata, nam tunc locum obtinebit, autem præterea, C. de sacro san. ecclesi. vt nisi ex vtilitate, & necessitate veniant alienanda, sed an alienatio fieri possit sede vacante, si sumus in re quę seruando seruari non potest, tunc capitulum vel æconomus absque alia licentia alienare potest, & alienatio tenet, cap. 1. ne sed. uac. si vero sunt bona quę seruari possunt, alienatio fieri non potest, si- ne licentia Papæ, arg. d. cap. 1. ne sed. ua. & cap. 1. de reb. eccl. non alien. † alienationes in casibus permissis valent dummodo non sint factę a scismaticis, cap. 1. 12. q. 2. immo emptores tenentur ad restitutionē fructuum tam perceptorum, quàm percipiendorum, capitu. si quis præbyterorum de reb. ecclesi. non alien.

S Y M M A R I V M.

- 1 Legatum factum ecclesię de rebus immobilibus prælatus repudiare non potest.
- 2 Legatum censetur acquisitum ecclesię etiam si ipsa esset ignara.
- 3 Pupillus repudiare non potest fundum sibi legatum cum non possit alienare.
- 4 Solemnitas requiritur quando alienatur res quę ab ecclesia possidetur.
- 5 Prælatus in acquirendo non potest facere conditionem ecclesię deteriorem.
- 6 Legatum donationem absque debita solēnitate prælatus repudiare potest.
- 7 Donatio non acquiritur nisi uolenti non autem ignorantī.
- 8 Donatio facta ecclesię sub modo statim efficitur ecclesię.
- 9 Conditio tacita non facit legatum, vel donationem conditionalem.
- 10 Prælatus in acquisitis ecclesię non potest nocere.
- 11 Modus appositus vt causa finalis in contractibus ob modum non seruatum reuocatur secus si modus non fuit causa finalis contractus.
- 12 Modus semper presumitur quod non sit causa finalis contractus, qui donans ecclesię videtur donare propter Deum.

Decimum Privilegium.



1 **C**CCLESIA privilegio tali gaudet, ꝛ ꝓ solus præ-
 2 latus nõ potest legatum maximè de rebus immo-
 bilib. factum ecclesie repudiare, ꝛ quia & si eccle-
 sia huiusmodi legati ignara extitisset, eidem domi-
 nium rei legatę censetur acquisitum, l. cum pater
 s. furdo. ff. de leg. 2. nam si prælatus posset repudia-
 re, videretur alienare re ecclesie acquisitam. l. magis s. fundum. ff.
 3 de reb. eorum ibi dicitur ꝛ quòd si pupillus non potest repudiare
 fundum sibi legatum, cum non possit alienare rem suam, uidetur
 ergo quòd ex repudiatione sequitur alienatio. In cõtraria opinio-
 ne est Federic. in cõs. 8. motus hac ratione quòd ante acceptatio-
 nem legati nõ est quęsitum ius ecclesie, vnde repudiando potius
 nõ acquirit, quod alienat, sed in non acquirendo non requiritur
 4 solemnitas, c. cõ apostolica de his quę fi. à præla. ibi dicitur ꝛ quòd
 solemnitas requiritur, quãdo alienatur res quę possidetur ab ec-
 clesia, non enim est par ratio, lucra non capere, & quęsita perde-
 re, l. si sponsus. s. si maritus. ff. de donat. int. uir. & vxo. & respon-
 dendo ad s. fundum dici potest, quod ille tex. loquitur in pupillo,
 q non habet administrationem rerum suarum, secus in prælato, vñ
 de quemadmodum tutor tenetur quando potest acquirere pupil-
 lo, & non acquirit, l. quicquid. C. arbit. tut. ita & prælatus, tex. cum
 5 glo. 12. quæstio. 4. capitu. 2. glo. 16. quæstio. 6. s. fina. ꝛ vbi dicitur,
 quòd in acquirendo prælatus non potest facere conditionem ec-
 clesie deteriorem, idem tenet, Innocen. in capitu. 2. de dona. ta-
 men si prælatus sine causa repudiaret, potest compelli, vt satisfaciat
 ecclesie de suo, Abb. dicit hunc casum esse dubium, in capit.
 tua de his quę fiunt à præla. sed Bartol. in l. iubemus nullam. C.
 de sacrosanct. ecclesi. per distinctionem hanc materiam expedit,
 dicit gloss. quòd aut quæris, vtrum prælatus, possit præiudi-
 care ecclesie contrahendo, aut aliud faciendo, primo casu non
 potest præiudicare, nisi licitè contrahat, vt d. l. iubemus & Au-
 then. hoc ius. C. de sacrosanctis ecclesiis, secundo casu aut lo-
 quimur in quærendis, & potest præiudicare, aut in iam
 quæstis, & tunc aut negligendo, & potest ecclesie præiudi-
 care, faciendo contra se præscribi, vt in Auth. quas actiones.
 C. de sacrosanct. ecclesi. aut aliud faciendo, & tunc aut facit


C cum

cum consensu capituli, & potest ei præiudicare, ita loquitur
 d.l.iubemus aut sine consensu capituli, & tunc non potest præiudi-
 care ecclesiæ, vt in capitu. delictum de regu. iur. & ita Docto. illud
 6 cap. intelligunt. videtur tamen Paul. de Cast. vt in consi. 111. † quòd
 solus prælatus non possit repudiare legatum, sine debita solem-
 7 nitate, donationem autem repudiare potest, ratio diuersitatis
 percipitur, ex d. s. fundum, † donatio non acquiritur nisi volenti,
 & non ignorati, sed in legato sufficit factum testatoris solius, ac-
 8 quitur ignorantibus, licet reuocabiliter, d.l. cum pater. s. surdo & d.
 s. fundum ergo legatum est quæsitum, sed contra hoc videtur tex.
 in cap. verum de condit. oppos. vbi Abb. dicit, † res donata eccle-
 siæ sub modo, statim efficitur ecclesiæ, nec reuocatur, modo non
 seruato, nisi hoc in contractu sit expressum, ecce quòd donatio
 facta ecclesiæ, statim tenet, facta etiam sub modo, si ergo res
 donata ecclesiæ statim fit ecclesiæ, ergo ius est acquisitum ipsi ec-
 9 clesiæ, etiam ignorantibus, licet reuocabiliter, ita dicendum de lega-
 † tacita conditio non facit legatum, vel donationem conditiona-
 10 lem. l. conditiones, ff. de conditio. & demonstratio. si ius est eccle-
 siæ acquisitum, † in acquisitis solus prælatus non potest eccle-
 siæ nocere, ita tenet glò. & Docto. 16. quæstio. 6. s. fin. Innocen.
 in capitu. fraternitatis de don. tenenda est igitur distinctio. Bar-
 11 tol. in d.l. iubemus Abb. in d. capit. † verum dicit, quòd tam
 in contractibus nominatis, quàm non nominatis, si modus appo-
 situs fuerit, finalis causa contractus possit agi ad reuocationem,
 si modus non seruatur, l. cum te fundum. C. de pact. inter emptio,
 & venditio. & l. 1. C. de conditio. quæ sub mo. si tamen modus non
 fuit causa finalis contractus, tunc non agitur ad reuocationem,
 sed ad obseruantiam modi, l. ea conditio. C. de rescinden. ven-
 ditio. sed respectu donationis factæ ecclesiæ, tex. est singularis in
 12 d. capitu. verum, † semper enim præsumitur, quòd modus non
 sit causa finalis contractus, quia donans ecclesiæ sub modo, vi-
 detur principaliter donasse propter Deum, & in remissionem
 peccatorum suorum, modus ergo appositus non est causa fina-
 lis contractus, & ita non potest agi ad reuocationem, sed so-
 lum ad implementum, nisi fuerit expressum, vt possit reuo-
 cari, & ita cum ratio sit eadem, in vtroque concordabitur ius ciui-
 le, & canonicum.

S U M M A R I V M.

- 1 Donatio facta sub modo obmodum non seruatum per prælatum reuocari non potest.
- 2 Prælatus in acquirendis potest ecclesie nocere non autem in quæsitis.
- 3 Pactum de donatione facta, de non alienando an valeat?
- 4 Ecclesie bona possunt alienari pro redemptione nisi fuerint sub hac conditione donatæ vel quando.


Vndecimum Priuilegium.

- 1  C CLESIA gaudet priuilegio, † quòd donatio facta sub modo, ob modum non seruatum per prælatum reuocari non potest, quia delictum solius prælati, ecclesie nocere non potest, vt in regula delictum de regul. iur. vnde si datur ecclesie possessio, vt non possit alienari, & si aliene tur, vt possessio possit ab ecclesia reuocari solo prælato alienante reuocatio fieri non potest, secus si cum prælato, Capitulum cõsensum præstitisset ita dicunt Docto. in cap. breui de iureiuran. vbi dicunt, aliud esse respectu conditionis implendæ, nam tunc satis est, quod prælatus non impleat conditionem, ad hoc vt res non acquiratur ecclesie, quòd singulariter notatur, quia ratio diuersitatis est, † cum in acquirendis solus prælatus ecclesie nocere possit, non autem in quæsitis. † Sed videatur an pactum in donatione facta ecclesie de non alienando valeat, in autem alien. & emphyt. in §. sanctissimas 4 habetur, quòd † bona ecclesiastica pro redemptione captiuorum possunt alienari, nisi sub hac conditione fuerint donata, vt non alienarentur, Si necessitas etiam vrget, aliqui tenent per glos. d. autem vt non possit fieri alienatio etiam pro redemptione captiuorum: Alij dicunt, quòd in tali casu res tali modo sine conditione donata ecclesie ne alienetur, quòd possit alienari, dummodo ecclesia alia bona non possideat, quoniam si alias res haberet, non posset propter prohibitionem testatoris, vel donatoris alienare, ex quo necessitati ecclesie consuli non potest, licitè alienatur, si alia opinione ductus fuisset donator, non fuisset sanè mentis, cum de tali necessitate pia hoc facere debuisset, capitulum sicut 47. distinctio.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesie bona non possunt dari in emphyteusim nisi ex causa legitima.
- 2 Emphyteutica concessio est species alienationis.
- 3 Ecclesie res solita in emphyteusim concessa praelatus concedere potest.
- 4 Emphyteusis concessio fieri debet eo modo quo solita est, & quando vitietur, & quando corrumpat, ut ibi.
- 5 Emphyteusis concessio usque ad tertiam generationem si facta est ad quartam generationem sustinetur in tertia, in reliquo vitietur.
- 6 Bona que possunt in emphyteusim, & feudum dari sunt terra inculta, & hermes dummodo tradantur, ut reducantur ad culturam, ut ibi.
- 7 Emphyteusis concessio datur primae persone accipienti cum duobus heredibus & ultra.
- 8 Emphyteusis concessio an possit concedi pro heredibus extraneis.
- 9 Emphyteusis concessio potest dari ut transeat ad extraneos secus si simpliciter fuit facta concessio ut ibi.

Duodecimum Privilegium.

- 1  CCLESIA habet privilegium, † quod praelatus bona spectantia pleno iure ecclesie, non potest in emphyteusim concedere, nisi subsistente causa legitima, & debitis solemnitatibus interuenientibus, nec hoc refricandum in dubium, nam † concessio in emphyteusim est species alienationis, & si praelatus a iure prohibetur locare, res ecclesie ad longum tempus, multo fortius ei denegatur concessio in emphyteusim, quae magis est, quam locatio, si vero res, † ecclesie solita essent in emphyteusim concedi, bene praelatus posset, si ad ecclesiam aliquo casu reuenterentur, illas concedere in emphyteusim absque solemnitatibus in rei ecclesiasticae alienatione requisitis, ita colligitur ex text. in capitu. 2. de feud. quem ita communiter Docto. interpretantur, ut ait Didacus, libro 2. resolut. capi. 17. numero 4. haec est communis opinio, ut ait Socin. 169. numero 9. libro 2. quod est duplicatum, in consilio 120. libro 4.
- 2
- 3
- 4 † concessio in emphyteusim fieri debet, eo modo quo solita est.

& nemo dubitat, quia concessio ipsa corruat, difficultas est an vitietur in totum, an autem sustineatur, quatenus facta est intra solitam formam, multi fuerunt in opinione, quod non vitietur in totum, sed sustinetur quatenus est solita concedi, Bald. in authen. si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccle. ibi habetur, † quod si res ecclesie est solita concedi in emphyteusim vsque ad tertiam generationem, & concedatur in quartam, concessio sustineatur vsque ad tertiam tantum, & in reliquo vitietur. Hanc opinionem dicit esse communem, Ias. in authen. qui rem. C. de sacrosanct. eccle. Dec. in d. authen. qui rem quem refert Tiraquel. de retractu conuentionali in fin. operis numero centesimoquadragesimoquarto, Claud. in l. prima. §. Sed si mihi numero tertio. ff. de verborum obligationib. Curtius iunior de feud. in prima secunda principalis in sexta quaestione Alciat. in d. §. sed si mihi nume. 20. & dicit Didac. libro 2. resolut. cap. sexto numero 5, quod hec sententia est recepta, contrariam autem sententiam, quod immo in totum vitietur, tenet Barto. in d. authen. qui rem. numero septimo, Alexand. in consilio centesimoquadragesimosecundo. numero trigessimoprmo. libro 7. tenet, quod hac est magis communis, saltem quando est vnica concessio, contrariam opinionem amplector etiam in casu quo vnica tantum concessio facta esset, non enim debet vtile, per inutile vitari, quando recipit comodam diuisionem, sed si esset dare casum, in quo vtile ab inutili non posset commode diuidi, credendum esset, quod tota concessio vitietur, † sed quæ bona possunt in emphyteusim, & feudum dari? Terræ quæ sunt incultæ, & hermes, capitulo ad aures extra de rebus eccle. non alien. ita tenet Innocent. & Hostien. in d. capitu. ibi dicitur, quod æquum, & iustum est, quod talis alienatio fieri possit, vt res hermes ecclesie meliorentur, ita tenet Cardina. Florenti. & Anton. de Butr. in allegato, capitu. ad aures: dummodo res hermes, & incultæ tradantur, vt reducantur ad culturam, & quæ incultæ non afferebant tantam utilitatem, sicut quando sunt factæ cultæ, nam si incultæ afferrent tantam utilitatem ecclesie, sicut post culturam, non possent alienari, † sed vsque ad quam generationem possint res ecclesie in emphyteusim concedi, text. in §. emphyteusim in Auth. de non alienan. videtur innuere, quod non possint concedi, nisi in accipienti persona, & in duobus eiusdem personæ hæredibus, & sic in tertiam generationem, tamen contraria opinio tenenda, quod possint concedi ultra filios,

lios, & nepotes, s. licentiam in authen. de alien. & emph. hanc esse communem tenet. Alex. in conf. 110 nu. 19. lib. 3. & quod possunt concedi pro omnibus descendantibus vsque in infinitum, Gozad. 8 conf. 25. post n. 20. Dubitatur etiam, † an res ecclesie concedi possint in emphiteosim pro hæredibus extraneis, & in hoc articulo uaria Doc. loquuntur: Aliqui tenuerunt, quod concessio fieri possit pro hæredibus extraneis, Soc. in conf. 226. nu. 33. lib. 2. Alii uero tenuerunt, opinionem contrariam, quod non potest expresse concedi, ita ut transeat ad extraneos hæredes, & hæc communis Imol. in l. ex facto la grande nu. 14. in fi. ff. de hæred. inst. pro ut refert Alex. in l. etiam post nu. 3. ff. sol. mat. Imol. loquitur dum taxat quando emphiteosis est simpliciter concessa. Sed aduertendum ne equiuocetur, aliud est querere, an res ecclesie possint concedi in emphiteosim, hoc expresse acto quod transeat etiam ad extraneos hæredes, non est dubium quin possit, modo adsit legitima causa, & debite solemnitates interueniant, hanc opinionem esse communem attestatur Gratus conf. 128. nu. 6. lib. 2. si. n. his duobus concurrentibus possunt res ecclesie alienari pleno iure, multo magis debent posse alienari solummodo respectu utilis dominij, & in istis terminis procedit conf. Soc. supra allegatum. Aliud est querere an emphiteosis ecclesiastica simpliciter concessa alicui pro se & hæredibus transeat etiam ad hæredes extraneos.

S V M M A R I V M.

- 1 Delinquens ad ecclesiam confugiens ab ea violenter non potest extrahi.
- 2 Ecclesie hanc immunitatem violans punitur pecuniaria que tamen hodie est sublata ut ibi.
- 3 Delinquens extractus ab ecclesia violenter non potest per Iudicem secularem ad mortem condemnari nec ad pœnam corporis afflictiuam.
- 4 Ecclesie immunitas est concessa pro humana fragilitate et ab ea excluduntur publici latrones, nocturni agrorum de populatores, crassatores &c.
- 5 Ecclesie obseruantia quod constructa, & nondum consecrata immunitate gaudet.
- 6 Ecclesia destructa absque spe reedificationis immunitate non gaudet secus sub spe.
- 7 Oratoria priuata non gaudent immunitate.
- 8 Ecclesia non gaudet immunitate homicidij insidiosi
- 6 Idem in fure.
- 10 Ecclesia gaudet immunitate pro furibus casualiter furantibus, sed talis consuetudo

- tudo non seruatur ubi est magna copia furum.
- 11 Delinquens in ecclesia non est tutus in ecclesia.
- 12 Ecclesia uni iniuriam faciens omnes ecclesijs iniuriase uidetur.
- 13 Delinquens semel in ecclesia postea ob aliud delictum perpetratum ad ecclesiam confugiens non est tutus.
- 14 Iudæi confugientes ad ecclesiam non sunt tuti.
- 15 Ex communicatus non gaudet immunitate.
- 16 Ecclesia est tutum refugium Reo insequuto per curiam & qui vagauerit per loca pro fina.
- 17 Extraclaus ab ecclesia Iudicis audacia auctoritate iudicis superioris ecclesie restituitur.
- 18 Delinquens, confugiens ad sacerdotem portantem Eucharistiam in manibus est tutus ut in ecclesia.
- 16 Condemnato ad mortem nõ debet illa die quo data fuit Eucharista dari mors, licet consuetudo sit in contrarium.

Decimum Tertium Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet priuilegio immunitatis, ut si delinquens ad ecclesiam confugerit, ab ea violenter non potest extrahi, cap. inter alia de immun. eccles. & qui immunitatem hanc violauerit, punitur pena pecuniaria, cap. quisquis 17. q. 4. uidetur tamen quod hæc pena non seruetur, cum per desuetudinem fuerit sublata, glo. in cap. cum multę 15. q. vltima hanc penam omito, sed satis est, ut delinquens ad ecclesiam confugiens immunitatem consequitur, adeo quod violenter non possit extrahi, & si violenter extratus fuisset, & ab ordinario, vel rectore ecclesie et Iudici laico traditus, p delicto nõ põt ad mortem condemnari, vel ad aliam penam corporis afflictiuam, potest tamen pena pecunia puniri, vel alia pena extra Corpus, Doc. & Abb. in d. cap. inter alia & ne dicatur quod ecclesia sit delinquentis clypeum & tutum refugium, ad hoc ecclesie immunitas concessa non fuit, sed pro eo qui humana fragilitate in aliquod crimen incidisset, Ideo ab hac immunitate excluduntur publici latrones, nocturni agrorum de populatores, crassatores, insidiosa crimina perpetrantes, isti vero sceleratissimi viri pofsunt extrahi, & puniri pena conformi delictis, & hoc quotidie praticatur, & tanta est, & esse debet ecclesie obseruantia, quod ecclesia dumtaxat constructa, sed nondum consecrata, nec diuina officia

ia in ea celebrata immunitate gaudet, si auctoritate ordinarij fue-
 rit constructa, Didac. ait communiter receptum in q. 20. nume. 4.
 ita seruat cōsuetudo, pariter ecclesia interdicta gaudet immuni-
 tate, honor qui debetur ecclesijs ob reuerentiam Dei, ita docet,
 6 & iubet, † si autem ecclesia esset distructa, auctoritate superioris,
 vel absq; spe reedificationis, non gaudet, secus autem si auctori-
 te, vel sub spe reedificationis, nō intelligitur in his duobus amitte-
 7 re priuilegium, sed retinere. † Oratoria autem priuata, etiam si
 in eis celebrentur officia diuina, ex quo sunt loca priuata, & desti-
 nātur iuxta uoluntatem Domini domus, cuius uoluntas erit, quōd
 locus oratorij seruiat modō pro oratorio, modō pro thalamo, ideo
 8 non gaudet priuilegio, Abb. in cap. si. num. 4. de censi. † sed si pro
 9 homicidio insidioso quis non est tutus in ecclesia. † Idem videre
 tur dicendum de fure, nam furando insidiosē, & appensatē furatur,
 10 † hoc non est semper uerum, quia etiam casualiter furtum com-
 mittitur, ideo fures gaudent immunitate ecclesiæ, sed quia hoc cō-
 suetudo patitur; bonum esset eam non seruare in locis, ubi est ma-
 gna copia furum, nam deberent ab ecclesijs extrahi, & iudicibus se-
 cularibus tradi, prout seruatur in Gallia, ubi adest copia furum,
 11 igneus in l. i. s. si sibi manus. ff. ad Syllan. † si quis uero delictum
 committeret in ecclesia, non tuetur ecclesia cap. fin. de immunita-
 eccles. ratio hæc est, quia qui deliquit in ecclesia, uidetur ecclesiam
 offendere, eam igitur offendendo, indignus efficitur gratia, & be-
 neficio, non conuenit, ut eius turpitudine iuuetur, hoc enim proce-
 dit ne dum in homicidio, uerum etiam in ecclesia furantibus, An-
 gel. de Castro inter consi. Paul. de Cast. patris sui in cons. 498. num.
 1. li. 2. delinquens in una ecclesia, & ad aliam ecclesiam postea con-
 fugere, nec in ea est tutus, cum ecclesia, sit una uniuersalis per to-
 12 tum orbem † qui uni particulari ecclesiæ iniuriam facit, ecclesias
 13 omnes iniuriasse uidetur, † immo si in ecclesia semel deliquisset,
 si postea aliquo alio perpetrato debito ad ecclesiam confugeret, im-
 munitate ecclesiastica non gauderet, & ita fuit decisum per capel-
 14 lam Tholos. decis. 422. † nec Iudai confugientes ad ecclesiam,
 gaudere debent tali immunitate, ob eorum infidam pertinaciam
 se indignos faciunt Mars. in l. ex Senatusconsulto numero 7. & seq.
 ff. ad l. Cornel. de sicar. cum igitur sint Christiani nominis hostes,
 15 illis immunitatem aliquam prodesse non conuenit, † excom-
 municatus etiam gaudet ecclesiæ immunitate, & est communis
 opinio, Boer. in decis. 1 to. num. 7. habet tamen aliquam difficulta-
 tem, tamen ob honorem Dei in practica non receditur a communi
 tutus

6 † tutus est etiam Reus , qui insequutus fuisset à Curia iudicis , & postquam per loca profana vagauerit se recipiat in ecclesia , † ab ea extrahi non potest , & si iudices humani sanguinis sitibundi moti potius audacia , quàm ratione facerent , contrarium auctoritate iudicis superioris extractus ecclesie restituitur , Boer. in d. decis. 110. numero 9. † delinquens gaudet etiam immunitate , si ad sacerdotem portantem Eucharestiam in manibus confugeret , veluti ad ecclesiam confugeret , Ioann. Arno. in singula. 80. & illam opinionem communiter Doct. sequuntur Cagnol. in l. vinum numero 54. ff. si certum petatur , ratio est , quia in illa Eucharestia est Christus Iesus cuius intuitu ecclesia gaudet hoc privilegio , multo fortius in eo . † Idem dicendum est , quòd in ecclesia hinc est , quòd ad mortem condemnati , si datur Eucharestia , licet in aliquibus locis denegetur illa die quo fuerunt communicati , non debent ultimo supplicio affligi , Clar. in quæstio. 99. numero tertio , tamen consuetudo in contrarium seruatur.

S U M M A R I V M.

- 1 Index secularis non potest extrahere delinquentem auctoritate propria .
- 2 Index debet habere licentiam ab ordinario pro extrahendo delincente ab ecclesia.
Contrarium pluries seruatur , ut ibi.
- 3 Index secularis in extractione delinquentis debet vni modestia , quòd extractu fiat absque tumultu & offensa personarum ecclesiarum.
- 4 Ecclesie extractus indebitè restituitur.
- 5 Iudices utentes propria auctoritate non expectata licentia extrahendi delinquentem committit peccatum.
- 6 Iudici non licet ponere custodiam quando delinquens non potest extrahi ab ecclesia.
- 7 Ecclesie immunitas prodest nedum delinquentibus verum etiam ex carceribus affugientibus & iam condemnatis , & bannitis.
- 8 Delinquens est tutus in ecclesia ita scholaris in scholis.
- 9 Domos Illustrissimorum Cardinalium franchisiam leuauit B. D. N. Sixtus V.


Decimum Quartum Priuilegium.

- 1 **E**CCLIESIA gaudet priuilegio, quòd † quando su-
 2 mus in casibus in quibus delinquens non est tu-
 3 tus in ecclesia, iudex secularis auctoritate propria ab
 4 ea extrahere non potest, Salycet. in l. si quis ei num. 6.
 5 C. de adult. † sed quòd dēt hoc facere habita prius
 6 licentia ab ordinario, licet pluries in tali casu iudices seculares ex-
 7 trahi faciunt delinquentes non expectata licentia Episcopi, quia
 8 dum expectatur, sepe delinquentes fugiunt, hoc est communiter
 9 receptum, Guid. Papæ decis. 12 r. ob timorem ne fugiant, quòd ve-
 rum sit debent. † Iudices seculares in extractione uti omni mode-
 stia, quòd extractio fiat absque tumultu, & offensa personarum ec-
 clestiarum, † & si reperirent extractos fuisse indebite, debēt
 ecclesiæ confestim restituere, certe iudicio meo. † Iudices pro-
 pria auctoritate vtentes, & non expectata licētia, vñr committere
 peccatū, quia censentur hoc facere quasi in contemptum ecclesię,
 & ordinarij, & ita contra illud euangelicum. Quod vni ex minimis
 meis feceritis, mihi feceritis, licet valerent se tueri, quòd hoc ege-
 rint, pro indaganda iustitia, & vt fortiatur effectum bonum, † si
 delictum est tale, quòd delinquens non possit extrahi ab ecclesia,
 & in eam confugerit, non licebit iudici seculari ponere, custodes
 circa ecclesiam, vt alimenta deferri non possint, & ita obsideretur,
 7 Didac. in cap. 20. post numer. 17. vers. 31. † immunitas ecclesię
 prodest, ne dum delinquentibus, verum etiam ex carceribus auf-
 fugientibus, & iam condemnatis, & bannitis, & etiam illis qui ad
 supplicium ducerentur, si transirent per ecclesiam, vel cimiteriū,
 8 & ipse immunitate ecclesię gaudent, † & sicuti delinquens est
 tutus in ecclesia, ita scholaris in scholis, hoc attestatur Rebuff. de
 priuileg. schol. pariter est tutus in Palatio Episcopi, & in domibus Il-
 lustrissimorum Cardinalium Sanctæ Romanæ Ecclesię, & licet cō-
 9 suetudo ita se habeat teste Manfredo in tractat. de Cardinal. cap.
 8. in 14. priuileg. tamen hodie ob frequentiam bannitorum, qui va-
 rijs molestijs affligunt homines, ex edicto nunc emanato iussu B.
 D. N. Sixti V. cui Deus sit propitius, quia optimæ se gerit, in Ponti-
 ficatu cum maxima charitate, & iustitia, † domos Illustrissimorum
 Cardinalium, non esse nec hospitium, nec refugium bannitorum.

S U M M A R I V M.

- 1 Ecclesia si corruiit ille tenetur reparare ad quem census ecclesie peruenit.
- 2 Prælatus siue ille ad quem peruenit census ecclesie in qua quantitate teneatur, dicitur ad quartam redditus.
- 3 Consuetudo si transtulit onus fabricæ in seculares ipsi tenentur.

Decimum Quintum Privilegium.

- 1  CCLESIA gaudet tali priuilegio, † quando Ecclesia corruiit, aut eget reparatione, ille tenetur reparare, & ædificare ad quem census ecclesie peruenit, capit. 1. de edific. eccles. quod non est in alio quocunque Domino, cuius corrueret, seu demoliretur proprium ædificium ille enim non potest cogi ad reedificandum, vel refarciendum, quod secus est in prælato possidente redditus ecclesie egentis reparatione † sed videndum de quanta quantitate teneatur, capit. allegatum loquitur quod teneatur ad reparationem, & generaliter loquendo ita debet intelligi, l. 1. §. hæc generaliter. ff. de leg. præsta. in isto casu ista regula non procedit, cum iam bona ecclesiastica recipiant limitationem, & ita ad quartam redditus tenetur, si spirituales ad hoc non sunt deputati, vel si consuetudo non transtulit onus fabricæ in populo, nec valet consuetudo contraria, vt in cap. cognouimus 12. q. 2. & in d. cap. 1. quod debet intelligi quando superest, aliquid detractis necessariis sibi alias non tenetur, & quod dicitur de prælato, intelligitur de omnibus beneficiatis, vt tenet, Abb. d. cap. 1. & cap. de his de eccles. ædific. † si vero consuetudo transtulit onus fabricæ in seculares, tenentur ipsi argumento capit. ad sedem apostolicam de simon. quod limitatur nisi ecclesia abundaret, & ipsi seculares essent egeni, cap. aurum cum similibus 12. quæstio. 2.

S U M M A R I V M.

- 1 Sacerdos solum rite ordinatus potest missam celebrare in ecclesia consecrata, vel in altari consecrato.
- 2 Altare non debet esse ligneum, uel terreum, sed lapideum: vt est altare consecratum

cratum viaticum.

- 3 Sacerdos potest construere altaria in ecclesia non consecrata, in consecrata autem non potest nisi de licentia Episcopi.
- 4 Altaria non possunt destrui nisi de licentia Episcopi.
- 5 Altare debet esse tale, ut capiat calicem, & hostiam adeo quod super lapidem conficiat consecrationem.
- 6 Celebrari non potest cum altari viatico, nisi in ecclesiis consecratis, et quod non sufficit licentia in locis non consecratis.
- 7 Celebratio fieri potest, quia ex gratia est concessum Episcopis.
- 8 Celebratio fieri non potest in oratorijs priuatis absque Episcopi licentia, secus in casu magne necessitatis.
- 9 Celebrare in loco non consecrato non licet, nisi de licentia Episcopi.
- 10 Celebratio non debet fieri in mari, in flumine.
- 11 Celebratio Missæ debet fieri à principio diei vsque ad nonam.
- 12 Celebratio Missæ non debet fieri sine lumine.
- 13 Mulier prohibetur ab eius ministerio.
- 14 Sacerdos celebrans sine lumine eius pena est depositio ab oīi officio, et beneficio.
- 15 Sacerdos celebrans sine aqua, pane fermentato, vel in vase ligneo non solum ex dolo sed crassa, & supina ignorantia in eadem penam incidit.
- 16 Sacerdos debet celebrare cum indumentis sacris aliàs mortaliter peccat.

Decimum Sextum Priuilegium.

- 1 **E**CCLISIA gaudet priuilegio, † q̄ missa debet celebrari a solo sacerdote ritè ordinato, cap. i. s. vna, de sum. tri. et fid. cath. in ecclesia cōsecrata, vel saltē in altari cōsecrato, vel si nō sit altare cōsecratū habeatur saltē altare paruulū, i. portatile; † Altare non debet esse ligneū, vel terreum, de consecr. dist. i. cap. altaria, & si non habet altare consecratum ad celebrandam missam, saltē habeat paruam tabulam lapideam consecratam, & dicetur altare uiaticum, in quo concedit Episcopis, & eorum superioribus in itinere celebrare, facere vbicunque, de priuil. cap. quoniam, lib. 6. †. Licitum tamen est presbyteris, construere altaria in ecclesia non consecrata, in consecrata autem, non potest nisi de licentia Episcopi, argumento 78. dist. cap. quamuis, de consecr. dist. i. cap. nullus presbyter † eodem modo sine consensu Episcopi non sunt altaria destruēda, cap. ecclesie, & cap. placuit, de consecr. dist. i. † debet altare esse tale ut capiat calicem, & hostiam, & quod in conficiendo teneat panem,


nem, & calicem, in manibus, adeò quòd super lapidem conficiat consecrationem, in locis autem non consecratis, cum altari viatico celebrari potest. Inno. in cap. 1. de consecrat. dist. 1. hac ratione, quia locus est consecratus ex quo ibi adest altare viaticum consecratum per Episcopum, licet multi teneant contrarium per cap. 6 missarum de cōsecr. dist. 1. asserentes, † quòd nisi in ecclesijs consecratis celebrari potest cum altari viatico, & quòd non sufficit licentiam in locis non consecratis, opinio autem Abb. † verior est, quòd celebratio fieri possit, per tex. in cap. si. de priuil. lib. vi. quia ex gratia hoc est concessum Episcopis, si liceret huiusmodi celebratio de iure communi pro vt sentit Inno. frustra fuisset concessum priuilegium, cap. vnicuiquam, & cap. si quis, de consecr. dist. 1. † In oratorijs priuatis non potest celebrari absque Episcopi licentia, in casu vero magnæ necessitatis iura permittunt celebrari in loco non sacro dum tabula portatilis lapidea sit consecrata, si homines sint in itinere, & non adsit ecclesia, cap. concedimus de consecr. dist. 1. † nisi de consensu Episcopi non licet celebrare in loco non sacro, d. cap. missarum † nulla autem necessitate, non licet celebrare in mari, uel in flumine, & extra ecclesiam ex necessitate celebrare non licet absque Episcopi licentia, missa celebrari debet à principio diei, usq; ad nonā, Scot. in 4 dist. 13. intelligēdo ab illa hora ex qua radij solares hemisphærium nostrum illuminant † per inaduertendum quòd missa non potest celebrari sine lumine, † & quòd ab eius ministerio mulier prohibetur; Host. in cap. quamuis de consecrat. dist. 1. & ca. si. de cele. miss. † Pœna autē sacerdotis, qui sine lumine celebraret est depositio ab omni officio, & beneficiis, † & si sine aqua, pane fermentato, vel in vase ligneo celebraret, & hoc non solum ex dolo verum ex crassa, & supina ignorantia, & notandum quòd sacerdos debet celebrare cum indumentis sacris, aliàs mortaliter peccat.

S V M M A R I V M.

- 1 Missam audire quilibet tenetur ne dum in die dominico, verum in omnibus diebus festiuis ex precepto ecclesie.
- 2 Missæ auditionem excusat necessitas, infirmitas, seruiens, infirmo, habens paruulos, habens iustum negocium, custos castri, puella nobilis, consiliarius.
- 3 Vidue non excusantur ab auditione Missæ ob mortem Mariti nisi per mensem.
- 4 Mulieres coningate excusantur ob scandalum si Missam non audiunt.

- 5 *Itinerantes non excusantur si cōmode audire possunt missam aliàs secus,*
 6 *Mulieres Missam non audientes ob paupertatem excusantur.*

Decimum Septimum Priuilegium.

- 1  **E**CCLESIA habet hoc priuilegium, † quod quilibet
 2 tenetur audire missam, ne dum in die dominico, verū
 in omnibus diebus festiuis ex præcepto ecclesiæ, cap.
 missa, & cap. omnes fideles, de consecra. dist. 1. † Ali-
 quando necessitas excusat ab auditione fideles, nam
 de illis loquimur prout sunt infirmi: pariter illi excusantur qui in
 firmis seruiunt, & qui paruulos habent, quos non possunt congruē
 ter dimittere sine periculo, qui haberent iustum, & arduum nego-
 cium agendum, & propter missæ auditionem impedirentur & offi-
 ciales qui officii ratione exire non possunt, prout sunt castri custo-
 des, & alii seruientes dominis excusantur, Domini, seu alii consilia-
 rii, qui tempore missæ super causis magni momenti puellæ etiam
 3 nobiles, diuersis respectibus cap. fi. de consuetu. † viduæ non ex-
 4 cusantur ob honorem mariti distin. 8. cap. consuetudo, nisi per tem-
 5 pus vnius hebdomadæ, uel mensis † mulieres vero conjugatæ ex-
 6 cusantur ob scandalum 33. q. 5. cap. noluit. † Itinerantes non excu-
 santur si cōmode audire possunt, alias secus si essent in societate,
 vel si uia esset difficilis, periculosa, non tuta à latronibus, si nulla
 existente causâ legitima desisterēt audire missam uideretur in cō-
 temptū facere, & ita peccarēt mortaliter. † Excusantur etiam mu-
 lieres ob paupertatem, quia eorum mariti vestes consuetas, pi-
 gnori dederunt, excusantur a peccato mortali.

S V M M A R I V M.

- 1 *Sanctorum corpora quæ sunt tradita sepulturæ nemo valeat transferre sine
 licentia Principis, vel Episcopi.*
 2 *Principis verbum intelligitur de Summo Pontifice.*
 3 *Sanctorum corpora si non fuissent reposita in loco perpetuo, tunc sine auctori-
 tate transferri possunt.*
 4 *Corpora fidelium tradita sepulturæ per excommunicatum, scismaticum, infide-
 lem, non debent propter hoc exhumari.*

Decimum Octavum Privilegium.

1 **E**CCLESIA gaudet hoc privilegio, † corpora san-
 2 ctorum, quæ sunt tradita sepulture perpetuæ, ne-
 3 mo erit tam audax, quod illa transferre valeat, sine
 4 licentia Principis, vel Episcopi, de consecrat. dist.
 5 1. cap. corpora, dicit enim ibi gl. † quod illud ver-
 6 bum Principis debet intelligi pro Summo Pontifi-
 7 ce, † si vero corpora sanctorum non fuissent reposita in loco per-
 8 petuo, tunc sine auctoritate transferri possunt, l. ossa. ff. de relig. &
 9 sump. fun. † corpora etiam fidelium si tradita fuerint sepulturæ
 10 ab aliquo excommunicato, vel scismatico, vel infideli, non debent
 11 propter hoc exhumari, de sacramen. non iterand. c. à nobis.

S V M M A R I U M.

- 1 Ecclesia sola facit excommunicationem.
- 2 Excommunicatio est quædam pœna respiciens salutem animarum, & infamiam parens corpori.
- 3 Excommunicatio duplex est, maior & minor & quid pari at.
- 4 Adam ex quo lignum comedit fuit excommunicatus.
- 5 Excommunicatio minor fit ex duplici capite, per præceptum à iure, vel per sententiam ab homine.
- 6 Excommunicare potest ille qui ius condendi habet, ut Pontifex Maximus.
- 7 Excommunicare possunt omnes prelati.
- 8 Excommunicare non possunt sacerdotes parochiales nisi esset consuetudo quæ etiam tribuit iurisdictionem.
- 9 Excommunicationis maioris casus sunt multi: hæreticus iam damnatus excommunicatus, hæreticorum receptatores.
- 10 Excommunicatio alia in qua quis incurrit tribus modis, ut ibi.
- 11 Excommunicatus qui se gerit pro Papa si non fuerit a duobus partibus Cardinalium electus.
- 12 Excommunicatus est Cardinalis qui postius in conclavi pro Papa faciendâ mittit literas vel nuncium alijs Cardinalibus.
- 13 Excommunicati sunt officiales, qui pendente electione non servant constitutiones.
- 14 Excommunicatus est Magister, vel Scholaris qui tractat cum aliquo siue de con-

de conducendo hospitio irrequisito inquilino nisi tempus conditionis fuerit elapsum.

- 15 Excommunicantur Monachi, Canonici regulares, Archidiaconi Decani Praepositi, et Plebani audientes leges, physicam.
- 16 Prohibitio est triplex ratione professionis: ratione ordinis & ratione beneficii.
- 17 Excommunicantur religiosi si tacite, vel expresse dimittunt habitum temerarie.
- 18 Cum excommunicato participans excommunicatus est.
- 19 Excommunicatur ille qui facit seruare statuta contra ecclesiasticam libertatem.
- 20 Excommunicantur spoliantes negociatores res eorum naufragatas.
- 21 Excommunicantur vsurpantes bona iura ecclesiarum vacantia.
- 22 Excommunicantur electores & electi ad regimen urbis.
- 23 Excommunicantur impediens visitationem monialium fiendas per suos superiores.
- 24 Excommunicantur procuratores instantes absolutionem ab ecclesiastica censura per vim.
- 25 Excommunicantur fingentes fraudulentem casum per quem iudex ad aliquam mulierem mittat pro testimonio, vel vadat.
- 26 Excommunicantur illi qui compellunt prelatos seu capitula ad submitendum laicis, vel alienandum bona immobilia ecclesiarum, seu iura.
- 27 Excommunicantur impediens litigare in foro ecclesiastico in causis quae de iure aut consuetudine ibi expediuntur.
- 27 Excommunicati sunt domini, qui prohibent subditis suis ne clericis vendant.
- 29 Excommunicantur qui faciunt aliquem occidere per assassinos.
- 30 Excommunicantur, qui concedunt represalias contra clericos.
- 31 Excommunicantur qui tempore interdicti sepeliunt in cimiterijs.
- 32 Excommunicantur religiosi qui debitas decimas ecclesiis sibi vsurpant.
- 33 Excommunicatur Monachi Canonici regulares qui non habentes administrationem in curias Principum, ut damnificent monasteria & prelatum.
- 34 Excommunicantur Monachi tenentes arma in monasterio sine licentia Abbatum.
- 35 Excommunicatur contrabente scienter matrimonium in gradibus prohibitis.
- 36 Excommunicantur praedicatorcs, qui suadent homines ad non soluendas decimas.
- 37 Excommunicantur facientes libellos famosos in infamiam.
- 38 Excommunicantur clericorum percussores, falsarij, incendiarij, & similes.

Decimum Nonum Priuilegium.



ECCLESIA utitur hoc priuilegio, quod sola excom-
 municationem facit † & est quædam pœna respi-
 ciens salutem animarum, & infamiam parens cor-
 pori, nam excommunicatio, uel censura ecclesiasti-
 ca, excludens à communionem fidelium, 11. q. 3. ca.
 nihil, uel est eterne mortis' damnatio 11. q. 3. ca. ne-
 mo Episcoporum, & cap. nullam festinanter, igitur qui mortuus est
 & ita separatus à Christo per excommunicationem, curare debet
 3 reconciliari, cum Christo, per absolutionem, † Duplex est excom-
 municatio. Maior, & minor dicitur anathema, & excludit homines
 ab ingressu ecclesiæ, à communionem fidelium, & à sacramentis, vn-
 4 de etiam Adam ex quo lignum comedit fuit exclusus 11. q. 3. d. ca.
 nihil, s. euidenter & de sent. excommunic. cap. si quem in gl. 3. Alia
 5 † excommunicatio minor, & illa tantum separat a sacramentis, &
 fit ex duplici capite: uidelicet, per præceptum à iure, uel per senten-
 tiam ab homine, alia separat à communionem fidelium, non sacra-
 6 mentorum, 5. q. 2. cap. præfenti Gos. de cler. excommun. uel interd.
 ministr. c. si celeb. s. si tamen scienter. † Sed quis est ille qui excom-
 municare potest. Quicūque habet ius condere, ut est Pontifex Ma-
 ximus in uniuersali ecclesia, & singuli Epi in suis diocēsib. 16. q. 2. c.
 7 uis 24. q. 3. c. corripiantur. † Omnes et prælati excōicare possunt,
 gl. in c. cum in cunctis de electio. citra Episcopum, sine tamen so-
 8 lemmitate de qua in 11. q. 3. c. debent † Sacerdotes parochiales non
 possunt excommunicare, nisi ubi esset consuetudo, quæ etiam tri-
 9 buit iurisdictionē. † Casus autem excōmunicationis maioris, sunt
 multi. Hæreticus iam damnatus est excommunicatus, 24. q. 1. c. 1.
 & 2. Hæreticorum receptatores, & eorum factores, & qui eos præ-
 sumpsit tradere ecclesiasticæ sepulturæ. Rectores impediētes,
 aut non auxiliantes Episcopos, & Inquisitores hæreticorum, ca. ut
 inquisitionis de hæret. lib. 6. Excommunicantur Domini tempora-
 les quibus datum est cognoscere de officio inquisitionis, si captos
 hæreticos liberant, d. c. inquisitionis, si deputati cōmissarii sede va-
 cante Epōrum sub prætextu officii Inquisitionis modis illicitis ex-
 torquerēt pecuniā, aut si bona occasione officii, fisco uel ecclesiæ ap-
 plicāt sunt excōicati, nec absolui possunt donec restituāt illis, à qui-
 10 bus extorserint, Cle. nolētes de hæret. † Alia est excommunicatio

E vt

- vt in cap. 1. de scism. in qua tribus modis incurritur, vt ibi, qui asserit contumaciter Romanam ecclesiam non esse ecclesiarum caput, & ei tanquam capiti non esse obediendum, est excommunicatus, 19. dist. cap. nulli excommunicati ecclesiasticæ libertatis, excommunicati sunt etiam qui exigunt pedagia, gabellas, à personis ecclesiasticis, & etiam pro rebus suis, nisi essent res causa negociationis, cap. quamquam de cen. lib. 6. † excommunicatus est, qui se gerit pro Papa, quando à duabus partibus Cardinalium non fuerit electus, cap. licet extra de elec. excommunicatus est, qui postquam electus est Papa, sed nundum coronatus literas electi impugnat, † excommunicatus est ille qui postquam Illustrissimi Cardinales sunt positi in conclauis pro facienda electione Papæ mittit literas, vel nuncium omnibus, vel uni eorum de elect. cap. vbi lib. 13. 6. † Excommunicati sunt officiales, qui pendunt electione non seruant constitutiones, capitu. vbi periculum de elect. libro sexto. 14. † Excommunicatus est magister, vel scholaris, qui tractat cum aliquo ciue Bono niensi de conducendo hospicio irrequisitis inquilinis, nisi tempus conductionis fuerit elapsum, cap. ex rescripto extra de loc. † Excommunicantur Monachi, Canonici regulares, Archidiaconi, Decani, Præpositi, Plebani, audientes Leges, vel Phisicam extra ne cleric. vel mona. capitu. super Specula. ibi habetur 16. † quòd triplex est prohibitio, ratione professionis, ratione ordinis, & ratione beneficii, vide per tex. † Excommunicantur religiosi tacite, & expresse, si temerarie dimittunt habitum, & si accedunt ad studium literarum prælatorum, extra ne cleric. vel mona. c. 18. vt. periculosa lib. 6. † qui in crimine participat cum excommunicato, est excommunicatus, capitu. nuper de senten. excommuni. 19. † Excommunicantur, qui seruari faciunt statuta, vel consuetudines, contra ecclesiasticam libertatem, cap. nouerit de sent. excomm. 20. † Excommunicantur spoliantes negociatores, res eorum naufragatas non restituentes, Romipetas cap. excommunicationi extra de rap. † Excommunicantur vsurpantes bona, iura ecclesiarum vacantis, capitu. generali lib. 6. de elec. † est & excommunicatio contra electores, & electos ad regimen Urbis, cap. fundamenta de elec. lib. 6. ibi ponitur ratio cur facta fuerit ista constitutio excommunicationis † Excommunicantur impediens visitationem monialium fiendas per suos superiores, Cle. attendentes dist. mon. intrates monasteria Ordinis Prædicatorum in casu non concessa à constitutionibus eorum, vel sine licentia ministri ordinis sunt excommunicati. † Excommunicantur procuratores instantes absolutionem

ab ecclesiastica censura per vim, c. episcopalis ext. quòd met. cau.
 15 † Excommunicantur fingentes fraudulenter casum per quem iu-
 dex ad aliquam mulierem mittat pro testimonio, vel vadat ext. de
 26 iud. cap. mulieres, lib. 6. de iud. † Excommunicantur illi, qui com-
 pellunt praelatos, seu capitula ad submittendum laicis, vel alienan-
 dum bona immobilia ecclesiarum, seu iura, cap. hoc consultissimo
 27 ext. de reb. eccl. non alien. † Impedientes litigare in foro ecclesia-
 stico in causis quæ de iure, aut consuetudine ibi expediuntur, ext.
 28 de immu. eccl. cap. quoniam libri 6. † Excommunicati sunt etiam
 Domini qui prohibent subditis suis ne clericis vendant, ca. eos, de
 29 immu. eccl. † Excommunicantur, qui faciunt aliquem occidere
 per assassinos, ext. de homic. c. quòd humani, Excommunicantur cle-
 rici, qui domos manifestis vsurarijs ad exercendum fenus locant, c.
 30 1. de vsu. in 6. † Excommunicantur qui concedunt repræsalias con-
 tra clericos, vel eorum bona, quando quis ab excommunicatione
 absoluitur in articulo mortis, vel alio impedimento, si cessante ar-
 ticulo mortis, vel impedimento, non repræsenteret se quàm citius
 31 poterit ei, à quo absolui debebat, reincidit † in eadem sententiam
 excommunicationis. Excomunicantur qui tempore interdicto se-
 peliunt in cæmeteriis publicè aut nominatos interdictos, aut vsu-
 32 rarios manifestos, Cle. eos de sepul. † Excomunicantur Religiosi, qui de
 33 bitas decimas ecclesijs sibi vsurpant, c. religiosi de decim. † Excomi-
 cantur Monachi Canonici regulares, qui non habentes administra-
 tionem in curias Principum, vt damnificent monasteria, & prælatus
 34 Cle. ne in agro dest. monach. † Excomunicantur monachi tenentes arma
 35 in monasterio sine licètia Abbatis, Cle. ne in agro dest. monach. † Ex-
 comunicantur cõtrahentes scienter matrimonium in gradib. prohibitis,
 36 Cle. eos de cõsan. & affi. † Excomunicantur Prædicatores, qui suadēt ho-
 37 mines ad nō soluēdas decimas, Cle. cupiētes de pē. Excomunicantur fa-
 38 scientes libellos famosos, in infamiam, & distractionem. † Excomican-
 tur clericorum percussores, falsarii, incendiarii, & similes &c.

S V M M A R I U M.

- 1 Excommunicationem omnem maiorem, siue minorem, Episcopus absoluerè potest.
- 2 Excommunicatos praelati sibi subditos absoluerè possunt, nisi Conditor Canonis sibi reseruauerit.
- 3 Excommunicatos Capitulum absoluerè potest, seu illi, ad quem Episcopalis iurisdictione vacante sede incumbit,

- 4 Excommunicationem minorem sacerdos absoluere potest, & à maiori in casu necessitatis cum ei sit commissa iurisdictio.
- 5 Absoluere potest, qui ligare potest, seu excommunicare, fallit in septē casibus.

Vigesimum Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet hoc priuilegio, quòd † Episcopus ab omni excommunicatione siue maiori siue minori regulariter absoluere potest, † & Prælatus sibi subditus, nisi conditor canonis sibi reseruauerit absolutionem, de sent. excom. cap. nuper. † Idem potest Capitulum seu ille ad quem Episcopalis iurisdictio vacante sede incumbit, c. vnico, ext. de maio. & obed. † Sacerdos à minori potest, vt d. ca. nuper à maiori potest in casu, necessitatis sacerdotes quibus non est commissa iurisdictio, absoluere non possunt nec à minori, † ea licet adsit regula, quòd absoluere potest qui ligare, seu excommunicare potest, fallit in 7. casibus capit. au diuimus 14. q. 1. cap. tua de sent. excom. cap. excommunicamus extr. de hæret.

S U M M A R I U M.

- 1 Eucharistia, & sanctum Chrisma debent sub clauē custodiri, ne temeraria manus ualeat illa accipere ob nefaria.
- 2 Sacerdos qui incumbit custodiae si fuerit negligens remaneat suspensus tribus mensibus ab officio.
- 3 Sacerdos si per eius incuriam aliquid nefandū euenerit Eucharistię aut Chrismati grauiori ultioni subiaceat.

Vigesimum primum Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIA habet hoc priuilegium † quòd Eucharistia, & sanctum Chrisma debent sub clauium custodia custodiri, ne temeraria manus ualeat illa accipere ob nefaria comittenda, † & qui incumbit custodia, si fuerit negligens tribus mensibus ab officio remaneat suspensus † & si per eius incuriam aliquid nefandum euenerit, grauiori ultioni subiaceat. tex. in cap. 1. de cust. Eucharist.

S Y M M A R I V M.

- 1 Decime nulla ratione à laico præscribuntur.
- 2 Laicus spiritualia possidere non potest.
- 3 Ecclesia contra aliam Ecclesiam spatio quadraginta annorum præscribit.
- 4 Ecclesia allegans præscriptionem quadraginta annorum curantem contra aliam Ecclesiam si interruptio allegaretur contra aliam Ecclesiam ad eam probandam ab utraque parte recipiuntur testes.
- 5 Fines prædiorum ecclesiasticorum spatio quadraginta annorum præscribunt.
- 6 Ecclesia Romana præscribitur spatio centum annorum ex speciali privilegio de iure civili, & Canonico.
- 7 Ecclesie Romanae ex præscriptione deducenda sunt tempora schismatum, etiam si esset quæstio, immediatè contra ecclesiam subiectam curie Romanae.
- 8 Quæstio qua vertitur inter Abbatem, & Episcopum, inferior præscribere potest in locis sibi subiectis, dum tamen tempora uacationis sedis Episcopalis supputentur.
- 9 Præscriptum ius si quis habet à Summo Pontifice privilegium contrarium impetrat illo utendo præscriptioni renuntiat.
- 10 Possessor malefidei, nec in foro Canonico, nec in Civili præscribere potest.
- 11 Possessor præscribit ex tribus, ex iusto titulo, ex bona fide, et ex continuata possessione.
- 12 Possessio longissimi temporis, de cuius memoria non existit, in contrarium habet vim tituli in præscriptione.
- 13 Capacitas datur in exercente, aliis non.
- 14 Laicus exercens actum spirituales, vel alicuius ordinis nunquam quem exercuerit præscribere poterit.
- 15 Fama probat iustam causam credendi.
- 16 Fama si erat quod eis ita fiebat per privilegium Summi Pontificis, & quòd propter bellum fuit deperditum, curit præscriptio.
- 17 Præscriptio non currit contra visitationem, nec ipsius procurationem.
- 18 Præscriptionem exceptio spoliationis non interrumpit.
- 19 Præscriptio in odium non petentium induta est.
- 20 Excipiens non petit, sed repellit petentem.
- 21 Præscriptio autem annualis interrumpitur per oblationem cautionis.

Vige

Vigesimum Secundum Priuilegium.


1 **E**CCLESIA gaudet hoc priuilegio, † quòd Deci-
 2 ma nulla ratione à † laico præscribuntur, quia
 3 spiritualia possidere non possunt, ca. causam de
 4 præscript. † vna vero ecclesia contra aliam eccle-
 5 siam spatio tamen quadraginta annorum deci-
 6 mas præscribere. cap. ad aures. eo. tit. † & si con-
 7 tra hanc præscriptionem quadraginta annorum
 8 currentem contra ecclesiam allegaretur interruptio, ad eam pro-
 9 bandam ab vtraque parte recipiuntur testes, pariter † fines prædio-
 10 rum ecclesiasticarum spacio quadraginta annorum præscribuntur,
 11 cap. quia eo. † iura autem quæ incumbunt Romanæ ecclesiæ cen-
 12 tum annorum spacio præscribuntur, cap. ad audientiam. eod. titu.
 13 speciali igitur priuilegio annorum centum de iure ciuili, vt in Au-
 14 then. quas actiones. C. de sacrosanc. eccle. ac etiam iure Canonico,
 15 † ex ista centenaria præscriptione deducenda sunt tempora scisma-
 tum, etiam si esset quæstio contra ecclesiam immediate subiectam
 curiæ Romanæ cap. cum nobis. eo. titu. † si quæstio verteretur in-
 ter Abbatem, & Episcopum, inferior præscribere potest in locis si-
 bi subiectis, dum tamen tempora uacationis sedis Episcopalis sup-
 putentur, cap. auditis. eod. titu. † qui habet ius præscriptum, & à
 Summo Pontifice priuilegium contrarium impetrat, illo vtendo
 præscriptioni renuntiat, vt in cap. veniens eo. tit. † sed nec in foro
 canonico, nec ciuili præscriptio valet, quando possessor est malefi-
 dei, dicit enim tex. in cap. si. eo. tit. quod præscriptio in nulla tempo-
 ris parte rei alienæ habeat conscientiam, ad hoc vt quis præscribe-
 re valeat, tria requiruntur iustus titulus, vt quia dat causam præ-
 scribendi, cap. si diligenti eod. titu. & quod habeat bonam fidem,
 ut ibi requiritur etiam continuata possessio, cap. illud eodem titu.
 12 capitu. sine de regulis iuris in 6. † possessio longissimi tempo-
 13 ris de cuius memoria non existit in contrarium, habet vim tituli,
 Ioan. Andr. in cap. 2. de præbend. lib. 6. & hoc habet locum quan-
 14 do † capacitas datur, in exercente aliàs non, unde si † laicus exer-
 15 ceret actum spiritualem, uel alicuius ordinis, nunquam quod exer-
 scuerit præscribere poterit, vt not. † quod fama probat iustam cau-
 sam credendi, c. inquisitioni de sent. excom. c. cum contingat de re-
 scrip. Bart. in l. 2. C. si seru. aut lib. 10. & in l. Celsus. ff. de usu capio. si
 fama

fama erat, quod res ita fiebat per priuilegio Summi Pontificis, & quod propter bellum fuit deperditum, currit prescriptio, vt not. 17 in l. quod vulgo. ff. pro empt. quia facit titulum, † prescriptio non currit contra visitationem, nec ipsius procuracionem, gl. in cap. ue 18 nerabili. de cens. † exceptio spoliacionis non interrumpit prescri- 19 ptionem, quia † prescriptio in odium non petentium inducta est, 20 cap. vigilanti de prescrip. qui † excipit non petit, sed repellit pe- 21 tentem, l. 1. ff. de excep. † prescriptio autem annalis interrumpi- tur per oblationem cautionis, cap. pastoralis, de offic. iud. ord. & cap. cum venissent de eo: qui mitt. in poss.

S V M M A R I V M.

- 1 Statutis omnes ligantur, & ordinationibus.
- 2 Audax nemo sit, vt in actionibus, & iudicijs ecclesiasticis suo sensu, uel aucto- ritate proprio ducantur.
- 3 Statuta Canonum sunt personalia, alia localia: alia causalia, alia temporalia.
- 4 Statutis illis omnes parere tenentur.
- 5 Statuta respiciunt futura.
- 6 Statuta condendi, potestas mutandi, addendi, et corrigendi est Summi Pontificis.
- 7 Pontifex maximus est Vicarius Christi, & ab eo eadem concessa sunt, & tran- slata statuta, vel ius statuendi translatum fuit per illa uerba; Pasce oues meas, vel per illa uerba, Docete &c.
- 8 Lex que est translata ad nos pertinet.
- 9 Prohibitum quod a lege omne est, peccatum est, & omne illud quod ab eo se- quitur.
- 10 Prohibitio nedumque nocet: sed que nocitura fieri potest.
- 11 Prohibens concupiscentiam, omnia mala prohibere videtur.
- 12 Concupiscentia parit omne genus peccati.
- 13 Cupiditas est radix omnium malorum.
- 14 Cupiditas parit septem peccata mortalia.

Vigesimum Tertium Priuilegium.

1  2 C C L E S I A gaudet hoc maximo priuilegio, † quod omnes ligantur statutis, & ordinationibus eius † & ne- 3 mo erit tam audax, ut in actionibus & iudicijs eccle- 4 siasticis suo sensu vel auctoritate propria ducatur vt 5 in cap. 1. de constitut. † statuta canonum sunt perso- 6 nalia, alia localia. 63. dist. cap. cum longe alia causalia, alia tem- 7 po-

4 poralia, cap. sciendum dist. 19. † omnes igitur eis parere tenentur
 5 prout in glo. d. c. i. attestatur. Huiusmodi † statuta respiciunt futu
 6 ra, non autem præterita: Potestas vero prædicta † statuta condendi
 7 mutandi, addendi, & corrigendi, est Summi Pontificis, † tanquam
 Vicarius Cŕi, ab eo eidem concessa, & translata per illa verba Pa-
 8 ſce oues meas, c. significasti. de elect. vel per illa verba, Docere & c.
 9 de consec. dist. 4. c. propriè † lex est translata, & eius obseruatio ad
 nos pertinet, † Omne ergo quod à lege est prohibitum, est pec-
 10 catum, & etiam omne illud quod ab eo sequitur. † Idcirco licet
 aliquid non noceat, si tamen nocere potest prohiberi debet,
 11 capit. nam concupiscentiam de const. † prohibendo concupiscen-
 12 tia omnia mala prohibere videtur † cum omne genus peccati ori-
 13 ri potest ex concupiscentia, capit. bonorum distinct. 47. vbi dicitur
 quòd cupiditas est radix omnium malorum, vbi similiter compre-
 hendit genera singulorum, & non singula generum de pœnit. dist.
 2. c. quia radix, ita dicit Imperator, in Auth. vt iud. sine qq. sup. s. co-
 14 gitatio, † ex hoc generali vitio concupiscentiæ, omnia mala, id est
 septem principalia vitia oriri possunt, scilicet superbia, ira, inuidia
 avaritia, gula, luxuria, & accidia, ex quib. postea oriuntur homici-
 dia, & periuria. Ex concupiscentia, primi parentis, omnia mala or-
 ta sunt, quæ si non fuisset, non fuisset effectus serui peccati.
 Vnusquisque igitur huic priuilegio sanctæ ecclesiæ parere studeat,
 quia peccata euitabit, non innitendo prudentiæ suæ. ca. ne innita-
 ris de constitut.

S V M M A R I U M.

- 1 Consuetudo inueterata habetur pro lege.
- 2 Consuetudo ecclesiæ præiudicium, seu gravamen dare non potest.
- 3 Consuetudo onerosa, quæ multum lædit radicitus est extirpanda.
- 4 Consuetudo debet esse rationabilis, ut non sit contra utilitatem ecclesiæ.
- 5 Consuetudo quando præualet iuri, & obtinet vim legis, est quando illa non derogat iuri naturali, seu diuinæ ex cuius transgressione inducitur peccatum.
- 6 Consuetudo quare secularibus personis si indulta, ut legem condere possint contra legem Imperatorum.
- 7 Consuetudo quare non sit indultum viris ecclesiasticis contra Canones statuere.
- 8 Ius ciuile finaliter tendit in bonum publicum, & utilitatem priuatorum.

Pepn.

- 9 Populus sibi præiudicare potest legem condendo, quod Imperator non curabit.
- 10 Populus potest renuntiare favori suo.
- 11 Mores hominum sunt diversi.
- 12 Imperator permittit unicuique populo condere legem, dum lex sit honesta, & ne sit contra iura reservata Principi.
- 13 Ius canonicum principaliter tendit ad dirigendum homines in Deum, ut veniant ad bonum publicum ecclesiasticum.
- 14 Statutum contra editum ab inferioribus presumitur temerarium, & ambitiosum.
- 15 Pontifex Maximus potestatem statuendi contra Canones concedere non potest.

Vigesimum Quartum Privilegium.

ECCLÉSIA habet hoc privilegium, licet de iure civili, & consuetudo inueterata habeatur pro lege, de quibus ff. de leg. tamen, si in Ecclesiis ex consuetudine infereretur aliquod præiudicium eis, omne gravamen ex officio iudicis tolli debet, ut in capi. i. de consuetud. & intelligitur de onerosâ consuetudine, quæ multum lædit, quia radicatus est extirpanda, 8. distinct. capitu. mala & 12. quæstio. capit. bonæ rei. & Nam consuetudo debet esse rationalis, & non contra utilitatem Ecclesiæ, de his quæ sunt à maiori parte capitu. cum in cunctis. & Quando autem consuetudo prævaleat iuri, & obtineat vim legis, est quando illa non derogat iuri naturali, seu divino, ex cuius transgressione induceretur peccatum, capi. cum tanto de consuetu. & Sed quare valeat consuetudo, quod secularibus personis sit indultum, ut legem condere possint contra legem Imperatorum, & Et non ita sit indultum viris ecclesiasticis contra Canones statuere, ratio potest esse; quia & ius civile finaliter tendit in bonum publicum, & utilitatem privatorum. & Vnde si populus vult sibi præiudicare contra legem condendo, Imperator non curabit. & Nam populus in hoc renunciare potest favori suo, capitulo ad apostolicam de regula. & Idem quia mores hominum sunt diversi. & Ideo permittit Imperator, ut quisque populus possit sibi condere legem, non tamquam contra honestatem, nec contra iura




reseruata Principi, sed duntaxat in eorum præiudicium, l. omnes
populi. ff. de iust. & iur. † Sed ius canonicum principaliter tendit
ad dirigendos homines in Deum, vt veniant ad bonum publicum
14 ecclesiasticum, † vnde statutum contra edictum ab inferiori-
bus præsumitur temerarium, & ambitiosum, vitæ eternæ contra-
15 rium. † Ideo Pontifex Maximus potestatem statuendi contra
canones concedere non potest.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopo cupienti cadere alleganti senectutem, & in sufficientiam, licentia denegatur à Papa.
- 2 Ecclesia commissa vni sub eius nomine tuta remanet adeò, quòd non est red-
denda sub regimine incognitæ personæ.
- 3 Deuotionis uigorem, in eo in quo floret decens est inspicere.
- 4 Soluere prius militiæ cingulum, quàm cadat Victori præ aliorum aduersitas, nõ
est faciendum.
- 5 Senectus est causa petendi cessionem, quando reddit hominem penitus ine-
ptum.
- 6 Insufficientia est iusta causa ad renuntiandum.
- 7 Scientiæ defectus non solum impedit promouendum, sed deicit iam
promotum.
- 8 Mutatio palij tempore iuuentutis periculi belli est periculosa, nisi euidenter ali-
quæ circumstantiæ aliud suadeant, nam sola conscientia non eligitur, vel pro-
mouetur persona incognita.
- 9 Cautionis petitio quando est importuna, est repellenda.
- 10 Deuotio cæteris paribus magis est in sene, quam in iuvene.
- 11 Scientiæ imperfectum potest supplere per perfectionem charitatis.
- 12 Ab inceptis non est desistendum, sed in illis persuerandum vsque ad
finem.

Vigesimum Quintum Priuilegium.

- 1  CCLESIA gaudet tali priuilegio, † quòd Episco-
po cupienti cadere alleganti senectutem, & insuffi-
cientiam denegatur licentia à Papa. Ratio denegatæ li-
centiæ, † Cum Ecclesia fuerit comissa eidem, & sub
eius nomine tuta remansit, adeò quòd non videba-
3 tur tradenda sub regimine incognitæ personæ, † eo maximè
qui


4 quia vigor deuotionis in eo florebat, cum indecens sit † prius sol
 uere militiae cingulum, quam cadat victori praeliorum aduersitas,
 5 cap. i. de renuntia. † Si quaelibet senectus est causa petendi celsio
 nem, quando illa sola reddit hominem penitus ineptum, cap. nisi.
 s. debilitas. eodem titu. Ibi enim habetur per quas causas possit
 6 quis renunciare. † Insufficiencia est iusta causa ad renuntian-
 dum, † nam defectus scientie, non solum impedit promouen-
 dum, cap. congregatio: immo deicit iam promotum, capitu. vlti.
 7 de etat. & qualita. hæc sunt causæ propter quas petitur celsio.
 8 † Sed considerandum venit, quod tempore iuuentutis, discrimi-
 nis, seu periculi, vel belli, palii mutatio videtur esse periculosa, nisi
 euidenter aliqua circumstantia aliud suadeant, nam salua consci-
 9 tia non eligitur, vel promouetur persona incognita, cap. bonæ el se
 cundo, de postula. prælat. † Et quia petitio celsionis potest esse
 10 importuna, quando ita se habet est repellenda, l. r. C. de petit. bo-
 nor. subli. libro 10. est enim habenda. † Ratio quod cæteris pari-
 bus magis crescit deuotio in sene, quam in iuene, si ille causæ se-
 11 necturis & insufficientiæ sunt habiles ad faciendâ celsionem, qua
 re illas non admittit Papa, nam aut defectus scientie, est magnus,
 vt est videre, in capitu. vltimo de etat. & qualita. tunc est iusta cau-
 12 sa cadendi, secus quando non est magnus defectus, † quia tunc
 imperfectum scientie supplere potest perfectio charitatis, vt pa-
 tet in d. cap. nisi s. pro defectu tunc talis defectus non est legitima
 causa cadendi, & maximè tempore periculoso. † Hic est notan-
 dum, quod non debet quis desistere ab inceptis, sed perseuerare
 vtque ad finem.

S U M M A R I V M.

- 1 Episcopus requisitus ad benedicendum Abbates remotos à Monasterijs, vel
 in locum mortuorum substituutos statutum fuit quod liceat ipsis Abbatib.
 Monachos benedicere, & alia exercere.
- 2 Inferior licet parem citare non potest, tamen in hoc casu licet.
- 3 Citatio pendet à superiore tamen post requirere in his ad quæ ex officio te-
 netur.
- 4 Monitio irina requiritur, quando superior est conuincendus de negli-
 gentia.
- 5 Superioris requisitio potest fieri per inferiorem, & subiectum, eo maxime,
 quando fuerit facta cum humilitate.

- 6 Benedictio conceditur Abbatibus ex indulto Papa, donec Episcopi suam duriciam recogitant.
- 7 Abbas si non est benedictus, nec Monachos benedicere potest.
- 8 Nemo dat, quod non habet.
- 9 Ecclesia non patitur detrimentum in spiritualibus nec in alijs propter negligentiam Episcoporum.
- 10 Superior aliquando supplet negligentiam inferioris in beneficijs conferendis.
- 11 Potestas ad deoluendam potestatem non computatur a die vocationis, sed a notitia.
- 12 Negligentia non solum nocet, verum etiam est peccatum mortale.
- 13 Capitulum supplet negligentiam Episcopi in collatione beneficij.
- 14 Regula omnes Sanctorum Patrum sunt custodienda, & in specie illa, qua precipit economos esse in vnaquaque ecclesia.
- 15 Episcopi in sua ecclesia economum ordinare, & e conuerso idem seruandum in Monasterijs.
- 16 Ecclesia indiget economo, cui res ecclesie gubernanda mandantur.
- 17 Ecclesia vtilitas est quod modo superior, modo inferior supplere valeam negligentiam.

Vigesimum Sextum Privilegium.

- 1  CCLESIA gaudet hoc privilegio, † quod si Episcopus cum humilitate tertio requisitus ad benedicendum Abbates remotos a Monasterijs, vel in locum mortuorum substitutos, reuerit, statutum fuit a Papa, quod liceat ipsis Abbatibus Monachos benedicere, & alia exercere, quae ad eorum officium pertinent, donec Episcopi illorum benedicant capit. 1. de sup. negl. prael. Et † hic est casus quod licet inferior parem citare non potest, † quia citatio pendet a Superiore, tamen potest requirere in his ad quae ex officio tenetur, cum causam in glo. 1. de offi. deleg. † & requiritur trina monitio, quando superior est conuincendus de negligentia, † & requisitio superioris potest fieri per inferiorem, & subiectum, & si non exigit superioritatem, eo maxime cum requisitio fuerit facta cum humilitate, † ex indulto Papae conceditur Abbatibus benedictio donec Episcopi suam duriciam recogitent, & Abbates benedicere non recusent. † Si Abbas non est benedictus, nec Monachos benedicere potest, † quia nemo dat, quod non habet, cap. quod autem de iur. par. & capit. nuper de

de donat. inter. iur. & uxorem non dat benedictionem Abbaticalem quia eam non habet tamen propter ordinem illum dat, uel hoc faciunt ex virtute iuris, quod eis non benedictis dat potestatem alios benedicendi, † ne in spiritualibus nec alijs ecclesia patiatur detrimentum propter negligentiam Episcoporum, & similis datur indulgentia. capitu. nihil. s. si. de elect. & ita supplet defectus ex privilegio. † Aliquādo etiam superior supplet inferioris negligentiam in beneficijs conferendis elapso tempore Cōcilij Lateranensis, & non facta collatione beneficiorum, si postea fieret non valet, cap. licet magister de sup. negl. præl. & hic considerandum uenit † quod potestas ad deuoluendam potestatem non computatur a die vacationis, sed notitię, Abb. in d. cap. licet, † & ita non solum negligentia nocet, verum etiam est peccatum mortale, ita tener, Abb. in cap. illa Propositorum de accus. ideo etiam inferior supplere potest negligentiam superioris. † Nam capitulum supplet negligentiam Episcopi in collatione beneficii, & etiam in casu, 9. q. 3. cap. cum simus in quo habet † quod omnes regulę sanctorum Patrum custodiantur, et præsertim illa, quę præcipit œconomus esse in vna quę ecclesia, quod si Metropolitanus facere neglexerit licentiam habeant, † Episcopi in sua ecclesia œconomum ordinare, & e conuerso. Idem seruandum in Monasterijs, † nam in Ecclesijs requiritur œconomus cui res Ecclesię gubernandę mandantur. l. u. u. Bemus C. de sac. sant. eccles. † Ex utilitate igitur ecclesię conceditur, quando superior, & quando inferior supplet negligentiam.

S U M M A R I V M.

- 1 Subdiaconus non est ordinandus in diebus dominicis, nam hoc summo Pontifici licet, ceteris autem non.
- 2 Ordines sacros in vigilia Pentecostes celebrare non licet.
- 3 Consuetudo quę erat vt extra quattuor tempora clerici ad sacros ordines promouebantur sublata est.
- 4 Ordines minores conferri possunt diebus festiuis, ordines vero sacri non conferuntur nisi in quattuor temporibus.
- 5 Petens promoueri ad maiores ordines si tale delictum commiserat, quod si detegeretur ab ordine suscepto degradaretur, non potest promoueri ad ordines superiores.
- 6 Delictum si erat occultum Papa mandat, vt imponat penitentia condigna, quę peracta ualeat vti ordine suscepto.

Deli-

- 7 Delictum cum sit occultum non prohibetur promoueri, nec debet prohiberi.
- 8 Peccata occulta non habent vindictam.
- 9 Episcopus si nouerit peccatum occultum per confessionem ab ordinibus consententem prohibere non potest.
- 10 Episcopus, qui ordinauerit extra quattuor tempora in die quo non debuerat, punitur canonica disciplina.
- 11 Episcopus priuatur potestate conferrendi ordines, quos illicitè contulit, & ordinatis interdicitur exequutio ordinum, donec à Papa gratiam consequantur.
- 12 Episcopus si ordinauerit puerum agentem decimum tertium annum in ludibrium ordinis sine certo titulo, tenetur ei prouidere.
- 13 Episcopus ob illicitam ordinationem suspenditur à collatione ordinum, & compellitur prouidere de beneficio competenti, tamen ille suspenditur ab ordine, donec habeat legitimam etatem.
- 14 Odio alterius quis punitur.
- 15 Ordinans aliquem ad sacros ordines, tenetur ei prouidere.
- 16 Ordines sacri plures in vna die non sunt conferendi.
- 17 Episcopus si plures ordines sacros conferret in vna die a potestate ordinandi suspenderetur.
- 18 Episcopus alienum clericum ordinare non potest, nisi cum licentia superioris, de cuius diocesi est ille, qui uult ordinari.
- 19 Prælati inferiores, siue religiosi, siue alij, non possunt dare licentiam, ut aliquis ordinetur nisi haberent à sede Apostolica quod possint subditos suos ad quem uoluerint Episcopum mittere.
- 20 Episcopus Officialis licentiam ordinandi dare non potest.
- 21 Vacante sede, Capitulum, seu ij ad quos pertinet administratio spiritualium possunt licentiam ordinandi dare.
- 22 Religiosi, qui sunt à suis Prælati in non extraneis prioratibus deputati, Priores, & eorum socij possunt à locorum diocesanis ordinari, licet non sint oriundi in ipsis diocæsibus.
- 23 Alienum, qui ordinauerit sine licentia scienter, seu ignoranter per annum à collatione ordinum est suspensus, & postquam suspensio fuerit manifesta poterunt subditi sine eius licentia à vicinis Episcopis ordinari.
- 24 Episcopus Italia non potest ordinare clericum Ultramontanum nisi de licentia Papæ, vel Episcopi, vnde est oriundus, uel in cuius diocesi est beneficiatus & per patentes litteras continentes causam uel rationabilem, quare ipsum nolit, uel non possit ordinare.
- 25 Ordinati contra prædictam formam sunt suspensi absque spe dispensationis, & ordinantes indigne sunt puniendi.

Vigesimum Septimum Priuilegium.

1 **E**CCLESIA habet hoc priuilegium, † quòd alicui
 non licet ordinare Subdiaconum in diebus domi-
 2 nicis, nisi Summo Pontifici, quamuis Deo dicatis
 virginibus velum consecratorium imponendi, &
 3 minores conferendi diebus Dominicis habeat
 potestatem. † Nec licet alicui in vigilia Pentheco-
 4 stes sacros ordines celebrare, quia in sequenti heb-
 5 domada recepto Spiritus Sancti flamine celebrantur, cap. i. de tē-
 6 poribus ordinand. † Consuetudo quæ erat vt extra quatuor tempo-
 7 ra clerici ad sacros ordines promouebantur sublata est, vt in ca. sa-
 8 nè, eo. ti. † Minores ordines conferri possunt diebus festiuis, ordi-
 9 nes verò sacri non conferuntur, nisi in quatuor tēpibus in sabbatho
 10 sancto, & in sabbatho ante Dominicam passionis, cap. de eo, eod. ti.
 11 Vtrum si quis volebat promoueri ad maiores ordines, & tale deli-
 12 ctum commiserat, quod si detegeretur, ab ordine suscepto degrada-
 13 retur, nec potest promoueri ad ordines superiores, † quid obser-
 14 uandum ex quo delictum illius erat occultum? Papa mandat vt pē-
 nitentia condigna imponatur, eique suadeat vt parte pēnitentiæ
 peracta ordine suscepto vtatur. † Sed ad Superiores non ascendat,
 verumtamen cum delictum sit occultum, si promoueri vellet prohi-
 beri non debet. † Hic considerandum venit, quòd occulta peccata
 vindictam non habent, & licet † Episcopus peccatum occultum per
 confessionem nouerit non pōt tñ ab ordinibus prohibere cap. ex te-
 nore eo. ti. † Si Episcopus ordinauerit extra quatuor tempora in die
 quo non debuerat, debet puniri canonica disciplina, † scilicet vt pri-
 uerur potestate conferendi ordines, quos illicitè contulit, & ordi-
 natis interdicitur executio ordinū susceptorum, donec, restitutio-
 nis gratiam apud sedem apostolicam consequantur, cap. cum quē-
 12 dam eo. ti. † Item si Episcopus in diaconum ordinauit puerum agen-
 tem decimum tertium annum sine certo titulo in ludibrium ordi-
 nis clericalis, puer autē hoc significauit Pontifici Maximo, vt ei pro-
 13 uideat. Iubet † vt ordinarius suspendatur a collatione ordinum,
 & compellatur prouidere eidem de ecclesiastico beneficio compe-
 tenti, illum tamen suspendendo ab executione ordinis diaconatus
 donec ad legitimam etatem peruenerit in iniuriam ordinantis, &
 14 ita hic duo sunt valde consideranda, primo † quilibet punitur odio
 alte-

15 alterius, ꝛ secundo quòd ille qui ordinat aliquem ad sacros ordines
 16 tenetur ei providere, cap. vel non est compos, eo. ti. ꝛ sunt enim ad
 modum considerandi sacri ordines, aded quòd vna die plures non
 17 sunt conferendi. Et ꝛ si Episcopus fecerit, à potestate ordinandi su-
 18 spendetur, ca. dilectus eod. ti. ꝛ Episcopus, et non potest ordinare
 alienum clericum, nisi habuerit licentiam ipsius superioris. i. Epi-
 scopi de cuius diocesi est ille, qui ordinari vult, uel in cuius diocesi
 habet Ecclesiasticum beneficium, vel vbi habet domicilium, licet
 19 alibi natus fuerit. ꝛ Inferiores Prelati, siue Religiosi, siue alij non
 possunt talem licentiam dare, nisi haberent a sede Apostolica, quòd
 20 possint subditos suos a quo voluerint episcopo facere ordinari. ꝛ tē
 non potest talem licentiam dare Officialis Episcopi, sed Episcopo in
 21 remotis agente Vicarius eius generalis in spiritualibus, vel ꝛ sede
 uacante capitulum seu is ad quem tunc administratio spiritualium
 22 pertinet, possunt licentiam dare. ꝛ Religiosi quoque qui a suis pre-
 latis sunt in non exemptis prioratibus deputati, priores & eorum so-
 cij possunt à locorum diocesanis quamdiu ibi morantur licitè ordi-
 nari, licet non sint de ipsis diocesanis oriundi, & hæc omnia habent
 23 tur extr. de temp. ordin. cap. cum nullus lib. vi. ꝛ Quicumque au-
 tem alienum sine licentia scienter, seu affectata ignorantia ordina-
 uerit per annum, & collatione ordinum est suspensus, & postquam
 suspensio fuerit manifesta, poterunt subditi sine eius licentia à vicariis
 Episcopis ordinari, cap. eos de temp. ord. lib. 6 & gl. in verbo
 manifesta dicit per euentiam facti, vel quia est iure notoriū aliā
 24 in dubbio a proprio Prelato non recedant, multo minus ꝛ Episcopus
 Italię non poterit ordinare clericum ultramontanum, nisi ha-
 beat licentiam à summo Pontifice, vel ab Episcopo, vnde est oriun-
 dus, vel in cuius diocesi est beneficiatus, & per patentes ipsius Epi-
 scopi litteras continentes causam rationabilem, quare ipsum nolit
 25 vel non possit ordinare. ꝛ Et qui contra hoc ordinati fuerint, sus-
 pensis sunt absque spe dispensationis, & ordinantes debent condi-
 gne puniri, cap. sæpe de temp. ord. lib. vi.

S V M M A R I U M.

- 1 Archiepiscopus renuntians Archiepiscopatu si post clericos ordinari tenet
 ordinatio, si solum loco, & non dignitati renuntiauit.
- 2 Archiepiscopus, qui renuntiauit loco & dignitati & contulit sacros ordines,
 aut minores, qui recipit minores in illis poterit ministrare, & ad maiores
 promoveri.

Ordines

- 3 Ordines minores, quandoque à non Episcopis conferuntur.
 4 Ordinis executionem non habens eam dare non potest,
 5 Ignorantia crassa, & supina non inducit dispensationem.
 6 Ordinis si quis ab excommunicato Episcopo receperit à suo Episcopo dispensari poterit.
 7 In ordine, & in conferente tria sunt consideranda, Character, Ordinis habitus & exercitium.
 8 Ignorantia crassa, & supina, quæ dicatur.
 9 Dignitati renuntians præsumitur facere propter crimen.
 10 Archidiaconus præsumitur magis renuntiasse loco, quàm dignitati.

Decimum Nonum Priuilegium.

ECCLESIA gaudet hoc priuilegio, † quòd si Archiepiscopus renunciauit Archiepiscopatu, & post renunciationem aliquos clericos ordinauit, successor illius quæsiuit, vtrum illi in ordinibus ipsis debent remanere, Papa respondet esse distinguendum, quòd aut renunciauit loco tantum, aut loco & dignitati simul, si loco tantum renunciatum fuerit, potuit ordines conferre, sicut antè imitatus ab aliquo alio Episcopo ordinatus fuisset. † Si uero simul loco & dignitati renunciauerit, distinguendum est etiam, an contulit sacros ordines, an minores, si enim aliquis ordines minores à tali recipit, & in illis poterit ministrare, & ad minores promoueri, † quia huiusmodi ordines quandoque à non Episcopis conferuntur, si uero scienter à tali sacros ordines quis recipit executionem officii non habebit, quia eam non habebat, si uero ignoranter Episcopus cù tali poterit dispensare nisi crassa & supina fuerit ignorantia, hic considerandum venit, quòd minores ordines conferri possunt à non Episcopis. † Et qui non habet executionem ordinis eam dare non potest, & ignorantia crassa & supina non inducit dispensationem, hæc habentur. in c. i. de ord. ab episc. qui renunc. † verum si quis ab excommunicato Episcopo ordines receperit, à suo Episcopo dispensari poterit, c. cum clericis eo. ti. † Tria sunt consideranda in ordine, & in conferente, character ordinis habitus, & exercitium. Primum quo ad potestatem conferendi residet in characterè consecrationis, & dignitatis Episcopalis. Secundum residet in habitu dignitatis Episcopalis, prout choeret personæ. Tertium residet in administratione dignitatis; ex hoc inferitur,

G quòd

quod habens omnia hæc tria conferat, characterem, & habitum, sed non executionem. †. Quæ autem dicatur crassa, & supina ignorantia, exponit gl. in d. cap. i. quod est quando: aliquid factum est publice, vel coram populo, & hoc non excusat, Hostien. & alij dicunt, quod licet Episcopus publice renunciasset, clericus postea ab eo ordinatus potuisset habere iustam ignorantiam, vt si extra provinciam tunc fuisset, & hoc probaret, sicut in l. optimam. C. de contrah. stip. Vtrum si Episcopus renunciavit simpliciter, an in dubio, videatur, vel præsumatur renunciasse loco tantum, an ordini, & loco, dicendum est, quod loco tantum. †. Nam qui renuntiat dignitati præsumitur hoc facere propter crimen. capi. post translationem de renunt. Igitur ne præsumatur criminofus, quod esse non debet, cap. i. de feruit. in ord. fac. †. Præsumitur renunciasse magis loco, quam dignitate secundum Phi. & Host.

S V M M A R I V M.

- 1 Abbates, Decani, Præpositi, si non sunt præbyteri fiant.
- 2 Præbyteri, vel Decani, si iusta causa existente esse non possunt prælatiōes amittent.
- 3 Abbatia, Decanatus, Præpositura, Archipresbiteratus, & Archidiaconatus sunt dignitates.
- 4 Dignitate non priuatur si per casum promoueri non possit.
- 5 Episcopus non potest subtrahere consueta stipendia clericis ægrotantibus.
- 6 Infirmus intelligitur seruire ecclesie, ideo omnia percipere debet, ac si sanus esset.
- 7 Infirmus reputatur præter culpam, & opinionem suam.
- 8 Abbates non possunt cogi ad assumendum præbyteratum.
- 9 Abbates non sunt clerici.
- 10 Abbates cum olim non essent clerici, vel monachi stabant, vt Layci hodie secus, quia benedicuntur, & minores conferunt.
- 11 Episcopus concedens pueris ecclesias in Archidiaconatu infra decennium constitutis ex iussu Papæ corrigitur ab Archiepiscopo.
- 12 Ecclesiarum custodia committitur personis idoneis, scientia, & ætate.
- 13 Ecclesiis duabus quis gaudere non potest, sed vnam retinere, & alteram recedere compellitur si subest causa rationabili, vt si essent connexæ, vel sacerdotes proprii, concedentes alij non possint.
- 14 Ecclesia parochialis regimine indiget ad animarum regimen admitti non potest.

test, nisi saltem Subdiaconus. *Canonici peritus in arte Physica, qui secundum artem plures iuravit, si aliqui mortui sunt ex eius cura ad maiores ordines ascendere non potest.*

Vigesimum Nonum Privilegium.

ECCLESIA gaudet privilegio, † vt Abbates, Decani, Præpositi, qui non sunt præbyteri fiant, & qui Archidiaconatus tenet Decani, qui præbyteratus præbyteri, vel amittant honorem. † Si vero iusta causa existente præbyteri, vel Decani esse non possent prælationes amittant, cap. 1. de æta. & quali. † Sunt hæc dignitates, quæ prælatu ræ dici possunt, vt Abbacia, Decanatus, Præpositura, Archi- præbyteratus, & Archidiaconatus. † Sed vtrum possit priuari dignitate, si per casum promoueri non possit, dicendum est, quod non, per capitu. 1. de cleri. egrot. ibi conquæritur sacerdos coram Pontifice Maximo, quod cum esset infirmitate detectus ecclesie seruire non valebat, † Episcopus subtrahebat ei consueta stipendia, eidem mandatum fuit vt permittat sacerdotem gaudere suis stipendijs consuetis, ne huiusmodi exemplo alii deterriti re- maneant, & ne inueniantur, qui in Ecclesia militare velint. † Nam infirmus intelligitur seruire Ecclesie, ideo omnia percipere debet, ac si sanus esset, satis affligitur ipsa infirmitate, hic non priuatur. † Quia infirmitas est præter culpam, & opinionem suam, secus au- tem quando propter culpam suam, ad talem casum deuenit, vt su- pra: nam debebat si abstinere ab eo, quod sciebat se inhabilem, po- test refricari etiam in dubium. † An Abbates possint cogi ad as- sumendum præbyteratum, & videtur dicendum, quod non hac ratione suadente, † quod Abbates non sunt clerici 93. distinct. 2. capitu. à Subdiacono. † Olim cum non essent clerici Abbates, vel Monachi immo perpetuo stabant, vt laici Innocen. in capitu. tuam de ætate, & qualita. hodie autem secus quia benedicuntur & minores conferunt, vt in capitu. cum contingat eodem titulo. † Quid si Episcopus concessit ecclesias in Archidiaconatu pueris infra decennium constitutis, quæ non per clericos, sed per laicos disponantur ex iussu Summi Pontificis ab Archiepiscopo corrigi- tur, super his & custodiam illarum ecclesiarum committat per- sonis idoneis, donec pueri ad congruam ætatem peruenerint.

laicis inde amotis ea quòd de cætero talia non præsumet, quia regimen ecclesiarum personis idoneis scientia & ætate tantum committi debet, & non pueris, cap. ex tenore eo. tit. & ibi etiam per c. indecorum nedum ad regimen ecclesiarum debet institui indignus scientia verum et moribus, & duabus ecclesiis quis gaudere non potest, sed unam retinere & alteram cedere compellitur nisi subesset causa rationabilis, quæ esse potest quando duæ ecclesiæ haberent connexitatem & essent ita tenues, quòd proprii sacerdotes ex earum substantia condecenter ali non possint, c. eam te. eo. tit. Si uero

14 Ecclesia parochialis regimine indigeret, ad animarum regimen admitti non potest, nisi saltem sit Subdiaconus, dispensatiue tamè admittitur in minoribus ordinibus constitutus, dummodo talis sit ut infra breue tempus possit in præbyterum ordinari, dispensatiue igitur potest postulari, c. præterea eo. tit. quid si in loco illo non


15 adesset nisi quidam † Canonicus peritus in arte Physica, qui secundum artem plures curauit, sed aliqui eorum, ut euenire solet uitam cum morte commutauerunt, si eius conscientia eum mormordit, de consilio P. Maximi ad maiores ordines non ascendat, ca. ad aures eo. titu.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici ob grauem læsionem commissam Archidiacono vocati, & læso satisfacerent ex quo non comparuerunt sententia suspensionis promulgatur.
- 2 Clerici permanentes in ea suspensione per triennium si aliqua ecclesiastica beneficia acquisierint non retinent.
- 3 Clerici nec beneficia quæ habebant, nec adeptæ retinere possunt, stantibus contumacia, & contemptu Apostolico.
- 4 In iudicio consideratur persona citata, persona quæ citat, et ad cuius instantiam citatur.
- 5 Contumax coram vno iudice de contumacia punitur ab alio iudice de mandato primi.
- 6 Contumacia si imponitur, pœna est suspensionis.
- 7 Suspensus priuatur potestate beneficii suscipiendi, & inhabilis censetur ad beneficium consequendum.
- 8 Delinquere dicitur qui ex contemptu pertinaciter dicitur, quando lata est sententia contra eum ex delicto in contumacia.
- 9 Beneficium de quo clericus extitit priuatus an statim alteri conferendum.
- 10 Suspendio perpetua, & iuris suspensis an priuatur.

- 11 Tempus, vel certa causa limitata finito tempore sit, vel si causa finiat-
tur.
- 12 Suspendus, quando quis est à beneficio cum causa cognitione, & definitiue per-
petuo censetur pronuntiatu.
- 13 Suspendus per modum accusationis, vel inquisitionis criminaliter, vel civili-
ter hoc casu suspendi beneficia conferuntur statim, cum per sententiam fue-
rit damnatus.
- 14 Suspendio hominis, & suspendio iuris differt.
- 15 Sententia ad tempus, vel ad certam causam limitata finita causa, vel tempore
cessat.
- 16 Suspendio iuris cessante causa cessat ipsa suspendio.
- 17 Suspendus in peccato cessante, peccato cessat suspendio.
- 18 Suspendio, quæ surgit ex peccato notorio durat propter scandalum.
- 19 Suspendus ad tempus eo finito cessat suspendio, & recuperat, quæ perdi-
derat.
- 20 Suspendio limitata donec alicui satisfecerit, quo adimpleto cessat su-
pendio.
- 21 Suspendio facta ex quo non comparuerunt coram iudice facta comparitione
cessat.
- 22 Suspendio si causa propter quam est facta non cessat.
- 23 Citati non comparentes videntur egisse in contemptum.
- 24 Beneficijs ecclesiasticis adeptis ob annalem suspensionem contemnentibus expo-
sulantur.

Trigesimum Privilegium.

- 1  **C**OLLEGIUM habet hoc privilegium, ꝛ nam ob gra-
uem læsionem commissam per quosdam clericos
Archidiacono, qui de mandato Pontificis Maxi-
mi vocati, vt eidem Archidiacono grauiter læ-
so satisfacerent coram eo comparere contem-
perunt aduersus illos contumaces sententiam
2 suspensionis promulgari mandauit, ꝛ Et in ea suspensione
triennio permanentes aliqua beneficia ecclesiastica adepti sunt,
an beneficia hæc denuo acquisita retinere valeant, dicitur,
3 ꝛ quod non, nec beneficia quæ habuerunt, nec adepta aliquate-
nus retinere possunt stantibus contumacia, & contemptu apo-
stolico, mandauit, vt absque mora beneficijs spoliarentur.
4 capitu. cum bonæ memoriæ de æta. & qualita. ꝛ hi considerandum
venit

venit persona citata, persona quæ citat, & ad cuius instantiam cita-
 5 tur, † & q̄ quando quis est contumax corā vno iudice de contuma-
 6 cia punitur ab alio iudice de mandato primi. † Et si ex contuma-
 7 cia imponitur pœna suspensionis, quod per consequens, † suspen-
 8 sus priuatur potestate beneficii suscipiendi, & inhabilis censetur,
 ad beneficium consequendum. † Nam dicitur pertinaciter delin-
 quere ex cōtēptū, quando lata sententia contra eum ex delicto in
 contumacia longo tempore perseverat, tunc contemnere dicitur,
 9 † An beneficium de quo extit priuatus, sit statim alteri conferen-
 dum, vt patet ex cap. literas de concess. præbend. hic tractatur de
 10 effectu suspensionis quoad vitam eius circa quam, † duo viden-
 da sunt. Primo an intelligatur suspensio perpetua, & iuris suspensio
 11 priuet. † Secundo an sit tempus, vel certa causa limitata finito tem-
 12 pore, vel si causa finiatur. † Ad primum concluditur, quod quando
 quis à beneficio est suspensus cum causæ cognitione, & diffinitiuè
 13 perpetuo pronuntiatus fuerit, † Suspensus intelligitur, q̄n per mo-
 dū accusationis, vel inquisitionis, criminaliter, vel ciuilitè fuerit p-
 cessum, hoc casu suspensi beneficia conferri statim possunt, cum
 per sententiam fuerit damnatus. Innocen. in d. capitu. literas qui in
 14 capit. sicut de cohab. cler. † Limitat procedere seu declarat in su-
 spensione hominis, secus in suspensione iuris, Host. tamen ibi dam-
 nat opinionem Innoc. asserens beneficia suspensi non posse confer-
 ri quia non vacant, nisi per triēnium durauerit in suspensione, quo
 15 casu priuandus. Ad secundum, † aut sententia est ad tempus, uel
 16 ad certam causam limitata, finita causa, vel tempore cessat. † Sed
 quædam est suspensio iuris, & in hac dicit Inno. in d. cap. sicut quod
 17 cessante causa cessat ipsa suspensio, † Vt si quis suspenditur, quia
 iacet in peccato, cessante a peccato, cessat suspensio, quo ad hoc ut
 18 alii ipsius officium possint audiri, cap. si qui sunt dist. 81. † Sed su-
 spensio quæ surgit ex peccato notorio durat propter scandalum,
 19 † Suspensus igitur ad tempus eo finito cessat suspensio, & recupe-
 20 rat quæ perdidit, l. puto. ff. de postul. aliquando, † Suspensio erit
 limitata, donec alicui satisfecerit, quo adimpleto cessat suspensio.
 21 Aliquando est facta suspensio ex quo non comparuerunt coram iu-
 22 dice, sed postea facta comparitione, cessat suspensio. † Nisi causa
 propter quam est facta suspensio, egeret dispensatione, prout est in
 præsentī causa in qua ob grauem læsionem illatam Archidiacono
 23 & † citati non comparauerunt, vnde hoc in contemptum, egisse
 24 videntur, † Ideò mandatum fuit, vt expoliarentur omnibus bene-
 ficiis ecclesiasticis, etiam adeptis ob annalem suspensionem.

S U M M A R I V M.

- 1 Episcopi in eorum consecratione Chrismate liniuntur in capite, & manibus, & si fuerit prætermisum supplendum est per tres episcopos.
- 2 Unionis species due sunt exterior, & interior, exteriore inungitur Corpus in teriore cor.
- 3 Episcopus quare de Oleo, & Chrismate ungitur.
- 4 Oleum nitor conscientia designatur, Chrisma, quod conficitur ex Balsamo delli gnatur odor fame.
- 5 Episcopus in capite linitur, Princeps in umero, quilibet fidelis in scapulis, & pectore oleo sancto ante Baptismum, & post Chrismate in uertice, & in fronte.
- 6 Sacerdos in veteri testamento ungebatur, & Rex, & Propheta.
- 7 Iesum Nazarenum unxit Dens spiritus sancti.
- 8 Iesus Christus Nazarenus est unctus oleo pietatis.
- 9 Iesus Christus est caput ecclesie, quæ est corpus.
- 10 Sacramentalis delinitio in capite Pontificis fit, quia personam capitis in officio pontificali representat.
- 11 Differentia est inter auctoritatem Pontificis, & Principis, nam caput Pontificis Chrismate consecratur in humero, vel brachio Princeps delinitur.
- 12 Christiani omnes oleo sancto liniuntur, ut per sanctum Chrisma spiritus sancti donum abijciat errorem, & ignorantiam, & suscipiat fidem rectam.
- 13 Iustus ex fide uiuit.
- 14 Substantialia si ommittuntur nihil agitur.
- 15 Consecrantium numerus ad minus sint tres.
- 16 Episcopus vnus totam benedictionem perficit.
- 17 Solemnia sunt, ut tempus, ætas, manus impositio, & in talibus, aut dispensator in exequutione, & in ætate, & tempore.
- 18 Solemnia, quæ sunt in dubbio quod faciunt sacramentum nullum, ut Missa, Ieiunium, & in quibus Canones discrepare videntur, tenendum quod fieri debeat, & iteratio.
- 19 Leuia aliqua sunt, ut est tangere, vel non tangere hostiam, campanam, vel candelabri, traditionem, vel calicis, & non reprobatur ad cautelam talem fiat supletio.
- 20 Canonista mirantur, quomodo Theologus, audeat ista disfinire, cum per canones statuatur.

Trigesimum Primum Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIA est in hoc priuilegiata, † quod omnes Epi
 scopi in eorum consecratione Chrismate liniuntur in
 capite, & manibus, & si fuerit prætermisum, supplen-
 dum est per tres Episcopos, vt in capit. 1. de sac. vnct.
 2 † Duæ enim sunt species vnctionis, exterior, & inte-
 3 rior, exteriore inungitur corpus, interiore cor. † vngitur oleo, &
 4 Chrismate, quare de vno, & quare de alio, quia p̄toleu nitor consciē-
 tia designatur, per oleum Chrismatis quod conficitur ex balsamo
 designatur odor famæ propter quod dicitur sicut balsamum aro-
 5 matizans odorem dedi, & quare † Episcopus in capite linitur, &
 Princeps in humero, & quilibet fidelis inungitur in spatulis, & pe-
 ctore, oleo sancto ante baptismum, & post baptismum inungitur
 chrismate, in vertice, ob rationem quæ est superior pars mentis, &
 in fronte vt liberè confiteatur, quod credit. In veteri testamēto nō
 6 solum vngebatur † Sacerdos, sed enim Rex, & Propheta, sicut in
 libro Regum, Dominus præcepit Helyæ, Vade, & reuere in do-
 mum tuam per desertum in Damascum, cumque perueneris illuc
 vnges Azahel in Regē, super Syriam, & Iesum filium, nam si vnges
 in Regem super Israel, Helisæū autem filium Saphat, qui est de A-
 7 belmeula vnges Prophetam pro te, sed vbi † Iesus Nazarenus,
 quem vnxit Deus Spiritu sancto, sicut habet in Actibus Apostolo-
 8 rum, † vnctus est oleo pietatis præconfortibus suis, † qui sunt Apo-
 9 stolum est caput Ecclesiæ, quæ est corpus ipsius Principis, vnctio
 est translata à capite, ad brachium, vt Princeps ex tunc non vnga-
 tur in capite, sed in humero, vel in brachio, iuxta illud, Factus est
 10 principatus super humerum eius. † In capite vero Pontificis sa-
 cramentalis, est delinitio conseruata, quia personam capitis in offi-
 11 cio illo Pontificali representat, † caput Pontificis Chrismate conse-
 cratur in humero, vel brachio Principis delinitur, vt percipiatur
 quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis, & Principis po-
 testatem unguuntur omnes fideles nam Apostolus Petrus ait, Estis
 12 genus electum, ideò in nouo testamento non solum Reges & Sacer-
 13 dotes unguuntur, † sed etiam omnes Christiani Oleo sancto, & post
 Baptismum Chrismate, vt per Sancti spiritus donum abijciat erro-
 rem, & ignorantiam, & suscipiat fidem rectam, † quia iustus ex fide
 viuit, sed an omnia omissa in ordinibus suppleantur, vel suppleri
 possint,

14 possint dicitur, † quòd quædam sunt substantialia, quæ si omittantur nihil agitur, vt ponere librum super ceruicem consecrandi, 15 23. di. c. Episcopus, † Itē numerus cōsecrantrum ad minus sint tres 65. dist. cap. si forte cap. si Archiepiscopus, & cap. seq. de tempo. ord. 16 Item quod vnus Episcopus totam benedictionem perficiat, 23. di. ca. quorundam de consecr. si talia omittantur nihil agitur, ideò suppletio nihil operatur, quia ordinatio fuit nulla, quædam sunt 17 solemnia necessario, vt tēpus, ætas, manus impositio, & in talibus; aut dispensatur in executione, vt in ætate, & tempore, cap. consulta 18 tioni de tempo. ord. aut suppletur, † vt hic sunt & alia quæ dubia sunt, an sint solemnia vel non, ita quòd faciant sacramentum nullum, vt Missa, Ieiunium, & in quibus Canones discrepare videntur, & tenendum quòd fieri debeat iteratio, de bap. cap. 2. cap. vnico de 19 cler. per salt. promo. † Quædam autem exiguntur quæ sunt leuia, vt tangere, vel non tangere ostium, vel campanam, vel candelabri traditionem, vel calicis, & non reprobatur, si ad cautelam etiam taliū 20 fiat suppletio, c. ad eius vero di. 5. l. qui mutuam. ff. manda. † & cum hæc per canones statuuntur, & canonistæ dubitant, mirandū quomodo Theologus audeat ista diffinire.

S U M M A R I V M.

- 1 Promotus ad ordinē Subdiaconatus sine manus impositione, an permittatur ad ministrare in tali ordine.
- 2 Vnctus per errorem oleo cum debuisset perungi Chrismate non est iterandum sacramentum, sed supplendum quod incautē fuerat prætermisum.
- 3 Iterari non dicitur, quod factum non fuit.
- 4 Omissa in ordinibus conferendis suppleri debent.
- 5 Ordinatus in Subdiaconum absque manuum impositione impeditur ministrare, antequam suppleantur requisita.
- 6 Actum non dicitur cum aliquid superest agendum.
- 7 Sacramenta alia sunt voluntaria, prout est ordo, & matrimonium, alia necessaria prout est Baptismus, Confirmatio, Penitentiæ, Corpus Christi, & Ultima unctio.
- 8 Sacramentum ordinis dicitur maius respectu regiminis, nam per illud ecclesie regitur.
- 9 Penitentiæ dicitur maius respectu reparationis, quia sola post Baptismum.
- 10 Vnctio extrema respectu confirmationis, quia digne sumpta dat confirmationē gratiæ.

- 11 Sacramentorum proprietates sunt consideranda, & quare fuerint sacramenta instituta.
- 12 Baptismus est introentium, Confirmatio dicitur pugnantium, Corpus Christi dicitur progredientium, Pœnitentia dicitur redeuntium, Extrema vñctio recedentium.
- 13 Matrimonium, & ordo sunt voluntatis.
- 14 Sacramentum primum est timentium.
- 15 Sacramentum secundum alios regentium est.
- 16 Sacramenta propter tria sunt instituta, propter humiliationem, vt dum hominibus sensibilibus & inferioribus se subiicit reuerenter ex hoc amplius apud Deum mereatur. Item propter eruditionem. Item propter exercitationem.

Trigesimum Secundum Priuilegium.

- 1 **E**CCLÉSIA tali priuilegio gaudet. † Quidam fuit promotus ad ordinem Subdiaconatus sine manus impositione, quæsitum fuit, an permitti debeat administrare in tali ordine. † Vel si quidam per errorem fuit vnctus oleo cum debuisset perungi Chrismate, refricatur in dubium, vtrum sacramentum Confirmationis deberet in eo iterari, fuit responsum, per P. Maximum, quòd in talibus non est aliquid iterandum, sed supplendum quòd incautè fuerat prætermisum, cap. 1. de sacram. non iteran. Hic consideratur, † quòd non dicitur iterari quòd factum non fuit, † Item quæ omittunt in ordinibus conferendis suppleri debent, sed videtur quòd secundum ea quæ proposita sunt non sit responsum, sed dimittit nos in obscuro, 3 contra cap. fi. de constitut. cum fuerit quæsitum, † an ordinatus in Subdiaconum absque manu impositione debeat impedi, ne ministraret, sed glo. soluit dicendo, quòd antequam ista suppleantur, ministrare non debet, 5 2. distinct. capitu. sollicitudo. Et satis respondet cum dicat ista suppleri, † quia nihil dicitur actum, cum aliquid superest agendum, 7. quæstio. 1. capitu. illud magnopere considerandum arbitror circa † sacramenta, quòd aliqua sunt voluntaria, prout est Ordo, & Matrimonium, alia necessaria, prout est Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Corpus Christi, & Vltima vñctio, secundum Host. † Sacramentum Ordinis dicitur maius respectu regiminis, nam per illud Ecclesia regitur, & habet alia per

9 per quæ per illud conficiuntur, & conferuntur, † Penitentia dicitur maius respectu reparationis, quia sola post Baptismum habet reparare. † Extrema unctio respectu Confirmationis, quia dignè sumpta dat consumationem gratiæ, 25. distinct. cap. qualis. In 11 consequentiam etiam, † Sacramentorum proprietates sunt considerandæ, & quare fuerint sacramenta instituta. † Primo casu Baptismus est introeuntium, 32. distinct. capit. præter hæc. §. verum. Confirmatio dicitur pugnantium, de consecrat. distinct. 5. capitu. Spiritus sanctus. Corpus Christi dicitur progredientium, 26. q. 6. capitu. qui recedunt; Pœnitentia dicitur redeuntium, cap. qui pugnauerunt, de pœni. dist. 2. Extrema unctio recedentium, 95. dist. 13. §. sed istud & c. illud, † Matrimonium vero, & Ordo sunt voluntatis, ut 14 est dictum, & † Primum sacramentum timentium 33. quæstio. 5. 15 cap. qui sitit. † Secundum sacramentum alios regentium, 1. quæst. 16 r. cap. si quis. ecce cum honoris huiusmodi, † Sacramenta propter tria sunt instituta, propter humiliationem, ut dum homo rebus sensibilibus, & inferioribus se subijcit, reuerenter ex hoc amplius apud Deum mereatur, 1 r. q. 3. cap. quid ergo. Item propter eruditionem, ut per id quod foris in specie visibili cernit ad cognoscendum inuisibilem sacramentorum virtutem erudiatur, de consecr. dist. 3. capi. prælatum. Item propter exercitationem, ut vitetur ocium, de renuncia. capit. nisi cum pridem.

S V M M A R I V M.

- 1 Filij Præbyterorum, & alij illegitimi sunt inhabiles ad sacros ordines, nisi fiant Monachi, aut in congregatione canonica viuant.
- 2 Filij Præbyterorum prælacionem nullatenus habeant in minoribus ordinibus & beneficio sine cura.
- 3 Irregularitas proueniens ex alterius delicto tollitur per ingressum Monasterij.
- 4 Episcopi est electio de digno, scientia, moribus, & quod sit de legitimo matrimonio natus.
- 5 Illegitimus si est conditionis prædictæ videlicet, in scientia, moribus, & ætate à dignitatibus non repellitur, indignitatibus secularibus secus in ecclesiasticis.
- 6 Fornicatio extra matrimonium est peccatum mortale.
- 7 Natus de originali peccato mortali à lege Canonica repellitur.
- 8 Illegitimus per ignorantiam promotus, promouens excusatur.

- 9 Promouens illegitimus sciens veritatem cecidit in conspectu Dei, licet illud si lo-
cutum secus si ignorauit.
- 10 Promouens illegitimus sciens poterit petere dispensationem à Papa.
- 11 Locus non sanctificat hominem, idem est si transit ad religionem, vel ad locum
religiose conuersationis.
- 12 Filius sacerdotis non potest administrare in eadem ecclesia paterna, etiam si
impetrauerit à Papa, quia literæ censentur subreptitiæ.
- 13 Papa mandat filium sacerdotis remoueri ab administratione ecclesia, non ob-
stantibus literis impetratis.
- 14 Beneficia impediuntur ex duobus vicis, videlicet, quando quis est illegitimus,
& quando pater ministravit in ecclesia.
- 15 Filius sacerdotis ministrare potest mediate, non autem immedia-
te.
- 16 Filius sacerdotis ordinatus ad sacros ordines agere potest, ut beneficium
conferatur.
- 17 Beneficium collatum ex aliquo impedimento non tenet collatio.
- 18 Filius sacerdotis si non potest retinere beneficium gratiosè concessum potest
tamen illud per viam iustitiæ retinere.
- 19 Illegitimus absque dispensatione Papæ ad dignitatem, vel personatum, vel
beneficium curatum promoueri non potest.

Trigesimum Tertium Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet hoc priuilegio, † Quòd filij
præsbyterorum, & alij illegitimi sunt inhabiles ad
2 sacros ordines, nisi aut monachi fiant, aut in congre-
gatione canonica viuentes, regulariter † prælato-
nem vero nullatenus habeant, in minoribus ordini-
bus & beneficio sine cura Episcopi, dummodo tale
sit, quo alias dispensare possint, in alijs dispensatio Papæ requiri-
3 tur, capitu. 1. de filijs præsbite. † Igitur per ingressum mona-
sterii tollitur irregularitas proueniens ex alterius delicto,
4 statutum fuit per Concilium Lateranense, quòd electio ad Epi-
scopatum de digno, scientia, moribus, etate, & quòd sit de le-
gitimo matrimonio natus, capitu. cum in cunctis de electio.
5 † Si illegitimus esset conditionis prædictæ à dignitatibus non
rePELLitur, l. 2. §. spurios. ff. de decurion. & l. spurij eod. titu. Hoc
est verum in dignitatibus secularibus, secus autem in Ecclesiasticis
ille-



6 illegitimi repelluntur, † quia omnis fornicatio extra matrimo-
7 nium est peccatum mortale, Clem. ad nostram de heretic. † Ideo ve-
luti nati ex originali peccato mortali, a lege canonica repelluntur
8 sed si per ignorantiam tales fuissent promoti excusatur promo-
uens, capitu. 2. de ordin. ab episcopo. C. de test. l. i. ff. de offic. pro-
9 conf. l. iij. † Ipse vero cecidit in conspectu Dei si veritatem nouit,
licet illud sit occultum, de temp. ord. cap. si. secus si ignorauit, vt
quia forte coniugata admisit præsbyterum, nec ei reuelauit, excu-
fatur. ff. de in ius. voc. l. quia semper verbis autem matris in his est
credendum, cap. per tuas de probat. cap. afferte, & cap. literas de
presump. Et quia in dubio tutius est abstinere, cap. ad aures de tem-
po. ord. non tamen cogitur credere, ex quo natus ex nuptiis, l. neq;
professio. C. de test. not. Inn. in cap. officii de penit. & remis. con-
10 suluit Host. † quod talis seruet cōscientiam suam, & uadat ad Pa-
pam pro dispensationem, quam facilliter in hoc casu obtinebit,
11 & cum † locus non sanctificet hominem, utrum idem esset si non
transiisset ad religionem, sed ad locum religiosę conuersationis,
xl. dist. cap. non loca secundum opinionem Dec. non seruaretur
hoc cum a regula communi exorbitare uideatur, & excluderetur a
prælatione tam in eisdem, quam in aliis monasteriis, cap. legi. xvi.
12 q. 1. In dubium reuocari potest † si sacerdos habens filium, & admi-
nistrationem cuiusdam Ecclesie, si a Papa impetrauerit tacitò quòd
esset eius filius, & quòd valeret administrare in eadem ecclesia pa-
terna, an filius ab administratione remoueri potest, & dicendum
13 quòd sic, quia literæ impetratę fuerunt subreptitię. † Ideo hoc co-
gnito per Papam mandauit ordinario quatenus si filius est genitus
sub sacerdotio, & quòd pater eius in eadem ecclesia ministrat, re-
moueat illum ab illa ecclesia, non obstantibus literis impetra-
14 tis. † Duo. n. vitia sunt, quę impediunt ad beneficia promoueri, sci-
licet quando quis est illegitimus, & quando pater ministravit in
15 ecclesia, c. ad præsentiam de fil. præsbyt. † Quòd immò filius possit
ministrare est tex. in cap. ex transmissa, eo. ti. ad quem responde-
ri potest, quòd in d. cap. ad præsentiam ibi intelligitur quòd im-
mediatè non potest, mediatè autem potest, quia purgatum est
16 uitium, † sed est casus, quòd ordinatus ad sacros ordines,
etiam si sit filius sacerdotis, agere potest ut sibi beneficium con-
17 feratur. † Et ubi aliud quòd est collatum ex aliquo impedimen-
to non tenet collatio, illud sibi ex dispositione est relaxan-
18 dum, donec aliter prouideatur, † sed licet filius non possit
tenere sibi beneficium gratiosè concessum per viam gratiæ,
in

in quo pater ante ministravit, potest tamen illud retinere, quando per viam iustitiæ etiam iustitia impellente ex necessitate sibi collatum quousque aliter provideatur, & tunc tenet quandam iuris dispositionem, quod notandum cum de facili alibi non reperitur, Io. And. in cap. veniens de fil. præsb. † Satis est quod illegitimus absque dispensatione Papæ ad dignitatem, vel personatum, vel beneficium curatum, promoveri non potest. cap. nimis, de fil. præsby.

S V M M A R I V M.

- 1 Domini olim pro eorum usu, & ministerio emebant homines.
- 2 Usus emendi servos non est de consuetudine præter penes Genuenses, & Patenopem, ac Regnum Sicilia.
- 3 Servi emptitij ad ordines ante manumissionem promoveri non possunt.
- 4 Ingenuus dicitur ille, qui natus est liber.
- 5 Clericus promotus plenam libertatem adeo quod apud hominum nullum remaneat obsequium temporale, aliis promoveri non potest.
- 6 Servus non est sui iuris sed subiectus Domino, ideo talis promotio potest infirmari, vel vituperari.
- 7 Futura sunt præcauenda.
- 8 Collegio clericali renuntiari non potest.
- 9 Status hominum apud Canonistas tres sunt considerandi, id est status ingenuitatis, status libertatis, status libertinitatis.
- 10 Ecclesia de origine, vel nobilitate non curat.
- 11 Clericus ad hoc ut eligatur non inspicitur in eo nobilitas generis, sed virtus, & vitæ honestas, quæ Deo idoneum, & gratum servitorem faciunt.
- 12 Deus non curat regimen nobilis, & potentis secundum carnem, sed ignobiles, ac puperes, cum apud Deum non sit personarum acceptio.
- 13 Ecclesia non curat Nobilitatem sanguinis, sed attendit nobilitatem conversationis.
- 14 Nobilitas ita fuit cara Deo, ut eum descenderet in terram, ut se humanaret, non traxit hortum ex tirpe Benjamin, sed ex tirpe David regia.
- 15 Deus in omnibus ad exemplum nostrum semper usus est humanitate maxima.
- 16 Deus iussit, quod pro regimine Reipublicæ eligerent viri nobiles, & sapientes.
- 17 Nobiles, & ignobiles varijs pœnis Iureconsulti afflixere.
- 18 Lex, quæ diversimode puniit nobiles, & ignobiles non est iniqua.

19 Nobilitas Deo, & hominibus placet.

20 Virtus, & honesta conuersatio, quam sanguinis nobilitas curatur à Deo.

21 Deus est fons iustitię, quę unicuique tribuit quod suum est.

22 Ecclesia est habitaculum Dei.

23 Clericus non promouetur, qui in infamiam ecclesie a Domino reuocatur.

24 Natus ex patre seruo, & ex libera matre poterit promoueri.

Trigesimum Quartum Privilegium.

ECCLESIA gaudet tali priuilegio, † Olim in com-
 muni vsu erat quod Domini pro eorum ministe-
 rio homines emebant, † Qui propriè appellabā-
 tur serui, hodie autem abiit in desuetudinē, præ-
 ter penēs Genuenses, & Partenopem, ac Rgnum
 Sicilię, apud quos viget adhuc talis consuetudo
 huiuscemodi. † Serui ad ordines ante manumissio-
 nem promoueri non possunt, capitu. 1. de seru. non ordin. hoc enim
 cum maxima verborum efficacia Sancitum est, cum ibi in tex. di-
 catur nisi ante clericatum ingenuitatis dignitate potiatur, vtitur
 illo verbo ingenuitatis improprie. † Quia ingenuus dicitur ille
 qui natus est liber. institu. de ingenu. in princ. vnde dic ingenuita-
 tis, idest plenę libertatis, † Nam qui ad clericatum promouetur
 plenam libertatem consequi debet, adeò quòd apud Dominum
 nullum remaneat obsequium temporale, aliàs promoueri non de-
 bet, 54. dist. cap. quicumque ratio enim fuit nam, † cum seruus non
 sit sui iuris, sed subiectus Domino suo, ideo talis promotio poterit
 infirmari, vel vituperari, & ita hoc præcauendum. † Hic igitur no-
 tandum, quòd futura sunt præcauenda, cap. in nomine Domini
 23. distin. c. conuenientibus 1. q. 7. ca. cum Adrianus 63. dist. quia
 vituperium consistit in hoc, quòd promotus in seruitutem remitta-
 tur cap. frequens 54. distin. & capi. ex antiquis vituperium tale est,
 quod tangit totum † collegium clericali, cui renunciare non po-
 test, cap. si diligenti de foro compe. † Apud Canonistas, tres sunt
 hominum status considerandi, quidam sunt ingenui, & sunt illi
 qui sunt in plena libertate, & fuerunt nati liberi, quidam sunt liber-
 tini, & sunt illi qui fuerunt serui, sed postea manumissi sunt, qui-
 dam sunt serui, qui sub potestate Domini sui vitam degunt, † Si
 Ecclesia de origine, vel nobilitate non curat, ca. venerabilis de præ-
 bend. & capi. ad decorem de institu. non attenditur, † in eligen-
 do

do aliquem in clericum nobilitas generis, sed virtutum, vitæque honestas, nam hæc Deo idoneum, & gratum seruitorem faciunt, ¶ ad eius regimen non multos secundum carnem nobiles, & potentes, sed ignobiles, ac pauperes, ex quo apud eum non est personarum acceptio, nam ibi loquitur de personis quæ non sunt serviles ¶ ex origine. Ideo de illis, ¶ ecclesia non curat nec de nobilibus sanguine etiam curat, sed nobilitatem conuersationis attendit, de cleric. pereg. per totum & cap. cum deputati de iudi. Tamen ¶ nobilitas ita fuit cara Deo, vt cum descenderet in terram, non traxit ortum ex stirpe Benjamin tanquam viliori, sed ex stirpe Dauit Regia. ¶ Licet in omnibus ad exemplum maxima inquam humanitate ¶ vsus fuerit, ¶ iubetque in cap. i. Deuteronomii, quod pro regimine Reipublicæ eligantur viri nobiles, & sapientes, nam ambæ necessariæ sunt, vna per se sola non sufficeret, quia Sapientia, respicit iudicium, nobilitas auctoritatem, quæ ad regendum sunt aptæ. ¶ Iure autem consulti variis pœnis nobiles, & ignobiles afflixere, l. capitalium. ff. de pœn. ¶ Nec propter hoc lex erit iniqua, nam nobiles sæpius turpia euitant, quod ignobiles non faciunt, sed ea facilius ex natura, & mala educatione imbuti frequentant, ¶ Itaque Deo & hominibus placuit nobilitas, capitula allegata eam non reprobant, ¶ Sed magis approbant, virtutem & honestam conuersationem, quam sanguinis nobilitatem, non curat personas non serviles, sed duntaxat serviles ut hic, ¶ Deus qui est fons iustitiæ, quæ vnicuique tribuit quod suum est, & per consequens, ¶ Ecclesia quæ est ipsius habitaculum, non intendit in ¶ clericum promouere, qui in infamiam ecclesiæ à Domino reuocatur, ut dicit glo. in d. cap. i. de seru. non ordin. ¶ Natus autem ex patre seruo, & ex libera matre poterit promoueri, eo. titu. cap. fi.

S V M M A R I V M.

- 1 Administrationis rationem rei alienæ administratæ quilibet reddere tenetur, nedum in hoc sæculo, sed in futuro.
- 2 Administratores bonorum alterius ordinari non debent ad sacros ordines, nisi administratione deposita.
- 3 Ecclesia infamatur recipiendo, seu promouendo aliquos quorum vitæ actus non fuerint comprobati.
- 4 Promotus creditore prohibente ad clericatum non deponitur sed eius bona cedunt ei insolutum.

Epi.

- 5 Episcopus promouens ad clericatum debitorem alicuius si non sufficiunt eius bona, ei tenetur.
- 6 Iure canonico cautum reperitur viginti species personarum infamium, & quasdam alias personas, quæ propter irregularitatem, vel alias causas ad sacros ordines accedere non possunt.
- 7 Infamis dicitur qui legis Christiana normam abiicit, & statuta Ecclesiastica contemnit, aut qui facultates Ecclesie iniuste tenet.
- 8 Administrans bona secularia non promouetur nisi reddita ratione.
- 9 Aliena bona retinere præsumitur, qui rationem non reddit.
- 10 Ecclesiasticorum bonorum rationem reddere contemnens ex quo facultatem Ecclesie iniuste retinet, infamis in utroque casu à lege promulgatur.
- 11 Ecclesia est refugium delinquentium, non autem obligatorum ad ratiocinia.
- 12 Ecclesia non est tutum refugium pro omnibus delictis.
- 13 Ecclesia in eius gremium si reciperet obligatos ad ratiocinia, daretur materia grauius peccandi.
- 14 Differentia non est inter publica ratiocinia, & priuata, quia administratores conueniuntur ex utraque causa.
- 15 Debites ciuitatum non admittuntur ad honores, nisi facta solutione.
- 16 Administratores non debent admitti ad ordines, retinentes aliena bona, ob non redditam rationem.
- 17 Administratores assumi possunt si nocati ab illis fuissent, quorum ratiocinijs essent obligati.
- 18 Consensus creditorum sufficit ad liberationem.
- 19 Promotio eorum, qui tutelam, curamque egerint, vel quæ necessaria sunt à legibus imposta, non impeditur.
- 20 Promotus suscipere potest necessaria imposta à lege.
- 21 Promoti Administrationes, Procurationesque, miserabilium personarum suscipere possunt.
- 22 Promoti suscipientes administrationes pauperum, eorum promotio non impeditur Autoritate Episcopi.
- 23 Administrans non promouetur nisi reddita ratione, imò reuocatur promotio.
- 24 Administrans pro Ecclesia, pro miserabilibus personis, pro consanguineis promoueri potest tam si gerit coram iudice seculari, quam pro laicis coram ecclesiastico.

Trigesimum Quintum Priuilegium.

- E**CCLESIA hoc priuilegio gaudet, † Omnes. n. quibus datum est res alienas administrare, rationem reddere tenentur, nedum in hoc seculo, sed in futuro proprias, vnde habetur secundum Lucam in cap. 6. redde rationem villicationis tuæ. In hoc enim seculo quisque tenetur per tex. in l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ration. distrahend. Rom.
- 1 in consi. 413. † Isti administratores bonorum alterius ordinari non debent ad sacros ordines, nisi administratione deposita, & reddita ratione, quare non possint promoueri ante libertatem negotiorum, vel officiorum, quia † Ecclesia infamatur recipiendo seu promouendo aliquos, quorum vitæ actus non fuerint comprobati in omnibus. Glos. autem exponit verbum infamatur, idest puniatur
- 2 † Quia si creditore prohibente fuerit promotus ad clericatum, non deponetur, sed eius bona cedunt ei in solutum, † quæ si non sufficiant Episcopus ei tenetur, qui ei abstulit occasionem negociandi, cap. fornicari 88. dist. Hæc enim expositio circa istud verbum infamatur, mihi non placet. † Nam iure canonico cautum reperio
- 3 viginti species personarum infamium, & quasdam alias personas, quæ propter irregularitatem, vel alias causas ad sacros ordines accedere non possunt, capitu. infames 6 quæstio. 1. † Ibi dicitur, quod notantur infamia, illi qui Christianæ legis normam abijciunt, & statuta Ecclesiastica contemnunt: aut qui facultates Ecclesiæ iniuste tenent. Nam qui vult promoueri, † aut administrat bona secularia, aut bona ecclesiastica. Si bona secularia non promouetur nisi reddita ratione, † nam eam non reddendo præsumitur aliena bona retinere, & ita contra iustitiam, quæ tribuit vnicuique quod suum est, Institutio. de
- 4 iusti. & iur. in princip. † Si bona ecclesiastica, & contemnit rationem reddere ex quo facultates Ecclesiæ iniuste retinet, infamis in vtroque casu à lege promulgatur, ut ibi in d. capitu. infames plenè constat. Debet igitur illud verbum infamatur, id est Ecclesia infamatur dum esset refugium personæ infamis. Et
- 5 si diceretur. Sicuti † Ecclesia est refugium delinquentium, multo magis potest esse refugium obligatorum ad ratiocinia, nam
- 6 longa differentia est, quia † Ecclesia non est tutum refugium pro om-


omnibus delictis, prout supra in alio privilegio fuit deductum.
 13 Si enim Ecclesia in eius gremium reciperet obligatos ad ratiocinia, sequeretur hoc inconueniens, quod daretur materia grauius peccandi, quia administratores retinerent, & calarent pecuniam, se tuentes sub Clypeo cap. Odoardus de solut. Deinde illi quorum
 14 negocia administrata fuissent remaneret grauari, vt eorum administratores forum mutassent. † Nec est facienda distinctio inter publica ratiocinia, & priuata, ne an tales administratores conueniantur de dolo, an de culpa, sed quod pro quibuscunque ratiociniis siue publicis siue priuatis astringi possint, non possunt promoueri, nisi si reddita ratione. † Nam si debitores ciuitatum non admittuntur
 16 ad honores, nisi facta solutione, l. i. C. de debit. ciuit. lib. i. i. † Multo fortius non debent admitti ad ordines retinentes aliena bona,
 17 ob non redditam rationem. † Assumi tamen possent si uocati illi fuissent, quorum ratiociniis essent obligati, & ex tali concessione
 18 laedi possent, † eorum consensus ad liberationem sufficit, capi. si quis quicumque 54. dist. † Si tutelam, uel curam egerint, uel quæ
 19 necessaria sunt à legibus imposita, non impeditur eorum promotio, † cum etiam promotus suscipere potest, 86. dist. cap. peruenit.
 21 † Sed & aliarum personarum miserabilium procuraciones administratores suscipere possunt, tamen † Episcopi Auctoritate eorum promotio non impeditur, d. cap. peruenit similiter & Ecclesiarum
 22 89. dist. cap. indicatum. Et hæc vera sunt eo permanente in officio, si autem deposuit administrationem adhuc tamen est obligatus ex
 23 ea, † sed si sunt publica ratiocinia non debet promoueri, nisi ea reddita, immo reuocari si promoueatur, 51. dist. ca. præterea sed quod dictum est de Procuracionibus, & Administrationibus, intelligitur
 24 coram iudice seculari, † nisi pro Ecclesia, uel miserabilibus personis, & consanguineis, & his, quorum negotia de iure gerit, l. i. & l. sequen. ff. de postul. & pro laicis coram ecclesiastico, capitu. 1. 2. 3. de postul.

S V M M A R I V M.

- 1 Promotio impeditur ex deformitate membri,
- 2 Corpora duplici modo dicuntur viciata quando sunt debilitata.
- 3 Sacerdos si duello amisit partem digiti, si tanta pars digiti superest, quod absque scandalo celebrare possit post peractam pœnitentiam permittitur ministrare, Auctoritate Episcopi.

- 4 Sacerdos cui unguis pollicis deest ex aliquo tristi euentu, dummodo valeat ad frangendam Eucharistiam promouetur.
- 5 Promotio non impeditur ex deformitate oculi maculae, dum macula non sit magna.
- 6 Promotus secus in incunabilis assumptus ad ordinem Diaconatus ad alia prohibetur promoueri.
- 7 Promotus dicitur si sanus cuperet, ut virilia abscinderentur.
- 8 Promotus secus in incunabilis permittitur promotio si per insidias scelus fuit, vel ita natus, vel ob persecutionem virilia amputati entur, si in ceteris dignus potest promoueri.
- 9 Sacerdos credens Deo prestare obsequium, fecit sibi amputari virilia, officium exercere potest, ministerium vero prohibetur.
- 10 Sacerdos si ex iusta causa fecit sibi amputari virilia officium sacerdotale exercere potest.
- 11 Promotus prius mutilatus manu, est ammouendus.
- 12 Promouendus, quando fuit viciatus si dabit operam rei licite potest promoueri, secus si illicite. Primo casu dispensatur. Secundo casu efficitur irregularis.
- 13 Priuatus aliquo membro ex superbia, vel indignatione, vel impatientia ad promotionem repellitur.
- 14 Promotio propter peccatum, & propter inhabilitatem executionis in alterius ministerio denegatur.
- 15 Deformitas prouenit ex peccato, vel ex inhabilitate executionis ministerij sacerdotalis.

Trigesimum Sextum Privilegium.

- 1  CCLESIA habet hoc privilegium, quod deformitas membri aliquando impedit aliquem promoueri. Corpora duplici modo dicuntur vitiosa. Aut sunt debilitata, aut mutilata. Si sacerdos partem digiti in duello amisit, si tanta pars digiti superesset, quod absque scandalo celebrare possit, post peractam penitentiam Auctoritate Episcopi permittitur in suo ordine ministrare, licet grauis eius excessus extitisset, ca. 1. de corp. vit. Promoueri que pariter potest ad sacros ordines ille, qui aliquo tristi euentu unguis pollicis caret, dummodo ad frangendam
- 2
- 3
- 4
- 5 Eucharistiam in eo sit potens, capitulo fina. eodem tit. Macula etiam

etiam in oculo quæ magnam deformitatem non præbet, non im-
 6 pedit promotionem, cap. 2. eod. titu. † Sed si in cunabulis sectus,
 & in monasterio assumptus, & ad ordinem Diaconatus promo-
 7 tus, an ad alios ordines promouendus, ex Concilio Niceno prohi-
 8 berur. Et aliquando, † promotus deijcitur, si sanus cuperet vt ab-
 scinderentur. † Secto autem incunabulis permittitur, si per insi-
 dias sectus fuisset, vel ita natus, vel ob persecutionem virilia am-
 putarentur, si in cæteris dignus promoueri potest: capit. ex parte
 9 eo. tit. † Si igitur sacerdos credens Deo præstare obsequium, fe-
 cit sibi amputari virilia, officium exercere potest, altaris vero mi-
 10 nisterium prohibet. † Si tamen ex iusta causa fecit officium sacer-
 11 dotale exercere potest, † vt prius. Mutilatus vero manu & pro-
 12 motus est amouendus, c. ex postulasti eo. titu. dispensati uè tñ pro-
 moueri potest, vt in primo casu duelli. † Sed quare prohibentur
 promoueri? Quia aut dabat operam rei licitæ, quando fuit uicia-
 tus, aut illicitè. Primo casu dispensatur, secundo casu efficitur ir-
 13 regularis, & propterea amouendus † Aut priuatus aliquo mem-
 bro, ex superbia, vel alia indignatione, vel impatientia, à promo-
 tione repellitur, & si promotus deijcitur. Secus si ex iusta causa,
 14 † propter peccatum, & propter inhabilitatem executionis in alta
 15 ris ministerio denegatur promotio. Et ita, † deformitas proue-
 nit ex peccato, vel ex inhabilitate executionis ministerij sacer-
 dotalis.

S U M M A R I V M.

- 1 Bigami penitentes, & mariti repudiatarum ad sacerdotium promoueri non possunt.
- 2 Bigamia est triplex, videlicet quædo quis duas vel plures habet uxores: Alia cum quis contrahit cum corrupta: Tertia quando quis castitatem promissam per votum solenne violat, vel scienter cognoscit uxorem adulteram.
- 3 Bigamos ordinans priuatur officio, & potestate ordinandi.
- 4 Bigamus ordinatus priuatur tali ordine, nisi cum eo fuerit dispensatus.
- 5 Bigamus uxore uiua, vel mortua non ordinatur.
- 6 Bigamos quare Ecclesia non admittit ad ordines?
- 7 Bigamia inter irregularitates non est modica.
- 8 Bigamus quare non promouetur, quatuor causæ assignantur.
- 9 Bigamus, propter defectum sacramenti non promouetur.
- 10 Bigamus propter prærogatiuam ordinum, non promouetur.

Big-

- 11 Bigamus non promouetur quia praesumitur incontinens, nam mortua vna transit ad aliam.
- 12 Bigamus non promouetur quia non habet frontem hortari castitatem & viduitatem, nam coniugia frequentat & cum vidua contraxit.
- 13 Castitas representat Deo animas.
- 14 Bigamus an à Papa dispensari potest?
- 15 Deus omnia potest, virginem tamen post ruinam reintegrare non potest.
- 15 Bigamia non ex annexa irregularitas de iure naturali, sed solum de iure positiuo.
- 17 Bigamum esse non est de essentia ordinis.
- 18 Papa multum potest circa ea quae sunt iuris positiui.
- 19 Irregularitas fit a iure positiuo.
- 20 Apostolus prohibuit ordinari, sed non prohibuit dispensari.
- 21 Petrus fuit Paulo maior in administratione.
- 22 Papa est successor Petri.
- 23 Apostolus prohibet ordinari percussorem.
- 24 Papa dispensat.
- 25 Papa bigamum dispensare potest.

Trigesimum Septimum Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIAE priuilegium est, † vt Bigami penitentes, & mariti repudiarum ad sacerdotium
- 2 **E**CCLESIAE priuilegium est, † vt Bigami penitentes, & mariti repudiarum ad sacerdotium promoueri non valeant, capi. i. de Bigam. † Bigamia triplex est. Vna videlicet, quādo quis duas vel plures habet vxores: Alia est cum quis contrahit cum corrupta. Tertia est, quando quis castitatem promissam per votum solemne violat, vel quādo scienter cognoscit vxorem adulteram, & cum talibus non dispensatur. † Et qui tales ordinat priuatur, officio, & potestate ordinandi. † Et similiter ordinatus tali ordine priuatur nisi cum eo fuerit dispensatus, cap. 2. eod. tit. † Bigamus vxore uiua, vel mortua non ordinatur, capi. de Bigamis eo. tit. † Quare Ecclesia non admittit Bigamos ad ordines? † Quia inter irregularitates Bigamia non modica reputatur. † Quatuor enim assignantur causae propter quas Bigamus non promouetur, glo. in capitu. i. 26. distinct.
- 3 **E**CCLESIAE priuilegium est, † vt Bigami penitentes, & mariti repudiarum ad sacerdotium promoueri non valeant, capi. i. de Bigam. † Bigamia triplex est. Vna videlicet, quādo quis duas vel plures habet vxores: Alia est cum quis contrahit cum corrupta. Tertia est, quando quis castitatem promissam per votum solemne violat, vel quādo scienter cognoscit vxorem adulteram, & cum talibus non dispensatur. † Et qui tales ordinat priuatur, officio, & potestate ordinandi. † Et similiter ordinatus tali ordine priuatur nisi cum eo fuerit dispensatus, cap. 2. eod. tit. † Bigamus vxore uiua, vel mortua non ordinatur, capi. de Bigamis eo. tit. † Quare Ecclesia non admittit Bigamos ad ordines? † Quia inter irregularitates Bigamia non modica reputatur. † Quatuor enim assignantur causae propter quas Bigamus non promouetur, glo. in capitu. i. 26. distinct.
- 4 **E**CCLESIAE priuilegium est, † vt Bigami penitentes, & mariti repudiarum ad sacerdotium promoueri non valeant, capi. i. de Bigam. † Bigamia triplex est. Vna videlicet, quādo quis duas vel plures habet vxores: Alia est cum quis contrahit cum corrupta. Tertia est, quando quis castitatem promissam per votum solemne violat, vel quādo scienter cognoscit vxorem adulteram, & cum talibus non dispensatur. † Et qui tales ordinat priuatur, officio, & potestate ordinandi. † Et similiter ordinatus tali ordine priuatur nisi cum eo fuerit dispensatus, cap. 2. eod. tit. † Bigamus vxore uiua, vel mortua non ordinatur, capi. de Bigamis eo. tit. † Quare Ecclesia non admittit Bigamos ad ordines? † Quia inter irregularitates Bigamia non modica reputatur. † Quatuor enim assignantur causae propter quas Bigamus non promouetur, glo. in capitu. i. 26. distinct.
- 5 **E**CCLESIAE priuilegium est, † vt Bigami penitentes, & mariti repudiarum ad sacerdotium promoueri non valeant, capi. i. de Bigam. † Bigamia triplex est. Vna videlicet, quādo quis duas vel plures habet vxores: Alia est cum quis contrahit cum corrupta. Tertia est, quando quis castitatem promissam per votum solemne violat, vel quādo scienter cognoscit vxorem adulteram, & cum talibus non dispensatur. † Et qui tales ordinat priuatur, officio, & potestate ordinandi. † Et similiter ordinatus tali ordine priuatur nisi cum eo fuerit dispensatus, cap. 2. eod. tit. † Bigamus vxore uiua, vel mortua non ordinatur, capi. de Bigamis eo. tit. † Quare Ecclesia non admittit Bigamos ad ordines? † Quia inter irregularitates Bigamia non modica reputatur. † Quatuor enim assignantur causae propter quas Bigamus non promouetur, glo. in capitu. i. 26. distinct.
- 6 **E**CCLESIAE priuilegium est, † vt Bigami penitentes, & mariti repudiarum ad sacerdotium promoueri non valeant, capi. i. de Bigam. † Bigamia triplex est. Vna videlicet, quādo quis duas vel plures habet vxores: Alia est cum quis contrahit cum corrupta. Tertia est, quando quis castitatem promissam per votum solemne violat, vel quādo scienter cognoscit vxorem adulteram, & cum talibus non dispensatur. † Et qui tales ordinat priuatur, officio, & potestate ordinandi. † Et similiter ordinatus tali ordine priuatur nisi cum eo fuerit dispensatus, cap. 2. eod. tit. † Bigamus vxore uiua, vel mortua non ordinatur, capi. de Bigamis eo. tit. † Quare Ecclesia non admittit Bigamos ad ordines? † Quia inter irregularitates Bigamia non modica reputatur. † Quatuor enim assignantur causae propter quas Bigamus non promouetur, glo. in capitu. i. 26. distinct.
- 7 **E**CCLESIAE priuilegium est, † vt Bigami penitentes, & mariti repudiarum ad sacerdotium promoueri non valeant, capi. i. de Bigam. † Bigamia triplex est. Vna videlicet, quādo quis duas vel plures habet vxores: Alia est cum quis contrahit cum corrupta. Tertia est, quando quis castitatem promissam per votum solemne violat, vel quādo scienter cognoscit vxorem adulteram, & cum talibus non dispensatur. † Et qui tales ordinat priuatur, officio, & potestate ordinandi. † Et similiter ordinatus tali ordine priuatur nisi cum eo fuerit dispensatus, cap. 2. eod. tit. † Bigamus vxore uiua, vel mortua non ordinatur, capi. de Bigamis eo. tit. † Quare Ecclesia non admittit Bigamos ad ordines? † Quia inter irregularitates Bigamia non modica reputatur. † Quatuor enim assignantur causae propter quas Bigamus non promouetur, glo. in capitu. i. 26. distinct.
- 8 **E**CCLESIAE priuilegium est, † vt Bigami penitentes, & mariti repudiarum ad sacerdotium promoueri non valeant, capi. i. de Bigam. † Bigamia triplex est. Vna videlicet, quādo quis duas vel plures habet vxores: Alia est cum quis contrahit cum corrupta. Tertia est, quando quis castitatem promissam per votum solemne violat, vel quādo scienter cognoscit vxorem adulteram, & cum talibus non dispensatur. † Et qui tales ordinat priuatur, officio, & potestate ordinandi. † Et similiter ordinatus tali ordine priuatur nisi cum eo fuerit dispensatus, cap. 2. eod. tit. † Bigamus vxore uiua, vel mortua non ordinatur, capi. de Bigamis eo. tit. † Quare Ecclesia non admittit Bigamos ad ordines? † Quia inter irregularitates Bigamia non modica reputatur. † Quatuor enim assignantur causae propter quas Bigamus non promouetur, glo. in capitu. i. 26. distinct.
- 9 **E**CCLESIAE priuilegium est, † vt Bigami penitentes, & mariti repudiarum ad sacerdotium promoueri non valeant, capi. i. de Bigam. † Bigamia triplex est. Vna videlicet, quādo quis duas vel plures habet vxores: Alia est cum quis contrahit cum corrupta. Tertia est, quando quis castitatem promissam per votum solemne violat, vel quādo scienter cognoscit vxorem adulteram, & cum talibus non dispensatur. † Et qui tales ordinat priuatur, officio, & potestate ordinandi. † Et similiter ordinatus tali ordine priuatur nisi cum eo fuerit dispensatus, cap. 2. eod. tit. † Bigamus vxore uiua, vel mortua non ordinatur, capi. de Bigamis eo. tit. † Quare Ecclesia non admittit Bigamos ad ordines? † Quia inter irregularitates Bigamia non modica reputatur. † Quatuor enim assignantur causae propter quas Bigamus non promouetur, glo. in capitu. i. 26. distinct.
- 10 **E**CCLESIAE priuilegium est, † vt Bigami penitentes, & mariti repudiarum ad sacerdotium promoueri non valeant, capi. i. de Bigam. † Bigamia triplex est. Vna videlicet, quādo quis duas vel plures habet vxores: Alia est cum quis contrahit cum corrupta. Tertia est, quando quis castitatem promissam per votum solemne violat, vel quādo scienter cognoscit vxorem adulteram, & cum talibus non dispensatur. † Et qui tales ordinat priuatur, officio, & potestate ordinandi. † Et similiter ordinatus tali ordine priuatur nisi cum eo fuerit dispensatus, cap. 2. eod. tit. † Bigamus vxore uiua, vel mortua non ordinatur, capi. de Bigamis eo. tit. † Quare Ecclesia non admittit Bigamos ad ordines? † Quia inter irregularitates Bigamia non modica reputatur. † Quatuor enim assignantur causae propter quas Bigamus non promouetur, glo. in capitu. i. 26. distinct.
- 11 **E**CCLESIAE priuilegium est, † vt Bigami penitentes, & mariti repudiarum ad sacerdotium promoueri non valeant, capi. i. de Bigam. † Bigamia triplex est. Vna videlicet, quādo quis duas vel plures habet vxores: Alia est cum quis contrahit cum corrupta. Tertia est, quando quis castitatem promissam per votum solemne violat, vel quādo scienter cognoscit vxorem adulteram, & cum talibus non dispensatur. † Et qui tales ordinat priuatur, officio, & potestate ordinandi. † Et similiter ordinatus tali ordine priuatur nisi cum eo fuerit dispensatus, cap. 2. eod. tit. † Bigamus vxore uiua, vel mortua non ordinatur, capi. de Bigamis eo. tit. † Quare Ecclesia non admittit Bigamos ad ordines? † Quia inter irregularitates Bigamia non modica reputatur. † Quatuor enim assignantur causae propter quas Bigamus non promouetur, glo. in capitu. i. 26. distinct.

ad

12 ad aliam, cap. proposuisti 82. dist. † Quarta, quia non habet frontem hortari castitatem, & viduitatem qui coniugia frequentavit, 13 vel qui cum vidua contraxit, ca. una 26. distinct. † & tamen castitas representat Deo animas, Bar. in Auth. de Lenon. num. 2. † Sed an à Papa Bigamus dispensari potest? Aliqui tenuerunt, quòd non quia vitium tollere in Bigamo non pendet à potestate Papæ, surgit enim à defectu diuini sacramenti, quem interrogare non potest Papa, ergo nec dispensare, † Ad hoc quia cum Deus cætera possit, non potest virginem post ruinam reintegrare, ca. si Paulus 22. q. 5. l. 1. C. de rapt. virg. gl. in cap. super eod. tit. quòd potestas Papæ non minuitur. Sed quòd poterit dispensare cum Bigamo, & ita tenet 16 Host. † Si diceretur, quòd irregularitas non est annexa Bigamiae 17 de iure naturali, sed solum de iure positivo, & quòd † quem non esse Bigamum non sit de essentia ordinis, patet quia verum ordinem recepit, vt dicit glo. quòd non esset verum si illud esset de essentia 18 ipsius. † Circa autem illa, quæ sunt iuris positivi multum potest Papa, de quo in cap. per venerabilem, qui fil. sin. legi. Inno. in ca. nisi 19 cum s. personæ de Renunt. † Nam omnis irregularitas fit à iure positivo, † nec obstat quòd hoc sit contra Apostolum, nam Aposto- 21 lus prohibuit ordinari, sed non prohibuit dispensari. † Petrus fuit 22 Paulo maior in administratione, † cui est Vicarius Papa, ideo ex constitutione Pauli non astringitur prohibentis, & si teneretur ta- 23 men adhuc non constringeretur, capitu. innotuit de elec. † Aposto- 24 lus prohibet ordinari percussorem & tamen, † Papa dispensat ca. 25 sicut de homicid. est communis opinio, quòd † Papa Bigamum dispensare potest, 34. distinct. capitu. lector & ita tenent Innocen. & Abb.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici ultramarini, & incogniti ad diuina non admittantur, nisi testimonio quinque Episcoporum,
- 2 Credendum non est alicui super ordinatione sua.
- 3 Inquirunt de conuersatione alicuius ab illis cum quibus moratur.
- 4 Clericus ab Episcopo alterius ciuitatis non potest ordinari.
- 5 Ordinatio est irrita si non est facta a suo Episcopo.
- 6 Presbyter veniens aliunde non suscipitur in Ecclesijs fundatis ab alijs.
- 7 Presbyter accipi non debet nisi sit consecratus ab Episcopo vestra Ecclesia.

Cle-

- 8 Clerici si ordinarentur à quocunque Episcopo sine literis commendatitijs iurisdictiones Episcoporum confunderentur.
- 9 Administrationes diuinae non possunt fieri nisi à sacerdote ritè ordinato.
- 10 Clericus quòd sit ordinatus non solum potest probari per literas commendatitias verum per testes.
- 11 Testificationes Prælatorum an probent ordinationem?
- 12 Clerici peregrini ordinatio constare potest per sigilla Episcopi, & alia argumenta.
- 13 Clerici peregrini, vt recipiantur ad ordines, & ad celebrandum Episcopus suus potest dare comendatitias.
- 14 Episcoporum literæ testimoniales sufficiunt, vt clerici peregrini ordinentur.
- 15 Abbas vel Monachi clericum extraneum habentem dimissorias in Ecclesijs suis instituere possunt.
- 16 Ad Episcopum recurritur, vt cognoscat literas dimissorias.
- 17 Electio in casu admissio si concurrat de gremio, & de alienigena electio de gremio praualet.

Trigesimum Octauum Priuilegium.

- E**CCLĒSIA habet hoc priuilegium, † quòd clerici ultramarini, & incogniti ad diuina non admittuntur, nisi testimonio quinque Episcoporum ostendant eorum ordinationes, & aliquanto tempore in suspensione habeantur in quo de ipsorum actibus instruantur illi, cum quibus morantur, cap. i. de cleric. peregrin. Hinc percipitur, quòd statim † non est credendum alicui super ordinatione sua, & † quòd est inquirendum de conuersatione alicuius ab illis, cum quibus moratur. † Quare non admittantur quia statutum est clericum ab Episcopo alterius ciuitatis non posse ordinari, cap. illud 71. distinct. † Et si ordinatus fuerit irrita sit eius ordinatione, cap. si quis ea. distinct. † Iuxta canonum instituta hortatur, vt in Ecclesijs fundatis à vobis præshyter ueniens aliunde non suscipiatur, † nisi ab Episcopo vestrae Ecclesiæ fuerit consecratus, aut ab eo per literas comendatitias suscipiatur, capitu. hortatur ea. distinct. † ratio statuendum. Omitto quòd Episcoporum iurisdictiones confunderentur, † & diuinæ administrationes nō possunt fieri, nisi à sacerdote ritè ordinato, capitu. i. §. una de summ. trin. & fid. cathol. vt euitetur fraus, irregularitas, & peccatum in quo

quo incidere admissus ad diuina, quando alijs non esset sacerdos, licet tamen esset edoctus ad administrandum, & propterea non admittuntur Clerici incogniti, quod sit ordinatus non solum potest probari per literas commendatitias sui Episcopi, verum etiam per duos testes. cap. tua. eo. tit. † Sed dubitari potest an Prælatorum testimonio ordinationem probent? Innoc. tenet, quod sic etiam si non sint ordinatores, vt in cap. inter quatuor. eo. tit. † & non solum per sigilla Episcopi, sed etiam per alia argumenta constare potest de ordinibus, vt illi peregrini possent licite promoueri, & celebrare. † Alij dicunt, quod quod ad ordines, & vt recipiantur ad celebrandum in ordine suo, Episcopus suus potest dare commendatitias, arg. cap. fin. 73. distin. & idem vt possint ab alio Episcopo ordinari ad vtrunque effectum, videlicet vt admittantur ad diuina, † & quod ordinentur, sufficiunt literæ Episcoporum testimoniales, cap. cum nullus de tempo. ord. lib. 6. Nam antiquorum Canonum intentio fuit, quod clericus sine voluntate Episcopi sibi non auferat. Ideo secundus sine licentia primi ordinatoris, illum non ordinaret, argumento l. 3. C. de pigno. si † Abbas, vel Monachi clericum extraneum habentem dimissorias in Ecclesijs suis instituere possunt, & pro institutione ad Episcopum recurrere non debent; & si Ecclesia est exempta ex privilegio, ad eod quod ad eos spectet institutio, † ad diocesana tamen recurritur, vt cognoscat literas dimissorias, † si in casu admissio concurrat electio de gremio, & de alienigena præualeat electio de gremio cap. te nobis eo. ti. cum vni de iure communi prouideatur; alteri de iure singulari, de quo de elec. cap. cum inter canonicos.

S U M M A R I V M.

- 1 Archidiaconi officium post Episcopum maius est.
- 2 Archidiaconus de iure est Vicarius Episcopi, & gerit vices Episcopi in his, quæ spectant ad Episcopum.
- 3 Archidiaconus officio incumbit cura in clero tam in vrbe, quam in tota diocesi circa conuersionem, honorem, & restorationem Ecclesiarum ac doctrinam Ecclesiasticorum.
- 4 Archidiaconus si non est datum Episcopo, de trienio in triennium vniuersalem parochiam circumeat.
- 5 Archidiaconus corrigit ea, quæ indigent emendatione, et correctione, ad instar sui Episcopi.

K Archi-

- 6 Archidiaconus dicitur ab archos, quod est Princeps, & diaconus quod est quasi Princeps diaconorum.
- 7 Archidiaconi officium est institutum, ut officia, & res Ecclesiasticae ordinentur.
- 8 Ecclesia indigent pluribus officiis ideo plura confecta sunt, ut est officium ostiarii, exorcistae, Accolyti, psalmista, lectoris, Subdiaconi, Diaconi, presbyteri, Episcopi Archidiaconi Archipresbyteri Primicerij.
- 9 Ecclesiae ministerio officia Ecclesiastica distribuuntur.
- 10 Ecclesiasticorum officiorum distributiones adiuuenta sunt, ut res Ecclesiasticae gubernentur, ordine.
- 11 Ecclesia ad imitationem Christi, ut eius sponsa, officia distribuit, qui & ipse dedit claves Petro.
- 12 Christus dixit Apostolis ite & predicate Euangelium per uniuersum.
- 13 Ecclesiae siue eius ministerium esset confusum, si officia non fuissent ordinata.
- 14 Ordo est necessarius eo quia ipse Deus in creatione orbis ordinem seruauit.
- 15 Ecclesia à diuinis operationibus difformanda.
- 16 Archidiaconi officium est audire iurgia, quaestiones, & causas.
- 17 Archidiaconus instituit, poenas infligit, priuat beneficis, subiectis praecipit obsequia vicaria curam iurisdictionemque, habet, corrigit, uisitat procuratores recipit, suspendit, excommunicat, interdicit, incognitum non probatum audiet, probatum non audiet.
- 18 Notoria non sunt examinanda.

Trigesimum Nonum Priuilegium.



- 1 **E**CCLESIA gaudet hoc priuilegio, quod inter officia ab ea ordinata adest † officium Archidiaconi, qui post Episcopum maior est, & de iure † communi est eius Vicarius, nam in multis gerit vices Episcopi in his quae spectant ad Episcopum, & potestas ei concessa ab eo eiusque nomine exercet. † Sed quae sunt incumbentia eius officio,
- 2 cura in clero tam in vrbe, quam in tota Diocesi circa conuersionem, & honorem ipsius, ac restaurationem Ecclesiarum,
- 3 doctrinam Ecclesiasticorum. † Et de triennio in triennium si non datum est Episcopo vniuersalem parochiam circumeat. † Et quae indigent emendatione, & correctione ad instar sui Episcopi corri-

6 corrigat, & emendet, cap. 1. de offi. Archid. † Archidiaconus dicitur ab archos, quòd est Princeps, & Diaconus, quòd est quasi Princeps Diaconorum. † Sed quare institutum sit hoc officium Archidiaconi? Quia per officia res ecclesiasticè ordinantur. † Et cum Ecclesia pluribus officijs indigeat, ideò plura confecta sunt, prout est officium Ostiarii, Exorcistæ, Accolyti, Psalmistæ, Lectoris, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, Episcopi, Archidiaconi, Archipresbyteri, Primicerii, & sic de singulis, de quibus habetur in cap. perlectis 25. dist. † Officia igitur hæc distribuuntur pro Ecclesie ministerio, † hæc enim distributiones adinuentæ sunt, vt res Ecclesiasticæ ordine gubernentur. † Ad imitationem Christi, Ecclesia eius sponsa officia distribuit, qui & ipse inter Apostolos similiter distribuit dando claves Petro, † & alijs iubendo, vt irent per vniuersum ad prædicandum Euangelium. † Si officia non fuissent ordinata, Ecclesia siue eius ministerium esset confusum, † Ordo igitur est necessarius, eo maximè quia ipse Deus in creatione Orbis ordinè seruauit, vt habetur in cap. 1. Genes. Ita etiam inferiora omnia suo ordine gubernanda præcepit, teste Apostolo ad Corinth. cap. 14. † A diuinis operationibus ne sit diformis Ecclesia, regulatur per officia. † Officium Archidiaconi est audire iurgia, quæstiones, & causas cap. ad hæc eo. tit. † Secundo instituit. 63. dist. cap. si in plebibus. Tertio pœnas infligit, cap. licet de pœn. Quarto priuat beneficijs, c. referente de præben. Quinto subiectis præcipit obsequia, c. ad hæc de excels. prælat. Sexto perpetuam Vicariæ curam, & per cõsequens iurisdictionem ordinariã hêt d. c. 1. Septimo corrigat, visitat procuraciones, recipit, suspendit, excommunicat, et interdicit, c. dudum de elec. Episcopo tamen prohibente nihil poterit, capit. 1. eod. titu. l. iudicium. ff. de iudi. sed an quemlibet teneatur audire? Incognitum, & non probatum: probatum autem non audiet. † Nam notoria non sunt examinanda, cap. quoniam de fil. præbyt. officia aliorum supra scriptorum qualia sint, vide per tex. in d. cap. perlectis.

S U M M A R I V M.

- 1 Sacrista habet officium custodis, et ea qua sunt Ecclesie committuntur, & iurisdictioni Archidiaconi parere tenetur.
- 2 Sacrista canonicarum horarum signa campanæ pulsat, pallia, lintheamina altaris, cunctaque vtenilia Ecclesie custodit.

- 3 Sacrista per uigil est in ornamento Ecclesie, & luminarijs sollicitus absente ordinario oblationes, eleemosynasq; diuidit.
- 4 Dignitates, & officia Ecclesiastica, constitutaque ornamenta vana, omnia essent nisi adesset custos cui gubernanda traduntur.
- 5 Ordinum multi, professores Ecclesiasticæ disciplinæ maximum fructum pariunt.
- 6 Iaponorum Insula attestatur fructus ecclesiasticos.
- 7 Sancti Thomastus, & Dominicus inter Iaponenses, doctrinam Euangelicam seminauerunt.
- 8 Campana est signum congregandi: quandoque eundi ad bellum: quandoque signum horarum: quandoque signum actionis gratiarum, pro laudabili signo salutationis Virginis sonat de sero, pro morte, pro excommunicatione, pro gaudio, pro honore, pro igne, pro populi parlamento, pro intrando lectum, pro honore corporis Christi.
- 9 Campana ab Episcopo benedicitur, eius pulsatio in nocte repellit malignos spiritus, & Dæmonis grandinam, temporaq; peruersa.
- 10 Campana dicitur à Campania ubi prius usus eius fuit inuentus.
- 11 Saraceni campanis non utuntur, sed multum eas commendant.
- 12 Christiani in habendis campanis præuenerunt saracenos ex hac præuentione saraceni campanis non utuntur.

Quadragesimum Priuilegium.

- C**ECLESTIA gaudet hoc priuilegio. Omitto officium Archipresbyteri, Primicerij, † Sacristæ, quod habet officium custodis, cui ea quæ sunt Ecclesie custodienda committuntur, & iurisdictioni Archidiaconi parere tenetur. † Canonicarum horarum signa, campana pulsatio, pallia, lintheamina altaris, cunctaque utensilia Ecclesie custodit, † & per uigil est in ornamento Ecclesie, & luminarijs sollicitus, oblationes, eleemosynas diuidit inter fratres, absente tamen ordinario, cap. 1. & 2. de officio cult. Quare autem institutum sit hoc officium quasi fatuum est quærere. † Nam frustra essent officia, & dignitates Ecclesiasticæ constitutæ superfluaque essent ornamenta, vanaque omnia essent, nisi adesset custos, cui omnia gubernanda traduntur. † Certè hoc dicere cogor, quod multi sunt ordines inter Ecclesiasticæ disciplinæ professores, qui in ornamentis Ecclesie, & in omni cultu diuino admodum valent, vnde maximum fructum in Republica Christiana pariunt, & peperierunt. † Vt attestatur



7. tur Japonorum insula. † Quæ ex operæ, & industria Beatorum Thomasi, & Dominici rectè sentit doctrinam Euangelicam afflatu Spiritus Sancti, per eos iam denuntiata, & seminata, hinc est, ut fertur quod his etiam nostris temporibus ibi celebrantur Missæ ac alia diuina officia, & campanis ipsa quoque utitur. Sed cum
8. câpanæ pulsatio sit sub eius custodis cura, quærendū est. † Quid significat câpana? Dicitur quod est signum, quæque congregandi capitulum, de elec. capit. in caulis. quandoque signum exeundi ad bellum, quandoque est signum horarum, quandoque est signum actionis gratiarum, ut quando post victoriam sonant campanam. Item & de laudabili consuetudine, quod sonet de fero pro salutatione Virginis, quandoque pro subtractione alicuius ab hac vita, aliquando excommunicationis, aliquando gaudii, & honoris alicuius personæ processionaliter occurrendo, quandoque ignem extinguendi, quandoque lectum intrandi, quandoque ad parlamentum populi conuocandi, quandoque ad corpus
9. Christi honorandum. † Campana benedicatur ab Episcopo, eius pulsatio in nocte repellit malignos spiritus, & demones, & tēpora peruersa, quæ sæpius grandinem producant. Dicitur † autē,
10. Campana, à campania, vbi prius vsus eius fuit inuentus; † Saraceni Campanis non utuntur, sed multum eas commēdant. † Sed non utuntur, quia Christiani in eis habendis præuenerunt, gl. in clem. 1. de iud. & sarac.

S U M M A R I V M.

1. Delegatus Papæ non solum habet iurisdictionem in partes, sed in illos qui eius iurisdictionem impediunt.
2. Agentes, & consentientes pari pœna puniuntur.
3. Injustitiam impediens Ecclesiastica censura sunt coercendi.
4. Iudicis iurisdictione extenditur ad omnes illos, qui iurisdictionem illius impediunt.
5. Consensus dicitur quadrupliciter, scilicet negligentia, consilij, cooperationis, & auctoritatis, seu defensionis.
6. Consensus in negligentia minus peccat, quàm faciens nisi forte negligentia esset nimis crassa.
7. Consensus consilij minus puniuntur, & plus tamen, quàm negligens.
8. Consensus facientis, & consentientis ex quo peccant æqualiter ita puniuntur.
9. Cōsentiens defendendo, et auctoritatē præstando magis, quàm faciens puniendus.
10. Mandatum Papæ non debet esse elusorium, sed ei parendum.
11. Delicto qui obuiare potuit, & non fecit ubi eius negligentia puniuntur, sed mitius.

De-

- 12 Delegatus an habeat iurisdictionem in personas quomocunque delinquentes coram eo?
- 13 Delegatus non potest imponere pœnam ordinariam, sed extraordinariam.
- 14 Delegatus contra officiales delinquentes coram eo non potest se impedire nisi impediretur iurisdictione.
- 15 Delegatus, censuram Ecclesiasticam exercere potest contra impediētes iurisdictionem.
- 16 Delegatus potest multare.
- 17 Delictū turbatoris aut notorium est, aut adsunt coniectura vnde compellitur ad præstandam cautionem.
- 18 Delegatus in delicto occulto potest procedere summarie ad inquirendum.
- 19 Delegatus non debet exercere distriktionem Ecclesiasticam nisi manifeste cognoscat impediētes iurisdictionem suam.
- 20 Beneficium collatum duobus sub eadem data, si non appareat cuius supplicatio prius fuerit signata, secundum consilium Papæ procedendum est.
- 21 Delegati iurisdictione, quæ turbatur minis, violentia, et dolo potest ferre sententiam excommunicationis in impediētem, etiam si non sit iurisdictioni subiectus.

Quadragesimum Primum Priuilegium.

- E**CCLESIA habet hoc priuilegium. † Quod de legatus Papæ non solum habet iurisdictionem in partes, sed etiam in illos, qui eius iurisdictionem impediunt: vt si quis impetrauerit literas, ab eo contra aduersarios, & eos ad iudicium vocauerit, si potestates, & alii potentes minis, & metu compellunt eum tacere, & sic mandatum eius eluditur, ad eò quòd sicut † agentes, & consentientes pari pena puniuntur, ita pari passu tam illi qui fuerunt vocati ad iudicium, quam fautores principales, † iustitiam impediētes, Ecclesiastica censura sunt coercendi, cap. i. de offi. & potest. iud. deleg. Hinc percipitur, † quòd iurisdictione iudicis extenditur ad omnes illos, qui iurisdictionem illius impediunt, licet de illis in literis impetratis non fiat mentio, sed ad hoc, vt consentientes puniri possint, uidentur est quibus modis dicatur, † cōsensus. Quadrupliciter. n. dicitur cōsensus

6 sensus, scilicet negligentia, consilii, cooperationis, & auctoritatis,
7 seu defensionis. † In primo casu minus peccat consentiens, quam
8 faciens, nisi forte negligentia esset nimis crassa, vt in Plato. l. q. r.
9 capit. quicquid. In † secundo casu minus punitur, & plus tamen
10 quam negligens arg. c. tanta 86. dist. † In Tertio casu equaliter pec-
11 cant facientes, & consentientes. Ideo æqualiter puniuntur. † In
12 quarto casu magis peccat consentiens defendendo, & auctoritate
13 præstando, quam faciens, & magis puniendus, 23. q. 3. cap. qui alio-
14 rum. Ratio autem quare ita fuerit statutum, vt tales contrafacien-
15 tes æqualiter puniatur fuit, quia nisi literæ impetratæ à P. Maximo
16 executioni mandarentur, eius † mandatum eluderetur, quod fa-
17 ciendum non est, sed ei parendum. † Qui igitur obuiare potest de-
18 licto, & non fecit, ob eius negligentiam, punitur, sed mitius secun-
19 dum gl. in d. cap. i. de iure civili regulariter non tenetur, nisi de-
20 linquens sibi sit subiectus, vel nisi delictum esset committendum
21 in persona illius cui esset subiectus, gl. in l. culpa caret. ff. de re. iu.
22 Barto. in l. vtrum. ff. de paricid. Sed uideatur an † delegatus ha-
23 beat iurisdictionem in personas quomodocunque delinquentes
24 in causis coram eo vertentibus, videlicet quando quis deliquit in
25 personâ delegati, vel si deliquit in personâ partis, vel cū delinquit
26 in personâ eorum qui necessario debent interuenire in iudicio, vt
27 sunt Aduocati, Testes, & Procuratores. Vel si delinquit in officio
28 coram delegato, ut si aduocatus delinquit in aduocatione, & Nota-
29 rius in officio coram delegato, & sic de similibus, nunquid possit
30 delegatus animaduertere contra istos? Et quam penam potest im-
31 ponere, & quid si delictum non est manifestum, sed occultum? pri-
32 mo casu, † non potest imponere penam ordinariam, sed extraor-
33 dinariam, cum delegatus non sit deputatus super illa iniuria. Si de-
34 linquitur contra partes, vel alias personas in iudicio, si impeditur
35 sua iurisdictione non potest se impedire. † Contra officiales delin-
36 quentes coram eo non potest nisi impediretur iurisdictione sua, sed
37 debet facere eos puniri per Ordinarium, quam Potestatem exer-
38 cere potest. † Delegatus contra impediētes iurisdictionem
39 potest exercere censuram Ecclesiasticam, etiam si hoc non sit ex-
40 pressum in rescripto. Inno. tenet, † quod potest eos multare, nam
41 omnia uidentur esse commissa sine quibus iurisdictione exerceri non
42 potest, eod. tiru. capit. in causis. † Si delictum turbatoris erit noto-
43 rium potest procedere. Si non esset notorium, sed adessent aliqua
44 coniectura, poterit turbator compelli ad præstandam cautionem
45 de non impediendo, argumento cap. literas de restit. Spoliat. † Si
46 uero

vero delictum est occultum potest summarie procedere ad inquirendum. † Nā iudex non debet exercere districtiōem ecclesiasticam, nisi manifestè cognoscat impediētes iurisdictionem suam, verum summarie inquirere potest, vtrum impediāt, gl. in cap. 1. eo. ti. lib. vi. Sed cum hic tractetur de literis impetratis, quid si sub eadem data rescripta diuersa concessa fuissent? quid a iudice faciendū? R. Superfedere debet, scribētēq; cōsulat, & hoc facit ad illam quēstionem cum idem † beneficium confertur duobus sub eadem data, nec apparet cuius supplicatio prius fuerit signata, debet in hoc consuli a Papa qui vtrique gratiam fecit, & secundum eius responsum est procedendum Io. And. in cap. si a sede de prabend. lib. vj. † Cōclusio hęc est, quod iurisdictione delegati quę turbatur minis, violentia, dolo, & quocunq; modo vt l. 1. cap. nelit. pend. cap. non minus de immun. eccles. cap. quatuor xi. q. iij. potest delegatus ferre sententiam excommunicationis in impediētem etiam si non sit eius iurisdictioni subiectus, Inno. in cap. 1. de offic. & pot. iud. deleg.

S V M M A R I V M.

- 1 Abbatibus duobus duorum locorum delegatio facta nulla expressa eorum nominis proprii mentione, nondum lata sententia si vnus eorū moritur in eius locum successor substituitur.
- 2 Delegatio si non fuerint expressa nomina propria intelligitur facta dignitati.
- 3 Abbates si moriuntur dignitates non pereunt.
- 4 Indiuidua quotidie pereunt.
- 5 Delegatio transit in successorem etiam re integra.
- 6 Nomen proprium denotat solum vnum corpus, quo extincto extinguitur iurisdictione.
- 7 Dispositio quandoque realis, quandoque personalis dicitur.
- 8 Substitutus in dignitate videtur substitutus in omnibus dependentibus, & accessorijs ad dignitatem.
- 9 Dispositio concepta nomine proprio non est personalis sed transit in aliam eiusdem nominis.
- 10 Testator instituit posthumū heredem, post modum duxit aliam vxorē ex qua reliquit posthumum ille debet esse hares.
- 11 Dispositio ad alium qui non erat posthumus extenditur tempore testamenti.
- 12 Legatum a testatore sacerdoti cum expressione nominis, eius dispositio transit in successorem.

- 13 Relativum de sui natura restringit præcedentia.
 14 Posthumus est nomen appellativum, quod indifferenter comprehendit omnem
 posthumum dummodo sit istius testatoris.
 15 Hierophilatus est nomen græcum, quod latinè interpretatur sacer custos.

Quadragesimum Secundum Privilegium.

ECCLESIA gaudet hoc privilegio, † quòd si P. Maximus delegaverit aliquam causam duobus Abbatibus duorum locorum nulla expressa eorum nominis proprii mentione, nundum lata sententia vnus eorum moritur, in eius locum successor substituitur, & ab illis lata sententia à delegante laudatur, capitu. quoniam de offic. & pot. Iud. deleg. quare delegatio facta Abbatibus non expresso eorum nomine transit in successorem. Quia † delegatio fuit facta dignitati, cum eorum nomina non fuerint expressa. † Nam licet Abbates moriantur dignitates non pereunt, cap. liberti 12. quæst. 2.
 † Individua quotidie pereunt. l. 4. ff. de leg. 1. dignitas non variatur permutatione personæ, † Quia delegatio facta sub nomine appellativo alicui, qui habet successorem, † delegatio transit in successorem etiam re integra, secus si fiat expresso nomine proprio, quia ex quo, † nomen proprium denotat solum vnum corpus quo extincto extinguitur iurisdō. Hic igitur considerandum, † q̄ dispositio quandoq; est realis: quandoq; est personalis: Realis dicitur quando est contemplata dignitas personæ quæ transit in successorem. In dubio cēsetur contemplata, si dispositio est fundata super nomine dignitatis. Quandoq; est personalis, vt quando est fundata super persona, & in dubio v̄ fundata super persona, si est concepta sub nomine proprio. Et † q̄n quis est substitutus in dignitate, v̄ substitutus in omnibus depēdentibus, & accessoriis ad dignitatē. Sed opponi pōt. de tex. in l. filia. s. Titia. ff. de cond. & dem. ubi habetur q̄ si testator legavit Agatheam ancillam, deinde supervuens eam vendidit, & aliam emit cui imposuit idem nomen & dicitur ibi, quòd mortuo testatore illa Agatheam postea empta debeat legatario. Ecce ergo, † quòd dispositio concepta nomine proprio non est personalis, sed transit in aliam eiusdem nominis, ad idem adducitur, l. placet. cum l. sequen. ff. de liber. & posthum. † Vbi testator instituit posthumum hæredem, & postmodum duxit aliam

- vxorem, ex qua reliquit posthumum dicitur ibi, quòd ille debet esse hæres. † Et sic ostenditur dispositio ad alium, qui non erat posthumus tempore testamēti. Ad idem facit, tex. in l. annua. §. l. ff. de annuis leg. † vbi testator legauit sacerdoti Hierophilato, & concluditur ibi legatum deberi etiam successori, & si fuerit expressum nomen proprium, vt Hierophilato, nihilominus transit dispositio in successorem? Eo modo debemus dicere, quòd si causa committitur alicui Prælato etiam expresso nomine proprio, quòd dispositio debet transire in successorem cuius contrarium habetur in præsentia ca. solutio hæc est, quia testator ibi illud voluit, sed quomodo haberi potest, quòd ista fuerit mens testatoris contra dispositionem iuris, vnde dic specialius, nam venit Agathea postea empta, qui testator dixit lego ancillam Agatheam, quæ mea erit tempore mortis, vnde per hæc verba sequentia apparet, quòd testator non intellexit de præsentia Agatheam, sed de Agatheam, quæ postea sua esset tempore mortis. Illud † relatiuum, quæ de sui natura restringit præcedentia, l. Stichum. ff. de leg. 1. & l. cunctos populos. C. de summa trinita. & fid. cathol. & l. omnes populi. ff. de iust. & iur. ad l. placet potius videtur facere pro quam contra.
- 14 † Quia posthumus est nomen appellatiuum, & indifferenter comprehendit, omnem posthumum dummodo sit istius testatoris, nam ibi testator non restringit se ad tempus testamenti, ad l. annua recipit plures intellectus, quia illud verbum Hierophilato intelligi potest, quòd non sit nomen proprium, sed quòd sit nomen appellatiuum templi, vel officij, † quia Hierophilato est nomen græcum, quòd latinè interpretatur sacer custos, & ita communiter lex illa intelligitur, adeo quòd non discordat à præsentia capit. quoniam.


S V M M A R I V M.

- 1 Legatus generalis Papæ in vna prouincia in causa delegata alicui specialiter non potest se impedire.
- 2 Delegatus si secundum formam mandati sententiam tulerit legatus eam irritare non potest.
- 3 Delegati sententia rationabiliter facta legatus generalis Papæ eam confirmare poterit.
- 4 Mandatum speciale derogat generali.
- 5 Procurator generalis potest aliquando inhibere speciali procuratori ne agat sibi iniunctum per Dominum.

Causa

- 6 *Causa qualibet non sufficit, vt generalis procurator, vel legatus possit impedire, qua alteri specialiter sunt iniuncta.*
- 7 *Legatus si causa de nouo detegitur, vel causa antiqua qua verisimiliter non fuerit considerata tempore mandati specialis impediri potest.*
- 8 *Sententia an iusta, vel iniusta sit, qui nullam habet de ea cognitionem non potest cognoscere.*
- 9 *Sententiam cognoscere non potest quis nisi ei specialiter illa committatur.*
- 10 *Legatus ad requisitionem delegati qui tulit sententiam potest illam mandare executioni.*
- 11 *Delegatus est maior legato in causa sibi commissa qui non compellitur ad exequendam sententiam, sed supplicandus.*
- 12 *Verbum rationabiliter intelligitur ordine seruato.*
- 13 *Sententia ferri debet super libello, secus sine eo.*
- 14 *Papa sine libello iudicare potest.*
- 15 *Sententia absque citatione ferri non potest.*
- 16 *Verbum valebit non importat necessitatem, sed voluntatem.*
- 17 *Verbum valebit in rescriptis, vel legibus importat necessitatem causationem.*
- 18 *Appellatio deuoluitur ad superiorem.*
- 19 *Sententia nulla interposita appellatione poterit executioni mandari si requisitus iudex fuerit.*

Quadragesimum Tertium Privilegium

1  CCLESIA habet privilegium, † quòd si Legatus Generalis Papæ, sit in vna Prouintia, & si à Papa fuerit specialiter commissa aliqua causa alicui; quæritur vtrum Legatus possit impedire processum, huiusmodi delegati, vel cognoscere de causa illa, ante cognitionem ipsius delegati, vel postea?

Respondet Papa, quòd Legatus commissionem alij factam specialiter impedire non potest. Et † si delegatus secundum formam mandati sententiam tulerit, Legatus non poterit eam irritare, † tamen si rationabiliter lata fuerit, eam poterit confirmare, & executioni mandare, ratio hæc est, † quia mandatum speciale derogat generali, cap. studuisti de offic. leg. † Aliquando procurator generalis, potest inhibere speciali procuratori, ne agat sibi iniunctum, per dominum, per l. si hominem. ff. mand. Io. And.

L 2 dicit,

- 6 dicit, quòd illud procedit subsistente causa, sed melius, † quòd non sufficit, quælibet causa, vt Generalis procurator, vel Legatus possit impedire, quæ alteri specialiter sunt iniuncta, nam hoc esset contra istum tex. in eo, quod dicit, quòd specialis commissio derogat Generali. Debet ergo intelligi, † quando oritur causa de nouo, vel detegitur causa antiqua, quæ verissimiliter non fuerit considerata tempore mandati specialis, & est talis causa, quæ si tunc fuisset considerata, non emanasset verissimiliter, illa commissio specialis, & ita Bar. intelligit illum tex. Considerandum ergo venit, quòd allegatum cap. studuisti videtur, habere in se qualem, qualem contrarietatem, cum dicatur. Legatus commissionem alii factam specialiter impedire non potest: sed si sententia rationabiliter facta sit, eam confirmare poterit, & executioni demandare. † Quomodo autem poterit cognoscere, an sententia fuerit iusta, vel iniusta, si de ea nullam cognitionem habet? † Sed quòd magis de illa cognoscere non potest, nisi specialiter ei committatur. Videtur ergo dicendum, quòd de illa cognoscere ei non licet. Dicunt tamen Doc. quòd de ea cognoscere debet. Et si eam inuenerit iustam eam confirmabit, si iniustam illam remittet ad superiorem, l. fin. C. vbi Senat. vel Claris. verius tenendum, quòd nullam habeat super hac sententia cognitionem, nec debeat super hoc se intromittere.
- 7 Tamen † ad mandatum illius, qui tulit sententiam potest illam mandare executioni, alias nullo modo se intromittere debet, licet dicatur. in tex. confirmare valebit, se refert potius ad factum, quam ad ius. Quia talis confirmatio nihil valet, vel in communi forma posset confirmare, quæ parum valet, sed non ita potest, cum sit in hoc inferior. Sed an Legatus debeat sententiam executioni mandare, cum sit maior illo cui causa fuit commissa? R. illam executioni
- 8 mandare tenetur. Nam quantum ad causam, † delegatus est maior ipso Legato, qui tamen non est compellendus ad illam sententiam exequendam, sed supplicandus. Concludo, quòd si sententia erit lata rationabiliter confirmare valebit. † Verbum rationabiliter intelligitur ordine seruato. † Id est eum libello, cum sine eo ferri non potest, Host. & Ioan. Andr. in cap. 1. de oblat. libel. glo. in
- 9 cap. fin. de re iud. Alexan. in l. ius publicum. ff. de pact. † Nisi à Papa, qui iudicare potest sine libello, Specul. de lib. concep. † Cum citatione, cum absque ea sententia ferri non possit, l. de vnoquoque de re iudic. l. nam ita diuus de adop. Innocent. in cap. dudum el 2. in glo. in versic. partibus, de elect. & si in sententia fuerit dictum visis actis vna cum aliis substantialibus, & de forma iudicij
- tunc

16 tunc illam sententiam confirmare valebit. † Verbum valebit
17 non importat necessitatem, sed voluntatem. † Tamen quando po-
nitur in rescriptis, vel legibus, vt hic importat necessitatem causa-
tiuam, prout in hoc casu quod dum sententia fuerit rationabiliter
18 facta, idest seruatis seruandis, tunc confirmare valebit, l. saepe. ff. de
19 eo maxime, † quod appellatio deuoluitur ad superiorem, &
sic ad Papam. † Sed nulla interposita appellatione potuit execu-
tioni sententiam mandare, si requisitus fuerit.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopi in suis diocæsibus liberam potestatem habent adulteria, & scelera in-
quirere, plisci, & iudicare iuxta canonum decreta.
- 2 Auxilium seculare Episcopi inuocare possunt ad prosequendum ea quæ Deo
placita sunt.
- 3 Delicta plura sunt communis fori prout est usura, adulterium, sodomia, sacrile-
gium hæresis &c.
- 4 Delinquens in criminibus vtriusque fori si ab Ecclesiastico fuerit absolutus, à
iudice laico prius accusatus poterit puniri.
- 5 Episcopi curare debent scelera vtriusque fori.
- 6 Præses prouinciæ purgare debet prouinciam malis hominibus.
- 7 Episcopi dicuntur ab Epi, quod est supra & scopus, vel scopem quod est
intendere, quasi supra intendentes, quia habent curam super intendendo su-
per omnes laicos, & clericos sibi commissos.
- 8 Pastoris officium est proprium custodire oues.
- 9 Pastoris officium est in consecratione chrismatis, in chrismatione frontis, in colla-
tione ordinum, in consecratione Ecclesiarum, & Altarium.
- 10 Ecclesia si per se non potest, debet brachium seculare inuocare.
- 11 Ecclesiæ ius non aufertur.
- 12 Auxilium quando inuocatur, protestatio est necessaria.
- 13 Iudex secularis potest compelli per excommunicationem.
- 14 Iudex Ecclesiasticus non tenetur iniurare secularem Iudicem.
- 15 Iudex secularis debet obtemperare Iudici Ecclesiastico.
- 16 Iudex Ecclesiasticus petens auxilium extra iudicium seculare, Iudex de nega-
re potest.
- 17 Iudex iniuste petenti non tenetur obtemperare,
- 18 Iudex Ecclesiasticus si iudicialiter processit, & non fuerit appellatum, vel
supplicatum secularis iudex tenetur sententiam executioni mandare.
- 19 Exceptio iniusta non est admittenda.

Pote-

20 Potestas libera cōcessa alicui procedendi in aliquo casu non intelligitur, quòd faciat contra ius.

21 Verbum liberum importat ius.

Quadragesimum Quartum Priuilegium.

I CCLESIA Alio priuilegio gaudet. † Quòd Episcopi in suis diocēsis liberam potestatem habēt adulteria, & scelera inquirere vlcisci, & iudicare absque impedimento alicuius iuxta canonum decreta. † Et cum opus fuerit auxilium seculare inuocabunt, non ad deteriorandum, sed ad prosequendum ea quæ Deo placita sunt, cap. 1. de offic. iud. ordin. hic

2

3 considerandum venit, † quòd plura sunt delicta, quæ sunt communis fori, prout est vsura, cuius cognitio secūdem Didac. in lib. 3. resolutionum in cap. 3. attestantem de communi incumbit Ecclesiastico ad eum etiam pertinet si tractaretur de restitutione vsurarum, etiam inter laicos, gl. in clemen. 2. in verbo vsura de iud. sed quia pro isto crimine potest agi criminaliter, & tunc vterque iudex tam secularis, quàm Ecclesiasticus cognoscere potest, ita tenet Didac. in d. cap. 3. aut agitur ciuilitur, & tunc si agitur an contractus sit vsurarius, vel non, tunc cognitio spectat ad Ecclesiasticū Ias. in consi. 353. lib. 4. aut tractatur de recuperanda vsura, & tunc etiam iudex laicus cognoscere potest, Bal. in l. quoties. C. de iud. de licitum adulterij est etiam communis fori, ideo Episcopus ex causa adulterij punire laicos, Abb. in cap. intelleximus num. 1. de Adult. potest ipsos excommunicare, & detrudere in monasterium, Villalob. in sua collecta communionum opin. in litera L. nume. quinto, & hoc quia adulterium est violatio sacramenti matrimonialis, merito eius vindicta non minus pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, quàm ad laicum: Sed quando agitur duntaxat de separatione tori propter adulterium facienda, tunc cognitio est meri Iudicis Ecclesiastici, ita Dec. attestatur de communi in consi. 212. concubinatus potest expediri in vtroque foro, licet Iudices seculares, & etiam Ecclesiastici parum se intromittunt, quasi quòd sapius ambo eadem censura sunt coercendi, pro nephando crimine sodomix iudex Ecclesiasticus cognoscere potest, text. in c. clerici de excess. prēlat. in crimine sacrilegij, vt in capitu. conquestus de foro competen. alii tenent, quòd sit crimen mixtum, quod potest

potest, ab utroque iudice laico, & Ecclesiastico puniri Mantua. cō
 sil. 226. verum de consuetudine laici cognoscunt de sacrilegio, in
 in crimine fortilegij, dum fortilegium sapit naturam hæresis, Clar.
 4 in lib. 5. s. heresis vers. successiue quæro. † Sed quid in istis crimi-
 nibus vtriusq; fori, si delinquens à iudice Ecclesiastico fuerit abso-
 lutus, an non obstante dicta absolutione poterit coram laico iudi-
 dice puniri, sed prius accusari? Et dicendum, quòd sit Clar. in quæst.
 5 56. vers. † Sed hic occurrit huiusmodi scelera purgare, debet Epi
 6 scopi iudicando, † Cum præses prouinciæ purgare debeat prouin-
 ciam malis hominibus, nec distinguitur vndecunque sint. ff. de of-
 fic. præsid. l. præses 6. q. 3. capit. placuit autem qua in prouincia. C.
 vbi de crim. ag. oportet. & hæc fuit ratio, sed alia adduci etiam potest,
 7 † Episcopi dicuntur ab Epi, quòd est supra, & scopus, vel sco-
 pem intendere quasi supra intendentes, nam habent curam super
 intendendo super omnes laicos, & clericos sibi commissos, 21. di-
 8 stinctio. capitu. clericos ubi etiam interperantur Speculatores, eo
 quod subiectorum mores, & vitam Speculantur, & Speculari tenen-
 9 tur. † Cum officium Pastorum proprium sit custodire oues suas
 quorum † officium est in consecutione chris-matis, in chris-matio-
 10 ne frontis, collatione ordinum, consecratione Ecclesiarum, & alta-
 rium, cap. quia periculosum de senten. excommun. lib. 6, in gl. 1. &
 iudicare, & punire, vt in d. capitu. 1. & ad hoc vt punire valeant,
 11 † Quando Ecclesia per se non potest, vel sufficit, inuocare debet
 brachium seculare, nec propter hanc inuocationem sibi infertur
 12 præiudicium, † nam ius Ecclesiæ non aufertur, adeo quòd iudex
 secularis possit in posterum auctoritate sua attentare, quòd nega-
 tur nisi agat de mandato Ecclesiæ, quia tunc cōpelli potest ad præ-
 13 standum auxilium, c. administratores 23. q. 5. † Et quando inuo-
 catur tale auxilium, protestatio est necessaria cum ad ea in quibus
 ius non habet fuerit vocatus, cap. Pontifices 7. q. 1. cap. præsbite-
 14 ri 24. distin. † Sed quomodo iudex secularis potest compelli? Dici-
 tur per excommunicationem, nec potest ipse compellere Ecclesia-
 sticum quia maior est eo, cap. qualiter de iud. & capit. legitimus in
 15 fi. 93. dist. † Iudex Ecclesiasticus non tenetur iuuare secularem iu-
 dicem, vt puta, in excommunicando rebelles, nisi fiat prius fides
 de processu, non debet excommunicare, nisi præuia admonitione,
 16 sed è contra, † Iudex secularis debet obtemperare iudici Ecclesia-
 stico, licet non faciat fidem de processu, † si extra iudicium iudex
 Ecclesiasticus peteret auxilium, secularis denegare potest, si ei:
 constat, quòd iniuste petat, cum non debeat eum iuuare ad ma-
 lum

lum, sed ad bonum, & ita intelligitur tex. ibi non ad præiudican-
 17 dum, in cap. 1. de offi. iud. ordin. † Quando iniuste petit, non tene-
 18 tur obtemperare, cap. cum ad verum 96. dist. † Sed si processit iu-
 dicialiter & non fuerit appellatum, & supplicatum, tunc secularis
 Iudex tenetur sententiam executioni mandare Iudicis Ecclesiasti-
 19 ci, † nec exceptio iniusta est admittenda, cap. 2. de exce. lib. 6. Sed
 animaduerte, quòd licet dicatur in illo tex. allegato capit. 1. quòd
 Episcopi habent liberam potestatem, quòd quando alicui da-
 20 tur † libera potestas procedendi in aliquo casu, non intelligitur,
 quòd aliquid faciat contra ius, sed solum, vt absque impedi-
 21 to, vel licentia hoc possit facere. † Nam verbum liberum hoc im-
 portat. Ita not. Abb. in cap. de multa de præbend. & in c. licet Epi-
 scopus eo. ti. lib. 6.

S V M M A R I U M.

- 1 Abbatis officium est reuocare Monachos, vel canonicos regulares, qui pecu-
 2 niam congregauerunt ex redditibus Ecclesiarum, et ad Curias Principum
 3 accesserunt.
- 2 Papa mandat ordinario quatenus moneat Prælatos regularium, vt corrigant
 4 illos, qui claustrum proprium negligentia dimiserint.
- 3 Correctio regularium pertinet ad Prælatos ipsorum.
- 4 Episcopi suppleant negligentiam Prælatorum.
- 5 Pecunia congregata ex Prioratibus, seu alijs domib. religiosis non cedit Prio-
 6 ribus, seu Prælati, sed debet conuerti in vtilitatem Monaste-
 7 rij.
- 6 Pecunia vndeunque quasita debet conuerti in vtilitatem Monaste-
 7 rij.
- 7 Monachus si stipuletur sibi, siue Monasterio, siue impersonaliter semper acqui-
 8 rit Monasterio.
- 8 Religiosus potest stipulari monasterio suo sine aliquo mandato.
- 9 Monasterium non obligatur ex delicto Monachi.
- 10 Monachus contrahens mutuum si esset in studio de licentia Abbatis obligat
 11 Monasterium temperate iuxta necessitatem.
- 11 Episcopalis auctoritas est superflua cum Abbatibus fuerit data potestas, &
 12 auctoritas coercendi, & corrigendi Monachos.
- 12 Abbates negligentes in reuocando Monachos vagabundos eorum negligentia
 13 punitur ex quo bona Eccl. siæ asportata & occupata non repetunt, quòd ta-
 14 men facere deberent.
- 13 Monachi effecti vagabundi talis negligentia odiosa est delictum.

Qua-

Quadragesimum Quintum Privilegium.



ECCLESIA gaudet hoc privilegio. † Quòd si Monachus canonicus, vel alii regulares cum deberent diuinis officiis operam dare, & ex quo de redditibus Ecclesiarum quarum curam exercuerunt, pecuniam congregauerunt, & postea ad curias Principum accesserunt, officium reuocandi eos, Abbati incumbit. † Vnde cum hoc ad aures P. Maximi peruenisset, mandauit ordinario quatenus moneat Prælatos prædictorum regularium, vt ipsi corrigant illos, qui claustrum proprium negligentia dimiserint. Tunc illos moneat ordinarius, ut proprium si quod habent in Prælatorum suorum manibus resignent, & vitam regularem obseruent, q̄ si non fecerint compellant eos ad hoc per suspensionem officii, & beneficii apostolicæ sedis, capit. quanto de offic. iud. ord. hic considerandum, † quòd correctio regularium primo pertinet ad Prælatos ipsorum, † & quatenus Prælati fuissent negligentes, tunc Episcopi eos corrigant, fuit enim ratio, † nam pecunia congregata ex prioratibus, seu aliis domibus religiosis non cedit ipsis Prioribus, seu Prælati, sed debet conuerti in utilitatem Monasterii, † & idem dic undecunque religiosus pecuniam quaesierit siue ex successione cognatorum, vel aliorum, vt in l. Deo nobis. C. de episcop. & cler. & i. 8. q. i. capitu. unico siue ex contractu, Et sciendum, quòd simplex Monachus contrahere non potest ad utilitatem suam, sed ad utilitatē Ecclesiæ, seu monasterii, & tenet contractus, † vnde si Monachus stipuletur sibi siue monasterio siue impersonaliter, semper acquirit monasterio, Inno. in capi. cum olim el. ii. de privileg. & ita ex prædictis notandum, † quòd religiosus potest stipulari monasterio suo sine aliquo mandato, dicit tamen Innocen. hic, † quòd ex delicto Monachi Monasterium non obligatur. † Sed si Monachus esset in studio de licentia Abbatis potest contrahendo mutuum obligare Monasterium temperatē iuxta necessitatem, argumento, l. ad rem mobilem, & in l. ad legatum. ff. de procur. & capitu. præterea de offic. deleg. stante licentia eundi ad studium, videtur sibi omnia concessisse, sine quibus in studio commodè permanere non potest, capitu. quòd quibusdam de fideiuss. hic dubitari p̄t, † quòd Episcopalis auctoritas sit superflua, cum Abbatibus fuerit data potestas, & auctoritas

M coer-

coercendi, & corrigendi Monachos, cap. reprehensibilis de appell. 24. q. 3. capitu. corripiantur hoc enim intelligitur quando agitur contra Monachos secundum regulam claustralem cap. de persona 11. q. 1. l. 3. C. de patr. potest. l. una. C. de eméd. propinq. secus si age retur in figura iudicij, solus Episcopus cognoscere debet: Auctori-
 12 tas igitur Episcopi est in hoc necessaria, † quando Abbates sunt negligentés in reuocando Monachos vagabundos. Nam tunc eorum negligentia punitur ex quo bona Ecclesiæ asportata, & occupata non repetunt, quòd tamen facere deberent, Card. in clem. 2. releg. dom. & eo maximè quando tractatur de fide promissa, non
 13 seruata, quàm promisserunt Monachi. † Qui modò fuerint effecti vagabundi, talis negligentia odiosa, est delictum, Bal. in capit. 1. quo temp. mil. de vsib. feud. cum sit negligentia eruditionis nouerca, Specul. de aduoc. ver. 9. cap. nihil 83. distinct. Cardina. in clem. 2. s. 1. de sepul. Ideo Episcopus negligentiam supplere tenetur, ut hic.

S V M M A R I V M.

- 1 Principi non obediens morte moriatur.
- 2 Excommunicatus est, qui contra decretum Episcopi venit.
- 3 Excommunicationes sunt infinitæ, duæ tamen sunt species quæ per canonistas præcipuè sunt in vsu, scilicet maior, & minor.
- 4 Excommunicatio est extra communionem Ecclesiæ separatio, vel censura Ecclesiastica.
- 5 Excommunicatio quæ maior est, dicitur Anathema, & excludit ab ingressu Ecclesiæ.
- 6 Excommunicatio minor quæ tantum separat à sacramentis est duplex, per præceptum, & à iure, vel per sententiam ab homine.
- 7 Episcopus ab excommunicatione iuris soluit, nisi absolutio Pontifici fuerit reseruata.
- 8 Anathema est damnatio æternæ mortis, & non debet nisi pro mortali crimine imponi.
- 9 Incorrigibilis esse Anathematis ex se punitur, quia suprema maledictio, quæ frangit, rapit, vrit, & ferit.
- 10 Anathema frangit Ecclesias, rapit res alienas, vrit domos, feritq; personas Ecclesiasticas.
- 11 Anathema dicitur ab Ana, quod est rectum, & themus diuisio, quasi recta diuisio damnatorum à Deo, & à Plebe.

- 12 Venientes contra decretum Episcopale excommunicantur, & facta admonitione. Ex quo sunt incorrigibiles veniunt Anathematizandi.
- 13 Inobedientes ex quo committunt peccatum mortale excommunicantur.
- 14 Inobedientia contempniua punitur.
- 15 Episcopi in sua diocesi possunt facere constitutionem, siue decretum institum.
- 16 Decreta Episcopalia dicuntur Canones Episcopales.
- 17 Populus, & quaelibet Ecclesia, sibi potest constituere ius aliquod.
- 18 Episcopi de maioribus negocijs non possunt statnere.
- 19 Statutis, & decretis Episcoporum non est obediendum quando excederent officium, & potestatem Episcoporum.
- 20 Principi non obedientes seculari, morte perire debent.
- 21 Iudici Ecclesiastico non obedientes, debent mori spiritualiter, scilicet per excommunicationem.
- 22 Mentio quando fit de Principe iniure Canonico semper intelligitur de Papa.
- 23 Papa Pius Quartus ob inobedientiam iussit Illustrissimum Cardinalem Caraffam iugulari in Carceribus, & amputari caput Duci Paliani predicti Illustrissimi.
- 24 Papa Sixtus Quintus ob inobedientiam iugulari fecit Illustrem Comitem Ioannem de Pepulis.
- 25 Decretis iustis parendum est.
- 26 Adagium est, quod melius est obedire, quam sacrificare.
- 27 Inobediens incurrit in infamiam.

Quadragesimum Sextum Privilegium.

ECCLESIA habet hoc privilegium. In libro Regum legitur. † Qui Principi non obedierit morte moriatur. † Ideo si Episcopi decretum fecerint, contra quod quis venerit, excommunicabitur, & in Concilio Agathen. quod anathematizetur statutum fuit. capitu. si quis de maiorit. & obedient. qui igitur contrafecerit erit
3 excommunicandus. † Sed cum excommunicationes sint infinitæ, dux tamen sunt species, quæ per canonistas præcipue sunt in usu, scilicet maior, & minor, & de utraque habetur 3. quæst.
4 4. capitu. engeltrudam, † Excommunicatio est extra communem
M 2 nionem

nionem Ecclesiæ separatio. Vel censura Ecclesiastica, excludens à
 5 nam, Excommunicatio, quæ maior est, dicitur Anathema, & exclu-
 dit ab ingressu Ecclesiæ, à communione fidelium, & à sacramen-
 6 tis. Sed de qua excommunicatione videtur hic sentire. verba textus
 clara sunt, quòd intelligitur de minori per illa uerba ab Ecclesia
 7 abiiciatur † hæc est, Excommunicatio minor, quæ tantum separat
 à sacramētis. Et hæc est duplex. Vna per præceptum à iure, vel per
 sententiam ab homine. Alia separat à communione fidelium non
 8 sacramentorum, 5. quæst. 2. capit. præsentis, † Ab Excommunicatio-
 ne iuris absoluit Episcopus nisi absolutio Summo Pontifici fuerit
 9 referuata, capit. nuper de senten. excommun. Alia hominis, vt Epi-
 scopi, vel sui Vicarii de maior. & obediens. capit. unico lib. 6. Sed ex
 10 qua causa fuit decretum in Concilio Agathen. qui anathematize-
 11 tur, & sic maiori excommunicatione, † cum Anathema sit dam-
 natio eterne mortis, & non debet nisi pro mortali crimine im-
 poni, vel in illis, qui aliter non patiuntur corrigi. cap. nemo Epi-
 12 scoporum 11. quæst. 3. † incorrigibilis igitur Anathematis ense pu-
 nitur, quia est suprema maledictio, quæ frangit, rapit, vrit, ac ferit.
 13 Anathema videlicet frangit Ecclesias, rapit res alienas, urit do-
 14 mos, feritq; personas Ecclesiasticas. † Anathema dicitur ab
 Ana, quòd est rectum, & themus diuisio quasi recta diuisio damna-
 15 torum à Deo, & à Plebe, & ita fuit constitutum in Concilio Aga-
 16 then. præsupposita correctione, † ideo venientes contra decre-
 tum Episcopale duntaxat excommunicantur, & facta admonitio-
 17 ne ex quo sunt effecti incorrigibiles merito veniunt anathemati-
 zandi. † Hic excommunicantur propter inobedientiam, quæ est
 18 peccatum mortale, Innocen. in cap. ex parte nume. 3. de verborum
 19 significa. † Nam ut inobedientia contemptiua punitur, Felyn.
 in d. capit. si quis & ita † Episcopi in sua diocesi possunt facere
 20 constitutionem, siue decretum, iustum capit. 1. distinct. 3. † Et
 talia decreta dicuntur canones Episcopales. † Quia quilibet po-
 pulus & qualibet Ecclesia sibi potest constituere ius aliquod, cap.
 ius civile distin. 1. cap. catholica 11. distin. † Hoc tamen conside-
 randum, quòd de maioribus negociis non possunt statuere. Ideo
 contra venientes excommunicantur minori excommunicatione.
 21 verum si decreta excederent officium, & potestatem Episcopo-
 rum, eis non est obediendum, Dec. in consilio 72. & l. prohibitum.
 C. de iur. fisc. ponitur figura in d. capit. si quis in quo allegatur
 22 auctoritas in capit. 13. Regum, vt quemadmodum, † non obe-
 diens

21 diens Principi seculari morte perire debet, vt ibi. † Ita non obediens iudici Ecclesiastico debet mori spiritualiter, scilicet per excommunicationē. † Animaduertendum, quòd quando loquitur aut fit mētio de Principe in iure canonico, & semper intelligitur de Papa, capitu. corpora distin. 1. Cui parendum est, & qui vult obedire prout fecit, † Papa Pius Quartus qui in carceribus iugulari fecit Illustrissimum Cardinalem caraffam, & iussit amputari caput Duci Paliani Fratri Prædicti Illustrissimi. † Et ita Beatissimus Sixtus Quintus iussit ob inobediētiā iugulari Bononiæ Illustrrem comitem Ioannem de Pepulis. † Idcirco iustis decretis parendum est. † Nam adagium est, quod melius est obedire, quàm sacrificare, & qui non est, † obediens incurrit in notam, idest in infamiam, cap. illud eo. tit.

S V M M A R I U M.

- 1 Privilegium Imperiale subest sacerdotio, & ei obedire tenetur.
- 2 Papa admonuit Imperatorem Constantinopolitanum, ex quo sedere fecit in parte sinistra Patriarcham Constantinopolitanum.
- 3 Reges, & Principes suis Prelatis reuerenter assurgant.
- 4 Auctoritas Petri non bene intellecta ab Imperatore Constantinopolitano.
- 5 Imperator præesse debet illis, qui ab eo temporalia recipiunt.
- 6 Sacerdotium Christi auctoritate præfertur omni aliæ dignitati.
- 7 Deus fecit duo magna luminaria, quæ si Imperator considerauisset non permisisset Patriarcham sedere ad pedes suos.
- 8 In interpretatione cuiuscunque scripturæ, vel cuiuscunque dispositionis tria sunt attendenda. Persona loquens, & ille cui loquitur, & vis loquutionis.
- 9 Mens disponentis, ex qualitate personarum colligitur.
- 10 Papa est persona loquens, Imperator cui loquitur, vis loquutionis de quo tractatur.
- 11 Sacerdotium præcedit omnes dignitates temporales.
- 12 Imperator est supra illos clericos, qui ab eo tenent temporalia.
- 13 Faudi ratione, Imperatori competit iurisdictio, etiam in clericos secus si clericus habet temporalia non in feudum, quia sequitur personam, & forum ipsius clerici.
- 14 Papa de iure diuino, & non Imperator præest spiritualibus.

Cleri-

- 15 Clerici de iure diuino sunt exempti ab Imperatore.
- 16 Clericus ordinatus efficitur res sacra, & transfertur in sortem domini.
- 17 Dignitas nulla secularis similis est sacerdotio.
- 18 Dignitas Clericorum non est multum veneranda, sed videtur uilescere ex nimia clericorum copia.
- 19 Sacerdotium fuit à Deo institutum.
- 20 Papa qui præest in ordine clericali omnibus suppositis est maior cum spiritualia respiciat, alij vero Principes temporalia respiciunt.
- 21 Boni, & mali in suo genere sunt sub iurisdictione Papæ.
- 22 Peccatum si non esset, non esset opus superioribus, ergo nec lex, nec iurisdictione nisi respectiue, non respiciunt bonos, sed correctiue respiciunt malos.
- 23 Papa potest increpare Imperatorem, & alios Principes, ex causa, & eos ex alia rationabili causa deponere.
- 24 Principes seculares in aduentu Episcoporum debent asurgere cum reuerentia, & sedem admirabilem assignare in parte dextra, cum sit honorabilior.
- 25 Omnes qui sunt de Orbili Ecclesiæ subiecti sunt Ecclesiæ.
- 26 Papa, & Imperator possunt dici duo luminaria magna tanquam Sol, & Luna.
- 27 Luna non præstat splendorem ex se, sed recipit a sole, ita Imperator recipit potestatem à Papa.
- 28 Deus dedit istas duas dignitates, Imperium, & Sacerdotium, sed in veritate dicendum est, quòd immediate potestates sunt data à Deo.
- 29 Imperator non recipit immediate à Deo, nam Imperatores per impressionem olim habuerunt Imperium.
- 30 Potestas generaliter fuit data à Christo dum dixit Petro Quodcumq; ligaueris super terram &c.

Quadragesimum Septimum Priuilegium.

- 1 **E**CCLIESIA gaudet hoc priuilegio, † quòd Imperium subest Sacerdotio, & ei obedire tenetur cap. solite de maio. & obed. vnde cum Imperator Constantinopolitanus sedere fecisset iuxta pedes suos in parte sinistra, Patriarcham Constantinopolitanum, &
- 2 † ad aures Papæ, hoc peruenisset admonuit, quòd non decebat eum

3 eum taliter se habere contra suum Patriarcham. † Ex quo alij Ro-
ges, & Principes suis Prælati, vt debent reuerenter assurgant,
& eis iuxta se sedem venerabilem assignent. Imperator verò admi-
ratione quadam motus rescripsit, quòd de hoc non debet argui
cum sacerdotium subeat Imperio, ductus Auctoritate Petri dicen-
tis, Subditi estote omni creaturæ humanæ, propter Deum. Papa
4 rescripsit. † Quòd auctoritas Petri, non fuit bene intellecta, nam
ex illis verbis sua debat humilitatem, nec propter talia verba præ-
sumitur, quòd voluisset sacerdotium subesse, si sensum malè intel-
lectum recipere, sequeretur, quòd quilibet seruus Imperium ha-
5 beret in Sacerdotio. † Imperator præesse debet illis, qui ab eo tem-
6 poralia recipiunt, † sed auctoritate Christi Sacerdotium præfer-
tur, omni aliæ dignitati ex dicto Hieremiæ. Ecce constitui te super
7 gentes & regna. Et in Genes. † Fecit Deus duo magna lumina-
ria, &c. Vnde dicit si hæc considerauisset non permisisset Patriar-
cham suum sedere ad pedes suos, qui tamen potuit eum increpa-
re, licet non fecerit, cum ipse super omnes acceperit potestatem,
8 a Petro, cui dictum fuit a Domino, Quæcunq; ligaueris super ter-
9 ram &c. Hic considerandum venit, † quòd in interpretatione
cuiuscunque scripturæ vel cuiuscunque dispositionis, tria sunt at-
10 tendenda. Persona loquens: Cui loquitur, † Et vis locutio-
11 nis. Ex qualitate ergo personarum colligitur mens disponentis,
12 † persona loquens est Papa: cui loquitur est Imperator: vis locu-
13 tionis est Sacerdotium, de quo tractatur. † Quod quidem sacerdo-
14 tium præcedit, omnes dignitates temporales. † Verum Impera-
tor est supra illos clericos, qui ab eo tenent temporalia, quòd in-
15 telligendū, est de habentibus temporalia, in feudum. † Nam ra-
tione feudi, competit iurisdictio etiam in clericos, vt in cap. ve-
rum de for. comp. secus autem si clericus, habet temporalia, sed
non in feudum, illa non subiiciuntur Imperatori, sed sequuntur
personam & forum, ipsorum clericorum, cap. nouerint x. q. 1.
16 & in cap. aduersus, & cap. non minus, de immun. eccles. † Sed
Papa, de iure diuino, & non Imperator præest spiritualibus, ex
17 quo inferitur, † de iure diuino, quòd clerici, sunt exempti ab Im-
peratore, cum sint res spirituales, eo enim ipso. † Quòd quis
ordinatus in clericum efficitur res sacra, & transfertur in fortem
domini 12. q. 1. cap. cui portio, & sic ipso facto eximitur a pote-
state Imperatoris, quinimo, † nulla dignitas secularis similis,
est sacerdotio, tex. in cap. duo 96. dist. licet dicatur in tex. in cap.
legimus. 93. dist. 18. Quòd talis dignitas non venit multum vene-
randa,

randa, sed videtur vilescere ex nimia clericorum copia, quæ-
 19 ratione huius constitutionis fatuum existimo, cum † Sacerdo-
 tium sit à Deo institutum, & percipi potest etiam dignitas officij,
 ex hoc quando quis melioribus, præest tanto maior censendus est.
 20 Sic atsumitur argumentum, quod † Papa, qui præest omnibus in
 ordine clericali suppositis, sit maior, cum spiritualia respiciat. Alii
 vero Principes temporalia respiciunt, sed spiritualia sunt dignio-
 ra, ergo maior qui maioribus, & dignioribus rebus præest, in
 Authen. de defen. ciui. in prin. Sed dubitari potest cum omnes ho-
 mines sint aut boni, aut mali: an duntaxat boni sint sub iurisdic-
 tione superioris .i. Papæ ex quo melioribus præest? Et dicendum,
 21 † quod tam boni, quam mali, in suo genere sunt, sub eius iurif-
 dictione, quod probatur auctoritate Petri allegata, subditi esto-
 te, & eo. Nam lex non est imposita iusto cap. licet de regu. 29. q. 2.
 cap. duæ sunt. Et ita intelligitur de lege peccati non autem de lege
 iurisdictionis. Verum etiam sunt subiecti iurisdictioni, quæ non
 22 competit contra bonos. † Vnde si non elset peccatum non elset
 opus superioribus, ergo nec lex, nec iurisdictione nisi respectiue non
 respiciunt bonos, sed correctiue respiciunt malos. Hinc est, quod Pa-
 23 pa in præsentī cap. † Imperatorem increpat, pro vt etiam potest,
 & alios Principes increpare ex causa, & eos quatenus expediat,
 ex aliqua rationabili causa deponere, ca. alius 15. q. 6. & in cap.
 24 Ad apostolicæ de re. iud. lib. 6. † Ideo Principes seculares in ad-
 uentu Episcoporum debent assurgere cum reuerentia, & sedem
 venerabilem assignare in parte dextra cum sit honorabilior, vel se-
 25 cundum consuetudinem loci, quia † omnes qui sunt de ouili Ec-
 clesiæ, subiecti sunt Ecclesiæ, Inn. in cap. quod super his de uot.
 26 † Igitur illa duo luminaria magna allegata accipi possunt, ueluti
 27 Papa, & Imperator tamquam sol & luna. Certè † Luna non præ-
 stat splendorem ex se, sed recipit a sole: Ita Imperator recipit pote-
 28 statem a Papa cap. nouit de iud. † Istas duas dignitates dedit deus
 scilicet Imperium, & sacerdotium. Sed in veritate dicendum est, quod
 29 immediatè potestates sunt datæ à Deo. † Sed Imperator non reci-
 pit immediatè a Deo, nam Imperatores per impressionem olim
 30 habuerunt Imperium. † Sed potestas generaliter fuit data à
 Christo, dum dixit Petro, Quodcun que ligaueris super terram,
 & eo vt not. Abb. in d. cap. nouit ex quibus, concludendum sacer-
 dotium præferendum esse omnibus dignitatibus secularibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Qui iniuriam intulit, & noluerit iniuriatos satisfacere, dum insistit in peruersa opinione, accerrimis in edijs vsquequo iniuriatus satisfactionem accipiat affligatur.
- 2 Peccati ratione venit macerandus, & tale iudicium datur, vt discordantes ad pacem reducantur.
- 3 Papæ incumbit reformare pacem.
- 4 Pacem rumpens venit contra præceptum Charitatis.
- 5 Pax nihil aliud est, quàm charitas.
- 6 Iudicis officium est cogendi partes ad pacem, vel concordiam.
- 7 Discordia si est inter ciuitatem, & ciuitatem superior debet interponere partes suas.
- 8 Discordia quæ est inter priuatos, aut ciuiliis aut criminalis, in secundo casu iudex potest compellere ad pacem.
- 9 Iudex in causa ciuili potest monere partes ad concordiam, non autem compellere.
- 10 Lis si longo tempore durauerit, & fuisset intricata, quod de facili extirpari non posset, tunc iudex potest compellere ad concordiam.
- 11 Iudex Ecclesiasticus potest compellere ad pacem multo fortius ex causa potest docere laicos ad treguam.
- 12 Pax fit ob honorem Dei, vt homines diuinis incumbant.
- 13 Christus fecit cœnam Apostolis in Feria quinta.
- 14 Apostoli in die Sabbathi latuerunt propter metum Iudeorum, & quia corpus Christi latuit in sepulchro.
- 15 Deus in die dominico omne insigne instituit.
- 16 Tregas non seruantes mortali peccant.
- 17 Transgressor excommunicatur, & excommunicatio non fertur nisi pro mortali.
- 18 Excommunicatus, qui est in vniuerso orbe habetur pro excommunicato.
- 19 Infirmitas sicut sequitur infirmum ita quod officit animum sequitur personam.
- 20 Tepidus ad pacem, & treguam deponitur à dignitate.
- 21 Negligentia Prælati est peccatum mortale.
- 22 Iustitiam disferre propter timorem, vel deserere iudex non debet.
- 23 Dei iram super se inuocat, qui magis timet hominem, quàm Deum.
- 24 Pastor bonus debet animam suam pro ouibus suis.

25 Treuga omnes sunt canonice, nam quod factum est rationabiliter canonicum est, etiam si esse in treuga conuentionali ab ea secedere non licet.

Quadragesimum Octauum Priuilegium.

ECCLIA gaudet hoc priuilegio, quòd si quis iniuriam alicui fecerit, si eam passus uoluerit reconciliari, sicut quæsitum qua pena ueniat coercendus. Responsum fuit, quòd ille qui iniuriam intulit, & noluerit iniuriato satisfacere, quòd dum insistit in hac peruersa opinione, acerrimis inedijs, usque quo iniuriatus satisfactionem recipiat affligatur, cap. si quis contristatus 90. distinct. Ratione peccati ita macerandus uenit, in eo tale iudicium datur cuius robur est, ut discordantes ad pacem reducantur 90. distinct. per totum, hoc enim officio iudex Ecclesiasticus fungitur, dicitur, quòd ad Papam incumbit reformare pacem, cap. nouit de iud. Nam rumpens pacem uenit contra præceptum charitatis, quia pax nihil aliud est, quam charitas, & quòd tale officium cogendi partes ad pacem, vel concordiam exerceat iudex, tenet, Bar. in l. congruit. ff. de offic. præsid. & ibi distinguit, quòd aut discordia est, inter ciuitatem, & ciuitatem, & tunc superior debet interponere partes suas, in autem de mand. Principi in s. deinde Aut est inter priuatos, & tunc aut est causa criminalis, aut ciuilibus: primo casu iudex potest compellere ad pacem ratione publicæ utilitatis nam in ciuilibus dissentientibus sæpe Respublica læditur, l. si quis ingenuam. s. ff. de ca. Si vero causa est ciuilibus, tunc potest monere ad concordiam non autem compellere, ut nota. in l. i. s. & post operis. ff. de oper. nou. nunc. hoc uerum reputatur, nisi lis magno tempore durauerit, & ita fuisset intricata, quòd de facili extirpari non potest, nam tunc iudex potest compellere ad concordiam, licet non sit ciuilibus, cap. placuit 90. dist. si iudex ecclesiasticus potest compellere ad pacem, multo fortius ex causa potest cogere laicos ad treugam, de qua habetur in cap. i. de treug. & pac. quia principaliter hoc fit ob honorem Dei, ut homines liberius diuinis incumbant, cum in quinta feria debent homines cessare ab omni mala uoluntate propter reuerentiam assumptionis, quia illa die christus fecit cœnam Apostolis, capitu. porrò distinct. i. de consecratio. & distinct. 3. capitu. literis. In die Veneris fit propter reuerentiam passionis,

in die Sabbathi, quia discipuli latuerunt propter metum Iudaeorum, & quia corpus Christi latuit in sepulchro, † in die dominico quia omne insigne Deus illo die instituit, 75. distin. capit. quod die † qui igitur non seruat huiusmodi treugas mortaliter peccat cap. quod præcipitur 14. q. 1. & in cap. 2. de maior. & obediens. hoc patet, † quia qui transgreditur excommunicatur, & excommunicatio non fertur nisi pro mortali, vt in cap. nemo, & in capitu. nullus 11. q. 3. & animaduertendum, † quod ille qui est excommunicatus in uniuerso orbe habetur pro excommunicato, capit. curæ 11. q. 3. non clauditur excommunicatio in territorio in quo duntaxat lata fuit, quia quod officit animam, & corpus sequitur personam, 19 sicuti † infirmitas infirmum, cap. cito turpem. 1. q. 1. cap. ad reprehendendam de offi. ordin. † Qui igitur ad supra scripta agenda tepidus est, cum de iustitia exequenda tractatur deponitur à dignitate sua, 18. q. 2. cap. si quis Abbas hac ratione, † quia negligentia prælati est peccatum mortale, gl. in cap. ea quæ de offic. Archidiacono. gl. in cap. clericis de immunita. eccle. lib. 6. facit 44. dist. cap. si rector. † Nec propter timorem debet deserere, vel differre iustitiam, † quia iram Dei super se inuocat, qui magis timet hominem quàm Deum. † Vnde bonus Pastor debet animam suam ponere pro ouibus suis, vt habetur in Euangelio, & in ca. nisi cum pridem de renunc. sed pro intelligentia non est ignorandum, quod hic loquitur de treuga canonica de qua habetur. in ca. de treug. & pac. 25 in hac opinione resideo, † quod omnes treugæ sint canonicæ, nam quod factum est rationabili ratione canonicum est etiam si effemus in treuga conuentionali, nec ab ea recedendum dum non fuerit fundata contra bonos mores, toto tit. ff. & C. de pac.

S V M M A R I U M.

- 1 *Tempore belli sunt aliqua personæ quibus conceditur saluus conductus eundi & redeundi.*
- 2 *Presbyteri, Monachi, cõuersi, Peregrini, mercatores rustici euntes, & redeuntes existentes in agricultura animalia quibus arant, & semina portant ad agrum, gaudent securitate.*
- 3 *Treuga homines & animalia gaudent.*
- 4 *Securitas data in eundo intelligitur data in redeundo.*
- 5 *Securitas data bannito, vt ad ciuitatem accedere valeat & redire an hoc privilegium videatur concessum pro vna uice tantum an pro pluribus vicibus vel in infinitum.*
- 6 *Responsio debet adaptari petitioni.*

- 7 Securitas concessa debet intelligi secundum concessionem non autem secundum petitionem.
- 8 Privilegium, vel indulgentia assumunt vires à concessione, & non à petitione.
- 9 Concessio, & petitio quando sunt ambae indeterminatè intelliguntur pro una vice tantum.
- 10 Violatoribus militiæ Christianæ communicatio Christiana eis denegatur, veniunt etiam puniendi violatores donec satisfecerint.

Quadragesimum Nonum Privilegium.

- H**ECLESTIA Alio privilegio gaudet licet tale privilegium de quo sum verba facturus male obseruetur. † Tempore belli sunt aliquæ personæ, quibus conceditur saluus conductus eundi, & redeundi, & ita gaudent securitate. Sunt † enim præsbiteri, Monachi, conuersi, Peregrini, Mercatores, rustici, euntes, & redeuntes, vel in agricultura existentes, & animalia quibus arant, & semina portant ad agrum, vt in capitu. 2. de treug. & pac. hic igitur cōsiderandum, † quòd homines, & animalia treugis gaudent, † & etiã quòd securitas data in eundo intelligitur data in redeundo. Nam ista duo communiter equiparantur in iure, vt in ca. magne in fi. de vot. & l. si cui. ff. ex quibus causa. maio. Sed hic occurrit quædam questio quotidiana, † quando securitas datur bannito, vt ad ciuitatem accedere valeat, & redire an hoc privilegium videatur concessum pro vna vice tantum, an pro pluribus vicibus, vel in infinitum? Bart. in l. i. ff. ad leg. Iul. maie. distinguit, quòd aut securitas fuit petita, & determinatè concessa, & tunc standum est determinationi, vt si fuisset dictum ad omne eius bene placitum accedat, argumento capi. scriptum 6. q. 3. aut fuit determinatè petita, & indeterminatè concessa, appositã conditione aliquorum dierum, si superior indeterminatè concessa tunc intelligitur concessa secundum petitionem dierum præfixorum. † Quia responsio debet adaptari petitioni, inst. de inutil. stipu. s. præterea cap. dilectos. s. cæterum de fid. inst. si petitio est indeterminata, & concessio determinata, † securitas debet intelligi concessa secundum concessionem non autem secundum petitionem. † Privilegium vel indulgentia assumunt vires à concessione, & non à petitione, prout sæpe facit Papa signando supplicationem, restringit petitionem,

9 petitionem. † Quando concelsio, & petirio sunt ambe indetermi-
nata, intelligitur pro una vice tantum. l. boues §. hoc sermone. ff. de
verb. signifi. & l. hæc conditio. ff. de cond. & demonst. quare autē
priuilegium securitatis prædictis concedatur quia sunt personæ
extra gremium militiæ, quibus tamen militia indiget, sunt personæ
deputatæ ad suum ministerium, sine quo militia vires corporis, &
10 animæ amitteret. † Ideo eorum violatores veniunt puniendi do-
nec satisreuerent. Communio Christiana eis & denegatur, capitu-
si quis romipetas 24. q. 3.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici regulares & seculares si locauerint aliquem fundum Ecclesie, vel in
fundum dederint cum conditione, vel pacto in præiudicium alterius Eccle-
sie, pactum non ualet.
- 2 Pactum proueniens ex auaritia penitus reprobatur.
- 3 Sepultura electio ex pacto in aliena Ecclesia non licet: licet ex voluntate quis
eligere valeat.
- 4 Pactum reprobatum à Papa nihil dicendum, super sit cum eius auctoritati sit
acquiescendum.
- 5 Pactum cum adiecta pœna, vel iuramento an ob vim iuramenti, & pœna va-
leat?
- 6 Pactum an contra ius vel præter ius; si contra ius nec pactum nec pœna va-
let.
- 7 Pactum si esbet præter ius, licet pactum non valeat, pœna appositæ
ualet.
- 8 Pœna si est adiecta pacto secundum ius poterit agere ad obseruantiam pacti,
vel ad pœnæ solutionem.
- 9 Iuramentum intelligitur quando est seruandum sine interitu salutis æternæ.
- 10 Iuramentum quando super re turpi valeat.
- 11 Iuramentum in contractu de vsuris soluendis venit seruandum.
- 12 Usura est omni lege prohibita.
- 13 Iurans soluere vsuras tenetur.
- 14 Iuramentum continens turpitudinem vtriusque personæ non ualet.
- 15 Quis non potest se vinculare ad peccatum, vel contra bonos mores.
- 16 Iuramentum obligat quando continet turpitudinem solum ex parte re-
cipientis.
- 17 Iuramentum principaliter dirigitur in Deum in quo non reperitur turpitudi-
o igitur qui iurat tenetur ad obseruantiam.
- 18 Solum in virtute iuramenti recepti potest ab eo qui turpiter recepit.

Quin-

Quinquagesimum Priuilegium.

- E**CCLESIA habet hoc priuilegiū, ꝛ quòd si clerici regulares, & seculares locauerūt aliquem fundum Ecclesiæ, vel in feudum dederint, cum aliqua conditione, vel pacto, in præiudicium iuris alterius parochialis Ecclesiæ, pactum non tenet, & exactum hac occasione reddere cogūtur illi Ecclesiæ, tale pactum impositum fuit conductoribus, & feudatariis, vt decimas soluant eis, & apud eorum Ecclesias sepulturam eligant, vnde cum Papa hoc non ignorasset, decreuit exactum restituere Ecclesiæ parochiali, cap. plerique de pac. Ratio enim fuit, ꝛ nam cum pactum ex auaritia procedat, penitus reprobauit, non licet parochianis pacisci cum alia Ecclesia in præiudicium iuris parochialis quia iura parochialia sunt debita ipsius Ecclesiæ parochialis, de paroch. ibi per totum tit. contra tale debitum pactum locum non habet, vt factum in alterius præiudicium, cap. si diligenti de for. com. pet. & cap. ea te de iureiuran. ꝛ Reprobatur electio sepulturæ ex pacto, in aliena Ecclesia, licet ex eius voluntate quis eligere valeat, cap. i. de sepult. & in clemen. cupientes in fi. de pen. ꝛ Et cum pactum à Papa fuerit reprobatum, de eo nihil dicendum superfit, sed eius auctoritati acquiescendum, potest tamen sumpta occasione pacti in dubium refricari si ꝛ qñ pœna fuisset adiecta pacto, vel si iuramentū adiectū fuisset, an ob vim iuramēti, & pœnæ pactum valeat. Hic igitur videatur, ꝛ an pactū sit contra ius, vel præter ius, si contra ius, nec pactum nec pœna valet, ca. quæ contra ius de reg. iur. in 6. etiam si iusurandum præstitum fuerit, cap. si diligenti, de for. compe. ꝛ si uero pactum esset præter ius, licet pactum non valeat tamen pœna apposita valet, l. stipulatio ista §. alteri, ff. de verborum obligatio. ꝛ si pœna esset adiecta pacto secundum ius, poterit agere, vel ad obseruantiam pacti, vel ad pœnæ solutionem, sed quatenus fuisset adiecta illa clausula saluo rato manente pacto, isto casu ad utrunque videlicet ad pactum, & ad pœnam contrafaciens teneretur, capitu. dilecti de arbitra. glos. in regula accessorium de regulis iuris in sexto, sed cum dictum sit, ꝛ de iuramento, quòd seruandum est, sine interitu salutis aternæ, capitu. si uero de iureiurando videndum fore existimo, ꝛ quando iuramentum super re turpi valeat, ꝛ in

con.

11 contractu de vsuris soluendis si interuenit iuramentum seruand- 1
 12 dum venit. † Vsurā est omni lege reprobata, † & tamen si quis iu- 1
 13 rauerit soluere tenebitur, solutio hæc est, quod pactum non valet 1
 sine iuramento, ex quo turpiter quis recipit promissionem, capit. 1
 14 debitores de iureiuran. sed distinguendum est † quando iuramen- 1
 tum valet, aut iuramentum continet turpitudinem ex persona 1
 vtriusque recipientis, scilicet & iurantis, & non tenet, vt in d. cap. si 1
 diligenti, & 22. q. 2. per rotum. Aut continet turpitudinem ex par- 1
 15 te iurantis, † & idem quia non potest quis se vinculare ad pecca- 1
 catum, vel etiam contra bonos mores, vt in regul. non est obligato 1
 16 rium, de reg. iur. in 6. † Aut continet turpitudinem solum ex par- 1
 te recipientis, non autem ex parte iurantis, & iuramentum obli- 1
 17 gat, & hoc casu procedit, cap. debitores & est ratio, quia † iuramē- 1
 tum principaliter dirigitur in Deum, in quo non reperitur turpi- 1
 tudo, igitur qui iurat tenetur ad obseruantiam, & seruando non 1
 18 peccat. † Sed solum virtute iuramēti repeti potest ab eo, qui tur- 1
 piter recepit, vt in d. cap. debi tores, & in cap. ad audientiam, & in 1
 cap. ad aures, quod met. causa.

S V M M A R I V M.

- 1 Omisum ex auctoritate Papæ plenum, & firmum robur obtinet.
- 2 Pacta sola obtinent firmitatem, aded quod si aliquid ab eo confirmante, omis-
sum fuisset intelligatur sola translatione, vel pacto sopitum.
- 3 Casus in quo maiorem vim habet transactio, quam Papæ confirmatio.
- 4 Infirma, vel minus valida per confirmationem Papæ recipiunt firmitatē, &
ita omisa per eum ex transactione, & pacto robur recipiunt.
- 5 Transactio an possit interuenire in spiritualibus, videtur dicendum, quod
sic.
- 6 Pactum non valet in spiritualibus.
- 7 Transactio, in spiritualibus propriè sumpto vocabulo interuenire non potest
vt aliquod temporale detur pro spirituali, quia esset simonia.
- 8 Transactio habet locum in decimis, nam de cima est spiritualis.
- 9 Spirituale pro spirituali dari potest.
- 10 Omisum per Papam tollitur transactione ita defectus in transactione, siue in
vis, siue facti suppleri potest per eum.
- 11 Suppletio generalis, an tollere potuit?
- 12 Clausula supplens omnem defectum refertur duntaxat ad solemnitates iu-
ris non autem supplet defectum inhabilitatis personarum, vel alium defe-
ctum naturalem.

Papa

- 13 Papa si non est informatus de omnibus, clausula solum refertur ad defectus commissos circa solemnitates iuris.
- 14 Iudex citra Papam supplere potest defectum commissum in contractibus, vel in iudicijs, etiam si esset Legatus de latere.
- 15 Transactionis tres sunt species, specialis, Generalis, & indefinita.
- 16 Transactio specialis non nocet in alijs specialibus, quia specialis, specialem effectum operatur.
- 17 Transactio generalis restringitur ad id, de quo specialiter est actum.
- 18 Transactio indefinita equipollet vniuersali.
- 19 Non nocent ea, quæ in iudicio deducta non sunt.
- 20 Transactio generalis, de rigore iuris tenet in omnibus, & exemptionem parit, sed replicatione doli rescinditur.
- 21 Transactio non valet nisi fiat in utilitatem Ecclesie.

Quinquagesimum Primum Priuilegium.

- E**CCLESIA Hoc priuilegio gaudet, † quòd si aliquid omissum fuerit, ex Papæ auctoritate plenum, & firmum robur obtineat, sola transactio, vel pactum cap. 1. de transac. Erat controuersia inter aliquos Ecclesiarum Prælatos, fuit quæstio illa ex transactione sopita, sed ne impofterum, aliqua inter eos oriretur difficultas adierunt Pontificem M. vt eam confirmaret, statuit igitur, vt omnia instrumenta, vel omne aliud quod alicui eorum opem præbere possent, ex præscriptione, ex priuilegio sint cassa, & pro nullis habeantur. Et † quòd sola pacta obtineant firmitatem adeo, quòd si aliquid ab eo confirmante omissum fuisset intelligatur sola transactione vel pacto sopitum, † & ita in hoc casu maiorem vim habet transactio, quàm Papæ confirmatio. In proposita quæstione est animaduertendum, quòd ea quæ sunt, † infirma, vel minus valida per confirmationem Papæ recipiunt firmitatem, & ita omnia per eum ex transactione, & pacto robur recipiunt. † Sed in dubiū venit an transactio possit interuenire in spiritualibus? Et videtur dicendum, quòd sic. cap. Generalis, 54. dist. & cap. Casellas 10. q. 2.
- † Sed in contrarium videtur, quòd pactum non valet in spiritualibus, cap. cum pridem de pact. & ibi etiam in cap. pactiones solutio hæc est, † quòd in spiritualibus transactio propriè sumpto vocabulo interuenire non potest, vt aliquod temporale detur, pro spirituali

rituali, nam esset simonia. Ita debent allegata in contrarium
 8 intelligi. Hic considerandum venit, † quòd transactio ha-
 bet locum in decimis, nam decima est spiritualis, & quòd
 9 est † spirituale dari potest pro spirituali. Et notandum
 10 est, quòd sicuti, † omisum per Papam tollitur transactio
 ita defectus in transactioe, siue iuris, siue facti, suppleri potest,
 per eum & hoc quando partes errauerunt in curia, vel imperitia
 11 † Sed an suppletio generalis tollere possit omnem defectum?
 12 Spec. in tit. deleg. §. nunc ostendendum, † quòd clausula sup-
 plentes defectum, & c. refertur duntaxat ad solemnitates iuris
 non autem supplet defectum inhabilitatis personarum, vel aliū
 defectū naturalem, vñ si quis partē transegit super eo quòd pos-
 13 siedere nō pōt, & Papa simpliciter cōfirmādo dicit supplentes def-
 lectum & c. † si de omnibus Papa non sit informatus clausula so-
 lum refertur ad defectus commissos, circa solemnitates iuris vt
 14 nota. Abb. in clem. Pastoralis de re iudi. nullus enim † Iudex ci-
 tra Papam supplere potest defectum commissum in contractib.
 vel in iudicijs, etiā si esset Legatus de latere, Spe. in ti. de leg. gl. in
 15 c. si. de hære. li. 6. † Tres sunt species transactionis, specialis, gene-
 16 neralis, & indefinita. † Specialis nō nocet in alijs specialiter, quia
 specialis, specialem effectum operatur. l. age cum Geminiano. C.
 17 de transact. † Generalis restringitur ad illud de quo specialiter
 est actum l. qui cum tu §. i. ff. de transac. & l. tres fratres. ff. de pac.
 18 † Indefinita æquipollet vniuersali l. si. ff. de vin. & trit. & ole. leg.
 19 cap. vt circa de elet. lib. 6. † Nam non nocet alijs rebus quæ in iu-
 dicio deducta non sunt, est igitur, vt specialis transactio l. licet C.
 20 iud. † transactio tamen generalis de rigore iuris tenet in omnib.
 & exceptionem parit, sed replicatione doli rescinditur, ff. de ad-
 21 ministr. tutor. l. Lucius. §. tutor & notandum est, † quòd transactio non
 ualet nisi fiat in vtilitatem Ecclesie Inno. in c. de cætero de transa-

S U M M A R I V M.

- 1 Iudex potest, & debet se introuire pro transactioe inter partes faciendæ.
- 2 Transactio non admittitur in aliquibus casibus.
- 3 Transactio in matrimonio non potest fieri.
- 4 Græci, Latinis Episcopis obedientiam denegabant.
- 5 Episcopi Latini celebrabant consecrationes in aliorum Episcopatibus eorum præiudicium percipiebant; Laici græci uxores dimittebant, & alijs illis viuentibus accipiebant.

O Papa

- 6 Papa in excessibus mandat componendum deponenda seueritate, habita consideratione Status, Imperij, & Excellentium multitudinis, & eorum deliberationis.
- 7 Compositio, vel dispensatio fieri non debet prout est matrimonium, quod apud grecos Latinos, fideles, infidelesque existit.
- 8 Qui facit contra ordinationes peccat.
- 9 In omnibus excessibus, in quibus adest peccatum equaliter debet fieri determinatio.
- 10 Matrimonium respicit sacramentum institutum à Deo.
- 11 Sacramentum est remedium contra peccatum per sensibilia signa, ideo computatur inter sacramenta.
- 12 Sacramenti forma sunt verba, vel signa, quibus consensus matrimonialis exprimitur.
- 13 Matrimonium fuit institutum ob sobolem procreandam, quæ erat necessaria etiam peccato non existente.
- 14 Matrimonium fuit institutum ante peccatum Adæ.
- 15 Matrimonij instituti causæ fuerunt duæ principales, sobolis educandæ susceptio ad cultum diuinum, & vt fornicatio euitetur.
- 16 Matrimonij aliæ causæ secundaria sunt multæ, vt pacis reformatio, vxoris pulchritudo, diuitiæ, & similes.
- 17 In matrimonio non licet secedere à seueritate canonica, cum maius sit peccatum recedere ab instituto immediatè à Deo, quàm ab hominibus, vel à Deo mediatè.
- 18 Iudex suadente causa potest discedere à penis in iure statutis, vt quando multitudo delinquentium est in causa, & ita sine scandalo peccati non potest.
- 19 Iudex ex causa moderat in casibus in quibus dispensatio non consistit.
- 20 Casus in quibus, dispensare non potest, in omnibus causis dispensare potest Legatus de latere, præter quàm in causis reservatis Papæ.
- 21 Iudex salua conscientia an valeat reducere partes ad compositionem in re ipsi iudici clara?
- 22 Iudex si iura partium sunt ignota potest secus si sit clara.
- 23 Iudex abstinere potest à compositione, quando licet de causa.
- 24 Iudex ius unius alteri dare sine causa non debet.
- 25 Lex improbat, qui non dat unicuique quod suum est.
- 26 Sententia ferenda pro actore, est mandanda executioni.
- 27 Matrimonij compositio non admittitur quando per compositionem fieret contra vinculum matrimoniale, secus si pro matrimonio fieret compositio.

Quinquagesimum Secundum Privilegium.

1 **E**CCLESIA Habet hoc privilegium † quòd Iu-
 2 dex potest, & debet se interponere pro tran-
 3 sactione inter partes facienda, † verum in ali-
 4 quibus casibus in quibus iura transactionem
 5 non admittunt, † prout est super matrimonio
 6 non potest, apud græcos aderant aliquæ res ad-
 7 modum in ordinatè cum aliqui eorum sacros or-
 8 dines furtivè suscipiebant à non suis Episcopis, in Ecclesijs inter-
 9 dictis celebrabant, † Latinis Episcopis obedientiam denegabant
 10 & quidam alij græcis, † Latinique Episcopi celebrabant consecra-
 11 tiones in aliorum Episcopatibus, decimas in eorum præiudicium
 percipiebant, aliqui laici græci propria auctoritate vxores dimit-
 tebant, & illis viventibus alias accipiebant, & super his, & alijs
 excessibus fuit, † Papa consultus, qualiter Index in his se habe-
 re debet. R. sponsum fuit quòd partes suas interponat ad com-
 ponendum, deposita severitate habita consideratione status, Im-
 perij, & excedentium multitudinis, & eorum habitæ deliberatio-
 nis, & prout videbitur expedire, † exceptis casibus non recipien-
 tibus compositionem, vel dispensationem, prout est matrimo-
 nium, quod apud Græcos, Latinos, fideles, infidelesque existit,
 cap. ex parte de transac. hic considerandum venit, quæ nam ratio
 diuersitatis fuerit, quòd in tam varijs excessibus valeat compone-
 re, & in matrimonio compositio prohibeatur, non ne omnes sunt
 excessus, ordines furtivè suscipere, in interdictis Ecclesijs cele-
 brare, nō obedire, decimas, in præiudicium recipere, & sic de sin-
 gulis de quibus supra, & quia vxores dimittebant, & aliàs du-
 cebant, in specie est facta prohibitio, omnes isti excessus respi-
 ciunt peccatum. Nam † qui facit contra ordinationes peccat.
 Abbas in capitulo ex parte de verborum signification. † Si in
 omnibus istis excessibus adest peccatum æqualiter debent de-
 terminari, nam vna determinatio respiciens plura determi-
 nabilia, debet æqualiter determinari. l. iam hoc iure. ff. de vul-
 ga. & pupil. subst. hanc fore rationem existimo, nam excessus præ-
 nominati respiciunt ordinationes, & regulas Ecclesiasticas, à
 quibus non est recedendum. † Sed matrimonium respicit sa-
 cramentum institutum à Deo, ut in Genes. capitu. 1. † Sacra-
 mentum

mentum autem est remedium contra peccatum per sensibilia si-
 gna, & cum hoc inueniatur in matrimonio inter sacramenta com-
 12 putatur, † & forma huius sacramenti sunt verba, vel signa, qui-
 13 bus consensus matrimonialis exprimitur. † Et fuit institutum ad
 sobolem procreandam, quæ erat necessaria etiam peccato non
 14 existente. † Fuit institutum ante peccatum Adæ † & causæ insti-
 15 tuti matrimonij fuerunt duæ principales sobolis educandæ su-
 sceprio ad cultum diuinum, vt in d. cap. 1 in Genis. in ibi cresci-
 16 te & c. & vt fornicatio enitetur. † Aliæ causæ secundariæ sunt
 multæ, vt pacis reformatio, vxoris pulchritudo, diuitiæ & similes.
 Hinc est, quod in illis excessibus pro trāsactione potest se interpo-
 nere, & à seueritate se abstinere, decidendo causas secundum iu-
 ris regulas declinando in benigniorem partem de æquitate, se-
 cundum personas, causas, loca, & tempora videbit postulare.
 17 † Sed in matrimonio non licet recedere à seueritate canonica,
 cum maius sit peccatum recedere ab instituto immediatè à Deo
 quam ab hominibus, vel à Deo mediatè. Notari igitur potest
 18 quod † Iudex suadente causa potest discedere à pœnis in iure
 statutis, vt quando multitudo delinquentium est in causa, & ita
 sine scandalo plecti non potest, l. quid ergo §. pœna grauior. ff.
 19 de his qui not. infam. nam ibi dicit Barto. quod † pœna etiam
 in statutis Iudex ex causa moderat, in casibus in quibus di-
 20 spensatio non consistit, frustra laborat ad concordiam, † &
 qui sunt casus in quibus dispensare non potest, in omnibus cau-
 sis dispensare potest Legatus de latere præter quàm in causis re-
 seruatis Papæ de quibus in capitu. translationem de offic. leg.
 21 † Sed hic quæro de quæstione, quæ quotidie euenire potest.
 Nunquid Iudex salua conscientia partes reducere valeat ad
 compositionem in re ipsi Iudici clara? De hoc habetur per Spe-
 culato. de præparat. iudici in §. excipitur ibi concludit, quod
 22 † si partium iura sunt ignota, hoc potest, ut hic, si verò iam
 sunt clara, vt quia sit conclusum in causa, & ita Iudici cognoscere
 de causa licet, & pro qua parte sit ferenda sententia, hoc Specul.
 23 reliquit diffiniendum Ioann. Andræ. dicit, † quod nisi aliqua
 circumstantiæ suadeant expedit abstinere se à tali compositione,
 motus, quod licet de causa, ideo non debet reducere ad compo-
 24 sitionem, † ne ius unius alteri dare sine causa videatur, ad
 25 quod faciendum, † Lex improbat, quæ reddit vnique
 quod suum est. Sed quod ex circumstantijs posset hoc facere,
 & ceteris paribus magis debet suadere actori uincenti, quæ
 Reo

- 26 Reo absoluendo. Ratio quia ꝑ sententia ferenda pro actore est mandanda executioni, & exequendo posset fieri longum litigium, & hæc ratio cessat ex parte rei, tamen in eo potest subesse causa, vt puta quia Actor est pecuniosus, & paratus appellare quantum iura sibi permittent, debet ergo his, & similibus causis consideratis Iudex abstinere, vel reducere ad concordiam.
- 27 Facit ad prædicta cap. nisi de præbend. ꝑ concludendo igitur ea quæ in substantia præsentis speculationis dici possunt, circa compositionem matrimonij, in quo dicitur hic compositionem non esse admittendam, intelligi debere quando per compositionem aliquid fieret contra vinculum matrimoniale, secus si pro matrimonio fieret compositio, vt partes contententes in contractu matrimonij reducerentur ad concordiam, eo casu Iudex potest eas inducere ad contrahendam nullo existente impedimento.


S U M M A R I V M.

- 1 Clerici in sacris constituti, vel minoribus beneficiati in foro seculari postulare non valent.
- 2 Clerici pro se & Ecclesia sua, vel miserabilibus personis postulare possunt.
- 3 Postulare est desiderium suum, vel amici sui in iure coram Iudice exponere, vel contradicere.
- 4 Postulare si prohibitum est expressè censetur prohibita charitas.
- 5 Charitas est rectissima animi affectio qua diligitur Deus propter se & proximus propter Deum.
- 6 Sacra non sunt immiscenda profanis.
- 7 Clerici abstinere debent à viginti quatuor casibus.
- 8 Præceptum de amando proximum magis respicit affectum, quàm effectum.
- 9 Ordo charitatis est, vt amor salutis propriæ præponatur amor salutis aliene.
- 10 Salutem propriam negligentes sunt mente capti, & digni reprehensione.
- 11 Mandatis obediens Deum amare videtur.
- 12 Postulando clerici possent agere aliquod in detrimentum eorum anime.
- 13 Qui à lite recedit magnum commodum lacrat.
- 14 Litigare coram Iudice periculosum est.

Litigare

- 15 Litigare calumniosè, & temerè videtur, qui litigat, & succumbit.
 16 Absurda sunt per clericos euitanda veluti ministros Dei.
 17 Naturalis ratio suadet se suaque defendere.
 18 Iuribus suis vtentes nemini iniuriam faciunt.
 19 Clerici constituti in minoribus si stipendiati sunt non possunt postulare.
 20 Clerici non stipendiati possunt postulare in causis civilibus secus in criminalibus.
 21 Clerici promoti sine titulo, Episcopus debet ei providere.
 22 Officium sacerdotis est nulli nocere, omnibus autem velle prodesse.
 23 Ecclesia si defendit reos, an clericus possit aduocare pro parte rei?
 24 Ecclesia supplicat pro reis ne patiantur pœnam mortis, vel membri abscissionem.
 25 Reus propter imperitiã Aduocati succumbere, vel propter caliditatem iniuste absolui posset.
 26 Lingua cum sit nimis facilis tutius est, vt clericus se abstineat aduocare pro parte rei.
 27 Clericus in casibus in quibus aduocat an licitè exigat salarium.
 28 Clericus oblata sponte recipere potest.
 29 Aduocati laici iuste accipiunt, & exigunt salarium.
 30 Aduocatus, vel medicus salariati publico stipendio à litigatore, vel egroto non possunt aliquid exigere.
 31 Aduocatus, & medicus an ab initio possint conuenire de salario?

Quinquagesimum Tertium Privilegium.

- 1  CCLESIA Vult gaudere priuilegio, † quod eius subditi videlicet clerici in sacris constituti, vel minoribus beneficiati non valeant in seculari foro postulari, † nisi pro se, vel Ecclesia sua, vel miserabilibus personis sacerdotes, & qui stipendiis Ecclesiasticis sustinentur, exceptis casibus prænomminatis in seculari foro non possunt aduocare, capitulo 1. de postulat. hoc mihi potius videtur prima fronte magis impium, quàm humanum si † postulare nihil aliud est, quàm desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni præest exponere, vel alterius desiderio contradicere, l. 1. ff. de postul. 3. questia. 7. cap. infames licet gloss. ibi in d. l. 1. exponit illud verbum in iure, idest in loco iuris, dico quod potest intelligi in iure, idest quod
- 2
3


quòd ita de iure sentit, habito est respectu ad illud verbum desiderium quasi quòd aperire iudici desiderium de iure videlicet salua conscientia cupit, argumento. l. i. ff. de feri.
4 † si postulare prohibetur expressè censetur prohibita charitas,
5 quæ secundum thom. 3. senten. distin. 27. † est rectissima animi affectio, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum, ex cuius præcepto habetur secundum Mathæum, in cap. 22. diliges proximum tuum sicut te ipsum, quomodo igitur amare poterit si in iure exponere pro eo non potest, hoc videtur, repugnare
6 charitati fraternæ, sed ratio potuit esse † quia sacra nō sunt immiscenda profanis, & propterea statutum est, † quòd clerici abstinant à 24. casibus inter quos adest in specie, quòd pro aliquo in placitis secularibus disputare non audeant, c. i. ne cler. vel mon. se immuni. Nec obstat, quod dictum fuit de charitate, & eius consequentia de amando Deum, & proximum, istud † præceptum de amando proximum, magis respicit affectum, quàm effectum,
8 † Nam secundum ordinem charitatis amor salutis propriè præponendus est amori salutis alienæ, hoc consonat iudicio rationis rectè, & instinctu naturæ apertè percipitur, † quia illi reprehensione digni sunt, & mente capti reputantur, qui salutem propriam negligentia, vt alienam procurent, nec propterea censentur Deum non amare, etiam si pro amicis suis in iure non postulant, † immo
12 potius amare videntur, quia mandatis obediunt, † eo maxime quia postulando aliquando possent agere aliquod in detrimentum eorum animæ, quòd percipi potest, † quia qui recedit à litte dicitur consequi magnum commodum, Abb. cap. i. de transa.
14 & in cap. cum inter de excep. ibi not. † quòd litigare coram Iudice periculosum est, † sed quid magis, qui litigat, & succumbit præsumitur calumniosè, vel temerè litigasse, Abb. in capit. calumniam de pœn. † hæc igitur absurda sunt per clericos veluti ministros Dei euitanda, & propterea fuit facta prohibitio, sed videtur dicendum, quòd in eo periculo sunt quotiescunque postulāt pro se vel Ecclesia: Respondetur, † quòd naturalis ratio suadet se suaque defendere, † & iuribus suis vtendo nemini iniuriam faciunt iuxta iuris regulam, † si constituti in minoribus non possunt postulare, quando sunt stipendiati, ergo à contrario, † si non sunt stipendiati possunt in ciuilibus causis, quia in criminalibus causis, vel vbi de pœnæ sanguinis agitur interesse non debent, ne clerici. vel mona. cap. sententiam, capit. his à quibus 23. quæstio. vlt. illi autem qui sunt in maioribus ordinibus aduocare non debent
& si

- 21 † & si sine titulo promoti sunt, Episcopi eis debent providere, ca.
 22 non liceat de præben. clarum est, q̄ aduocare non debent, † cum
 sacerdotis officium sit nulli nocere, omnibus autem velle prode-
 23 se, cap. si. de postul. † Sed si Ecclesia defendit reos, dubium verti-
 24 tur, an saltem possit aduocare pro parte rei, † cum Ecclesia pro
 eis supplicat ne patiantur pœnam mortis, vel membri abscisio-
 nem? cap. nouimus de verb. signifi. 23. q. 5. cap. reos. Videtur igitur
 25 dicendum, quòd sic in contrarium facit, † nam fortè propter im-
 peritiam suam posset aduocatus succumbere, vel propter calidita-
 tem posset reus iniuste absolui, & ita condemnaretur actor ad pe-
 26 nam talionis. † Vnde quia lingua est nimis facilis, l. famosi. ff. ad
 l. Iul. mai. Tutius est, vt clericus se abstineat etiam pro parte rei.
 27 † Sed quærendum an in casibus in quibus clericus officii aduoca-
 ti fungi potest, an pro mercede suæ aduocationis possit licitè exi-
 gere salarium? Et videtur dicendum, quòd non, capit. 1. 15. q. 2.
 28 † Sed ea quæ spontè oblata sunt recipere potest, cap. dilectus de
 simon. cap. non licet 11. q. 3. Innoc. tenet, quòd derogatum sit per
 consuetudinem illis capitulis. Alii dicunt, quòd loquuntur quan-
 29 do clericus est aduocatus in spiritualibus causis, secus si in tempo-
 ralibus. Alii dicunt loqui in religiosis. † Cæteri aduocati certum
 est, quòd iuste accipiunt, & exigunt salarium, ca. non sanè 14. q. 5.
 & in l. 1. de var. & extra. cogn. hoc tamen. Non est ignorandum de
 30 mente Innocent. † Quòd aduocatus, vel medicus salariati publi-
 co stipendio, a litigatore, vel in ægritudine constituto non possunt
 aliquid accipere, a non litigantibus, & à bene valentibus recipere
 possunt, vt habetur, in l. Archiarius C. de professio. & med. lib. 10.
 31 † Sed an illi professores ab initio possint conuenire de salario to-
 tius morbi? Et si conuenerunt, quòd si postea conueniunt, conuen-
 tio non valet, si ab initio non fecerint conuentionem de tota lite,
 vel infirmitate, licet à clientulo, vel infirmo receperint aliquid
 pro consilio vnus diei, nihilominus lite pendente, vel infirmitate
 pacisci p̄nt, l. quisquis §. præterea C. de postul. l. 1. §. si cui. ff. de var.
 & extraord. cog. concluditur, q̄ clerici non beneficiati, sed in mi-
 noribus constituti coram iudice seculari litigare possunt, in sacris
 constituti ordinibus, & beneficiati non prohibentur coram iudi-
 ce Ecclesiastico litigare, tamen nihil pro salario quærent, sed spon-
 tè oblatum recipiunt, anim aduertendo, quòd etiam coram iudi-
 ce seculari litigare possunt, pro negotiis ecclesiasticis, & pro mise-
 rabilibus personis, & aliis de quibus habetur, in l. 1. §. vlt. & l. se-
 quenti. ff. de postul.

SUMMARIUM.

- 1 Obtinens sententiam contrariam non missus ab Episcopo in causa sua non preiudicat Episcopo.
- 2 Nuncio non creditur sine mandato.
- 3 Procurator alterius nisi habeat mandatum legitimum non auditur.
- 4 Prelatus sine consensu capituli nec capitulum sine consensu Prelati non potest exercere iudicium nec conveniri nec alienari.
- 5 Qui non potest alienare non potest rem in iudicio deducere.
- 6 Prelatus si posset agere sine consensu capituli, vel conveniri sequi posset multa inconuenientia.
- 7 Iudicium, ut valeat, requiritur mandatum factum cum non habente procuratorem dicitur nullum.
- 8 Exceptio mandati potest opponi ante, & post sententiam ad annullandum iudicium.
- 9 Audientia denegatur comparenti sine mandato.
- 10 Mandatum, ut legitimum dicatur tria continere debet nomen constituentis, nomen constituti, & quod factum habebit ratum.
- 11 Mandatum an possit probari tam per testes, quam per instrumenta?
- 12 Mandatum an ubi requiritur speciale sufficiat promissio de rato?
- 13 Clerici enumerantur inter coniunctas personas.
- 14 Quilibet in fauorem Ecclesie admittitur sine mandato quando agitur de reuocatione rei male alienate.
- 15 Differentia est inter procuratorem, syndicum, Economum, & actorem.

Quinquagesimum Quartum Privilegium.

- 1  CCLESIA Alio privilegio gaudet, et quod cum aliquis Episcopus causam haberet, aliqui pro eo accesserunt, & sententiam contrariam obtinuerunt, unde cum illos non misisset, quæ facta fuerant in eius preiudicium non subsistunt, nec ipsi nocent. Hoc ad aures Papæ peruenit, quod illos non miserat, demum quosdam alios misit, ideo Papa ad eum rescripsit, et quod non intendit illis nunciis credere sine mandato, ne fortasse dicat de istis illud, quod dixerat de prioribus, quare si vult, quod tractetur eius causa, mittat personam instructam cum mandato legaliter facto, ut quidquid actum fuerit, subsistat.

P stat, 1

- 3 stat, † non auditur ergo Procurator alterius, nisi habeat mandatum legitimè factum, capit. 1. de procurat. Ratio fuit hæc, ne quis sine consensu domini valeat iudicium exercere. Colligitur ergo,
- 4 † quòd nec Prælatus sine consensu capituli: nec Capitulum sine consensu Prælati, non potest nec exercere iudicium, nec conueniri, nec alienari, alter sine reliquo, cap. sine exceptione 12. q. 2. nec
- 5 commutare, nec donare, cap. pastoralis de donat. † Qui non potest alienare, non potest rem in iudicio deducere, l. ait prætor, ff. de iur. delib. † Si Prælatus posset agere sine consensu capituli, vel conueniri, sequi possent multa inconuenientia, nam factum Prælati posset præiudicare Ecclesiæ, sed quid magis fieri posset fraus Ecclesiæ, quia permetterent quandoque Prælati, immo procurarent se conueniri, & facerent, collusionem, idcirco nec Prælatus, nec Capitulum, nec agere, nec respondere, sine consensu potest,
- 7 capit. vlt. de maio. & obed. † Ad hoc vt iudicium valeat requiritur mandatum, nam si factum fuisset cum non habente procuratorem dicitur nullum, Bar. & Doc. in l. licet C. de procurat. Abb.
- 8 in cap. in nostra de procurat. † & cum ista exceptio possit opponi ante, & post sententiam, ad annullandum iudicium, ita tenet, lo. de Ana. in consilio 96. † Ideò ne iudicium reddatur nullum, in Procuratore statuit Papa mandatum requirere aliàs ei sine legitimo mandato comparenti denegatur audientia, ad hoc autem,
- 10 † vt mandatum legitimum sit, tria continere debet. Nomen eius, qui eum constituit Procuratorem: quòd sit expressa causa ad quã constituitur, & quòd ratum habebit, quod cum eo factum fuerit, l. si procuratorem. ff. de procurat. & si fortasse dubitaretur de sigillo quia incognitum est, & videretur vires mādati debilitare, de eo fieri debet fides, l. item eorum. ff. quòd cuius vniuers. nom. l. vulgo ff. de administ. tuto. l. quidam C. de fide instr. gesta igitur per Procuratorem non habentem mandatum non valent in præiudicium domini, sed in eius præiudicium valent, l. plautius. ff. de procur. l. 3. §. falsus. ff. rem ra. hab. † Sed in dubium venit, an mādatum possit probari tam per testes, q̄ per instrumentum? Licet variæ sint in hoc Doc. opiniones, tamen videtur dicendum, q̄ tam per testes, quàm per instrumentum mandatū probari potest glo. in l. non solum. §. qui alieno. ff. de procur. Specula. de satisf. §. 3. & ibi Bar. in d. gl. & hæc opinio est magis cōmunis. Alia est questio.
- 12 † An vbi requiritur speciale mādatum, sufficiat promissio de rato, vel debeat saltem admitti cum cautione, opinio Cyn. est, quòd non deberet admitti propter graue præiudicium quod iur.
- de

de sequi posset, vt nota. in d. §. qui alieno, & in l. vero procurato-
 ri. ff. de solut. Bart. tenet contrarium in l. si sine. §. i. ff. re. rato. hab.
 ego vero potius errare vellem cum Cyn. quam cum Bar. duntaxat
 considerando præiudicium, & ea quæ euenire possent, etiam præ-
 stita cautione per Procuratorem, quando exigitur speciale man-
 datum, quod quidem speciale mandatum quando requiritur ad
 mittitur coniuncta persona, l. patri pro filio ff. de minori. & quia
 13 gl. in d. cap. i. de procurat. dicit, † quod clerici enumerantur in-
 ter coniunctas personas; sicut ergo coniunctus admittitur sine
 mandato pro coniuncto cum cautione, ita & clericus agere debe-
 ret pro sua Ecclesia cap. non licet i. 2. q. 2. illud capit. non probat,
 14 sed loquitur, † Cum agitur de reuocatione rei malè alienatæ quo
 casu in fauorè Ecclesie admittitur quilibet, vt in cap. si quis præ-
 byterorum de rebus ecclesi. non alienand. Abb. in capit. nonnulli
 15 de rescript. deniquè cum hic tractetur de Procuratore, † bonum
 est nō ignorare differentiam inter Procuratorem Syndicum, seu
 Economum, & actorem. Procurator est ille qui de mandato do-
 mini aliena negocia gerit l. i. ff. de procurat. Qui administrat sine
 mandato dicitur negociorum gestor, vt habetur in tit. ff. & C. de
 negoc. gest. reliquum vide gl. in cap. si quis erga 2. q. 7. & quod no-
 ta. Abb. in cap. petitio de procur. Procuratori igitur sine legitimo
 mandato comparenti audientia denegatur.


S Y M M A R I V M.

- 1 Procurator interuenire non potest quando tractatur de pœna inferenda ali-
 cui pro adulterio coram Iudice seculari.
- 2 Procurator si tractatur coram Ecclesiastico de separatione tori potest inter-
 uenire.
- 3 Accusare de adulterio per procuratorem non potest.
- 4 Accusando de adulterio coram seculari agitur criminaliter.
- 5 Periculum vbi maius vertitur, ibi cautius agendum.
- 6 Periculum maius est in agendo criminaliter, quam ciuilit.
- 7 Qui accusat, & non probat eadem pœna venit plectendus.
- 8 Adulterij pœna secundum legem Mosaycam tam in masculo, quam in femi-
 na erat pœna mortis genus mortis dilapidatio.
- 9 Adulterij pœna de iure canonico est excommunicatio.
- 10 Femina propter adulterium in Monasterium detruditur si maritus eam no-
 lit.
- 11 Clericus propter adulterium an possit deponi, & in Monasterium detrudid



12. Adulterium punitur iure digestorum morte naturali olim pœna deportationis.
13. Adulterium secundum ius Codicis punitur pœna ultimi supplicij.
14. Adulterium secundum ius Authenticorum femina propter fragilitatem sexus pœna virgis ceditur, & in Monasterium detruditur.
15. Maritus si intra biennium non acceperit uxorem detrusam in Monasterio propter adulterium ipsa cogitur accipere habitum monachalem, & ibi vivere.
16. Adulterij pœna in omnibus ferè prouincijs iure municipali immutata in pœnam pecuniariam.
17. Adulterij crimen grauissimum: Principes illud non punientes peccant valde.
18. Maritus ex adulterio potest agere criminaliter, & ciuilitè: si ita agit ciuilitè ad separationem tori lucratur dotem, & donationem propter nuptias.
19. Uxor potest accusare de adulterio maritum ciuilitè, vt separetur matrimonium, & vt lucratur donationem propter nuptias sibi factam à marito.

Quinquagesimum Quintum Priuilegium.

- 1  C C L E S I A Tali priuilegio gaudet, f quòd cum tractetur de pœnis interenda alicui pro adulterio
- 2 coram Iudice seculari f Procurator non interuenit, sed si tractetur coram Iudice Ecclesiastico causa ad tori separationem Procurator interuenire, debet. f Maritus cum velit accusare uxorem de
- 3 adulterio hoc facere non potest per Procuratorem, sed per se ipsum, cum adulterium sit punibile in utroque foro tam in seculari, quàm in Ecclesiastico. Prima igitur propositio est quando accusabit coram Iudice seculari: Si vero coram Ecclesiastico accusabit de adulterio petendo tori separationem, poterit hoc exercere per Procuratorem, si adulterium est punibile in utroque foro, quare apposita est ista differentia, quòd in seculari foro non possit nisi per se ipsum accusare, non autem per Procuratorem,
- 4 aliàs sic coram Ecclesiastico. Ratio fuit hæc, f quia accusando coram seculari criminaliter agit, & tunc agit ad infligendam pœnam legitimam, pro qua ipse quoque debet se inscribere ad pœnam talionis, & ad eam se astringere, si agitur accusatio coram Eccle-

Ecclesiastico potest per Procuratorem, nam licet accusatio sit de
 crimine, non est tamen criminalis, sed mixta inter criminalem,
 & civilem, quia si oportet ipsum inscribere, & in scriptis designa-
 re nomen adulterij, locum, tempus, & omnia, quæ in lege civili
 cauentur, ad pœnã talionis tamen se obligare non debet ne forte
 si in probatione deficeret intentionis suæ consequeretur effectũ,
 5 capit. tuæ de procurat. † Si vbi maius periculum vertitur ibi
 cautius est agendum, & consulendum, c. quiescamus 42. dist. cap.
 Matthæus de simon. c. si quis neque 1. q. 1. cap. vbi periculum de
 elec. & elec. pot. lib. 6. Specu. in titu. de action. in fi. & de excep. f.
 6 penul. † Si maius periculum est agendo criminaliter, quàm civi-
 liter magis ergo opus esset Procuratore in criminali, hoc enim
 non est verum: nam hic agitur de accusatione, quæ non debet fie-
 ri per Procuratorem, sed per coniugem, quæ tenetur astringere
 ad pœnã talionis se ipsam. Hic igitur cõsiderandum venit, quod
 officium accusationis adulterij in criminali non incumbit Pro-
 7 curatori, † ideo ille qui accusat nisi probatio, & eadẽ pœnã veni-
 ret plectendus, qua convictus reus puniretur, quia calumniosè
 videretur accusationem instituisse. Sed vbi agitur civiliter de cri-
 8 minali, põt Procurator interuenire, & ita si aliquis prohibet vna
 via alia via ad id admitti non debet, † adulterij pœnã de iure diui-
 no secundũ legẽ Mosaycã tam in masculino, quàm in fœmina erat im-
 posita pœnã mortis, genus autẽ mortis erat dilapidatio, in Exod.
 9 e. 22. Deutero. e. 22. de iure vero canonico pro adulterio tam mas-
 culus, quàm fœmina excommunicantur, c. intelleximus de adult. pra-
 10 tereaque, † fœmina in Monasterium detruditur, & si maritus eam
 nolit recipere ibi toto tempore eius vitæ permanere, & peniten-
 11 tiã agere cogitur, c. gaudemus de adult. † & cũ iste casus ab Epi-
 scopo puniri possit, queritur utrum de iure canonico clericus pro
 adulterio sit deponendus, & vltimus in monasteriũ toto tempore
 vitæ suæ detrudendus, vt expressã tenet gl. in c. latior in gl. 1. 2. q.
 7. & hæc est cõis. opinio quæ refert Villalobos in sua collec. com. opt.
 in litera C. num. 82. dicebat tamen Alciatus, quod si hodie clerici
 propter adulterium detruderentur in Monasteria pauci clerici p-
 12 tuitur tan secundum ius digestorũ adulterium puniret pœnã mor-
 tis naturalis magis cõis vñ esse, quàm olim puniretur tantummodo
 pœnã deportationis Cum. in cons. 154. Marfil. in pract. criminali.
 13 §. opportunè. nu. 40. † secundum vero ius Codicis oēs conveniunt,
 quod punitur pœnã vltimi supplicij tex. in l. quamuis la. ii. C. de ad-
 ulter.

vltter. Alex. in consil. 13. lib. 7. Et hoc tam in masculo, quam in fe-
 mina, vt ait Cuman. in præallegato, consil. Ang. de malefic. in ver-
 14 bo che hai adult. num. 44. † Hodie secundum ius authenticorum
 in femina propter sexus fragilitatem commutata est pœna, uirgîs
 15 ceditur, & deinde in Monasterium detruditur, † & si maritus in-
 tra biennium eam non receperit ipsa cogitur habitum monacha-
 lē suscipere, & ibi perpetuo permanere, tex. in authen. Sed hodie
 C. de adulter. & ita tenent omnes Doctores, vt dicit Salyc. in l. qui
 sepulera C. de sepul. viola. Hanc esse communem attestatur. Imol.
 in l. cum mulier. ff. solut. matr. Sed quidquid sit secundum dispo-
 16 sitionem iuris communis, † hodie videmus in omnibus ferè pro-
 uincijs immut. tam esse pœnam mortis, pro adulterio, & imposi-
 tam esse pœnam pecuniariam, & ita communiter obseruatur ex
 statutis Italię. Ita attestatur Anan. in cap. si. de coll. deteg. refert
 Tiraquel. de leg. coniug. l. 13. crimen adulterii est grauissimum,
 & ita est in vsu, quod ferè apud omnia tribunalia adulteri impu-
 nē enadunt, & de tali crimine potius gloriantur. Illi verò quorum
 vxores adulteræ sunt non audent accusationem proponere ne in
 infamiam incidant, & in hac praua cōsuetudine hoc crimen per-
 17 manet. † Principes vero qui tale crimen grauissimum acerrimis
 pœnis non coercent valde peccant. Certè iste, est vnus ex casibus
 qui in Republica Christiana aliqua reformatione indiget. Sed v-
 trum cū in foro seculari, & Ecclesiastico agi possit nūquid vnum
 iudicium excludatur per aliud? Videretur dicendum, quod si fuit
 actum in iudicio seculari, quod non poterit agere coram Eccle-
 siastico, ex quo in seculari iudicio imponitur pœna mortis, ex le-
 ge antiqua vnde post ea non potest ciuilitè agi cum iam, per mor-
 tem soluebatur matrimonium, & dos remanebat deperdita. 22.
 q. 7. cap. 1. Idem in pœna hodierna nam conuicta in carcerem de-
 truditur, & de dote disponitur, vt not. Abb. in cap. gaudemus de
 conuers. coniug. ciuilitè igitur non potest accusari, quia pœna se-
 parationis tori includitur. Sub illa prima pœna satis enim est,
 18 † quod maritus potest eligere quam viam velit, aut criminalem,
 aut ciuilem, si agit ciuilitè ad separationem tori accusator lu-
 cratur dotem, vel donationem propter nuptias, & ad hanc accu-
 sationem admittuntur, solum coniuges cap. quemadmodum de
 iur. iuran. cap. quanto, & cap. gaudemus de diuor. & quemadmo-
 dum maritus accusat vxorem, vt lucretur dotem, & separetur ma-
 19 trimonium quo ad torum ita econuerso † vxor potest accusa-
 re maritum ciuilitè de adulterio, vt separetur matrimonium, &
 vt lucre-

vt lucretur donationem propter nuptias sibi factam à marito, vt in cap. 1. vt lite non contesta. & vt in cap. plerique de donat. int. vir. & vxo. & ibi Abb. conclusio est, quod agendo criminaliter non interuenit Procurator, secus si ciuilitur.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex in causa matrimoniali prouidere debet, vt ille qui constituit procuratorem plena libertate gaudeat.
- 2 Qui vult agere, vel respondere non debet esse in alterius potestate, sed libertatem habere debet.
- 3 Detentus iniuriosè cum violentia sub potestate detentoris dicitur.
- 4 Agens cum detentore potest deinde allegare metum, & actum per actionem quod metus causa rescindere.
- 5 Iudicis officium est prouidere partibus locum tutum, vt libertate gaudeant.
- 6 Qui in terretorio aduersarij est, non dicitur esse in libertate sua.
- 7 Contractus carcerati an valeat licet esset custoditus à familia?
- 8 Filia quæ contraxit matrimonium inuito patre, possit eum cogere ad eam dotandam?
- 9 Pater non obligatur ad dotandam filiam, sed iudicis officio compellitur.
- 10 Pater compellitur officio Iudicis alere filium.
- 11 Filius habens vnde se alat commodè cessat actio compellendi patrem.
- 12 Filia si absque dote nubet marito eam alere honorificè tenetur.
- 13 Filia non excluditur à bonis paternis, saltem legitimam habet.
- 14 In causa matrimoniali pater constituit Procuratorem pro filio.

Quinquagesimum Sextum Priuilegium.



ECCLESIA habet hoc priuilegium, ¶ quod Iudex in causa matrimoniali prouidere debet, vt ille qui constituit Procuratorem plena libertate gaudeat, vt si quædam nob. mulier habens filium contraxit cum alio ciue nomine ipsius filie, sponsalia ipsis filiis scientibus, arra forsitan hinc & inde apposita, quia illa nob. forsitan nolebat perficere, quod

- quod conuenerat cum dicto ciue. Idem ciuis detinebat eam sub potestate sua, & cum hoc Papa audiisset, mandauit d. ciui quatenus nobilem restituat pristinae libertati, & ipsam reduci faciat in loco tuto, ut ibi existens libera Procuratorem liberè ordinare valeat, qui coram Papa iustitiam suam prosequatur. Et ipse idem ciuis super sponsalibus, quæ dicuntur contracta inter filiam suam, & filium d. nobilis, Procuratorem idoneum ad præsentiam Papæ transmittat, & plenam potestatem habeat ad agendum, & ad defendendum, cap. accedens de procur. Ratio autem ut quilibet eorum constituat Procuratorem fuit, ut iura sua vnusquisque producat, ut iustitiæ locus esse possit. Ideo considerandum venit, quod qui vult agere, vel respondere, non debet esse in alterius potestate, sed libertatem habere debet, si illa nobilis detineretur, iuribus suis uti non posset, & ita iustitia locum non haberet, quare mandauit Papa, ut à potestate liberetur, & restituta in libertate Procuratorem constituat, & idem faciat ciuis prætendens extare sponsalia inter natam suam, & filium dictæ nobilis, & mittat eum cum plena potestate ad præsentiam Papæ. Hinc percipitur, quod detentus iniuriosè, & cum violentia, sub potestate detentoris dicitur; † Vnde si aliquid cum dicto detentore agit, potest deinde metum allegare, & actum illum per actionem, quod metus causa rescindere, ut habetur in l. qui carcerem, ff. quod met. eam idcirco ne iudicium iudicis sit frustratorium, quod euenire potest, si metus allegaretur † Iudici incumbit officium, partibus prouidere de loco tuto, ut plena libertate gaudeant. Sed vtrum quis dicitur restitutus in libertate, si is qui erat obligatus restituere eum in libertate, simpliciter relaxauit in suo terretorio? R. Non dicitur liberatus nisi extra terretorium adducere faciat, ad locum ubi in tuto morari possit. † Nam dum est in terretorio aduersarij, non dicitur esse in libertate sua, cum de facili retineri possit, argumento cap. si. de rest. spol. & in l. liberationis cum l. sequenti. ff. de verb. signif. nam ibi dicitur, quod non intelligitur relaxatus a vinculis, qui à familia custoditur. Vnde si quis carceratus contrahere vult, extrahitur de carceribus, sed a familia custoditur, non dicitur liberatus, d. l. liberationis. † Sed an contractus incarcerationi valeat, licet esset custoditus extra carcerem? Tum eius contractus valet, quando contractus tendit ad utilitatem carcerati, Guid. Pap. decis. 254. † Vtrum filia quæ contraxit matrimonium inuito patre, possit eum cogere ad eam dotandam, dummodo sibi idoneum elegerit? Et videtur dicendum quod sic, per duas notabiles

biles glossas semper memoria tenendas, quarum vna est 32. q. 2. capitu. si. & alia in capitu. vlt. 26. q. 1. & huic iuri Canonico statuer, vt not. Abb. in capitu. 1. de spons. impub. & licet hac fuerit opinio Docto. tamen de mente Bar. in l. obligamur. ff. de action. & obliga. & in autem re quæ C. communia de leg. ibi distinguitur. Quod aut filia nupsit promissa dote, & tunc opinio Canonistarum habet locum: Aut simpliciter nupsit nulla promissa dote, & tunc cogere patrem ad eam dotandam non potest. Ratio est, quod pater non obligatur ad dotandam filiam, sed iudicis officio compelli ad dotandum, vt filia possit nubere, & vt in l. qui liberos. ff. de ritu nup. & in l. si. C. de dot. promiss. Sed quando filia iam nupta est sine dote, cessat ratio compellendi patrem. Idem in alimentis prestandis, nam iudicis officio compellitur alere filium, l. si quis a liberis. ff. de lib. agnosc. tamen, Si filius aliunde potest sibi commodè querere alimenta, cessat actio compellendi patrem, vt d. l. si quis. Sed si filia absque dote nuberet, maritus eam alere tenetur honorificè de suo, vt aleret filiam, vt in Auth. quibus mod. nat. effi. leg. 3. pen. Innoc. in cap. per vestras de donat. inter virum, & uxorem. Non propterea filia excluditur à bonis paternis, sed post mortem patris succedere debet, & saltem legitimam habere, quemadmodum masculi, vt in l. maximum vitium. C. de liber. præter. & in authen. de hæred. quæ ab inter def. & si statuto caueretur, quod filia dotata, non succedat non haberet locum in filia, quæ sine dote nupsisset inuito patre. In causa igitur matrimoniali, pater pro filio constituit Procuratorem, quæ causa est spiritualis, nec contradicit, capitu. ex parte de restitu. Spolia. quia illa minor non habebat aliquem, in cuius potestate esset, & hoc verum intelligitur in filiis fami. minoribus 20. annis, nam si sunt maiores ad castrensia, & Ecclesiastica, & spiritualia forte posset dici, quod non requiritur auctoritas patris, in cuius potestate existit, nec prælati, l. 1. §. vlt. & l. sequenti. ff. ad Macedon. & hæc vera sunt in patribus, & filiis familias, vt ergo de sponsalibus ratio audiatur, cuius qui detinet in potestate nobilem illam eam dimittere debet in loco tuto, vt valeat Procuratorem eligere, qui iura sua proponat, & idem cuius constituat Procuratorem ad agendum, & respondendum, cum plena potestate, ut locus iustitiæ sit.

S V M M A R I V M.

- 1 Religiosi habent syndicum defendentem causas Monasterij cum salario.
- 2 Syndici officium est remouere Monachos à forensibus litigijs.
- 3 Anima est cunctis rebus de mundo anteponenda.
- 4 Prælatus debet remunerare illos quorum opera, & industria Ecclesia recipit incrementum.
- 5 Papa ex humilitate appellat se nudum seruum Dei, sed seruum seruorum Dei.
- 6 Papa ut iudex supplet ea quæ concernunt publicam utilitatem.
- 7 Mercenarius est dignus mercede sua.
- 8 Molestia litigiosa deniat Monachos à diuinis.
- 9 In venditione rerum ipsius vniuersitatis debent exprimi nomina singulorum qui interfuerunt in vniuersitate.

Quinquagesimum Septimum Pr iuilegium.

- 1 **E**CCLESIA Alio priuilegio gaudet, † quòd religiosi habere debent syndicum, causas Monasterij defendentem, & si oportuerit cum constitutione salarii hoc motu proprio Papa fecit † ad cuius officium pertinet Monachos remouere à forensibus litigijs, & eo modo eidem incumbit, qualiter eorum negocia debeant ordinari. Vnde mandauit subdiacono, vt cū quodam Fausto loqueretur, & quòd ei salarium constituat de bonis Monasterij, constituens syndicum siue Procuratorem generalem ad omnia negocia Monasterij procuranda in iudicio, cap. 1. de synd. quare hoc motu proprio fecerit Papa, quia à litigijs Monachi discedant, & diuinis intendant, & si Monasterium dānum patiatur pro constituto salario, expedit, vt modicum damnum sustineant, vt à litigijs desistāt, magis enim lucentur se se à vexatione litigiorum liberare, quàm salarium & si magnum soluerent, cum magis diuinis operam dāt,
- 3 & † Cum anima cunctis rebus de mundo anteponatur. l. sanctimus. C. de sacrosanct ecclesi. Hic considerandum venit, an quis syndicatum Ecclesiæ acceptare teneatur præsertim sine salario, sed an licitè salarium accipere potest pro administratione rerum Ecclesiasticarum? Et videtur dicendum, quòd sic, † quia Prælatus debet remunerare illos, quorum opera, & industria Ecclesia recipit incrementum, tex. in capitu. quicumque suffragio

1. q. 2. si vero Monachi dicuntur serui, & facit ea. multos 54. distin.
 licet omnes homines sint serui Dei, tamen per Excellentiam isti
 specialiter appellantur serui Dei, nam fidelius sibi seruire debent,
 5. quemadmodum, † & Papa appellat se ex humilitate, & per ex-
 6. cellentiam nedum seruum Dei, sed seruum seruorum Dei, † ideo
 Papa qui est Iudex ex officio supplere debet ea, quæ concerunt
 publicam vtilitatem, & cum ius publicum consistat in sacris, meri-
 to cum possit omnia prouidere debet, vt in capit. cordi de appel.
 lib. 6. not. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infec. hoc enim
 capitu. 1. de syndico loquitur de æquitate, à qua etiam dubitari
 potest, si propter defectum facultatum in exhibendo salarium ex-
 cusationem recipiant? 4. q. 4. cap. fin. & cum regula iuris sit, quòd
 Nemo dat, quod non habet, ideo si ob paupertatem nō constitue-
 rent salarium, viderentur excusatione digni, ex alio capite non
 7. censentur excusare, † cum quilibet mercenarius sit dignus mer-
 cede sua, Specul. de locat. §. 5. vers. quid si mercenarius, sed multo
 fortius si parochiales Ecclesie, & ipsarū Curati, siue Rectores, qui
 ministrare habent Ecclesiastica sacramenta, & quibus noscitur
 de iure competere præiudicare, seu proponere verbum, & con-
 fessiones audire fidelium debitis, & necessarijs beneficijs defrau-
 dentur, cum operariis mercedis exhibitio debeatur auctoritate
 apostolica fuit constitutum, & ordinatum, vt dictorum ordinum
 fratres de obventionibus tam funeralibus quibuscunque, & quo-
 modocunque relictis, quartam partem consequantur, cle. dudū.
 8. §. verum de sepult. lib. 6. si † molestia litigiosa deuiat Monachos à
 diuinis, non censentur excusatione digni suscipientes in se offi-
 cium syndici, nam potius ab ipsis mendicandum salarium esset,
 quam subiicere se litigijs, & medicantes humilitate utuntur, quæ
 grata Deo est. Sed an syndicum constitutum per Abbatem possit
 per Abbatem reuocari? Et dicendum, quòd sic. Quia cum ipse so-
 lus possit agere, ita potest eum reuocare, & in se assumere exerci-
 tium, cap. edoceri de rescrip. & idem habetur in cap. 2. de test. lib.
 6. Bar. in l. actor. ff. rem rat. hab. Alia quæstio hic moueri potest. Nū-
 quid in constitutione syndici, vel alijs negocijs gerendis per vni-
 uersitatem, seu Collegium; tam seculare, quam Ecclesiasticum, de
 necessitate debeant in instrumento conficiendo singulorū nomi-
 na de vniuersitate exprimi, an suffieiat dicere vniuersitas talis lo-
 ci vel capitulū talis Ecclesie fecit, constituit, & ordinauit, & c. Va-
 ria Doc. dicunt gl. in c. fi. de procura. nomina esse exprimenda, ex
 hac denominatione clare videtur, quòd duæ partes interfuerunt,

Q 2 cum

cum aliter actus non valeret, nisi duæ partes vocandorum fuerint præsentibus, vt in l. nulli, & in l. plane. ff. quod cuiusque vniuers. nõ. Idem tenet Host. in §. qualiter de constitut. nisi excusetur expressio propter difficultatem, vt quia numerus est nimis magnus, prout est vniuersitas ciuitatis, vel alicuius castri, & ita tenet Bar. in l. i. ff. de Alb. scriben. ibi dicit, ¶ quod si agitur de venditione rerum ipsius vniuersitatis, debent exprimi nomina singulorum, qui interfuerunt in vniuersitate, l. 3. C. de vend. re. ad ciui. pertin. lib. 11. & in Auth. hoc ius porrectum. C. de sac. san. eccl. aut agitur de aliis actibus, & distinguitur inter vniuersitatem paruum, & populorum: primo casu nomina sunt exprimenda, secundo nõ exprimuntur. cap. si. de procur. Bal. in l. i. ff. de mag. conuen. dixit semper esse necessarium, vt nomina exprimantur, & ita de consuetudine seruatur in quocunque capitulo, & si loquimur de vniuersitate aliqua, vel consilio ciuitatis, nomen syndici apponitur in scrutinio, & ad vota fiunt committia, & ita saltem tacite nomina eorum apponuntur, & si ex motu proprio fuerit per Papam statutum, quod religiosi habeant syndicum, qui causas suas defendat, etiam cum constitutione salarij ne deuiantur à diuinis, hoc fuit de equitate, quæ his temporibus non placet neque Religiosis, neque Monachis, cum de consuetudine contrarium seruare videntur.

S U M M A R I V M.

- 1 Si quis timore mortis postea ratam non habens religionem proficitur exiit, & matrimonium contrahere potest.
- 2 Ingressa Monasterium non timore mortis, sed spõie intrauit postea viro mortuo ratum habuit, quod primo fecit per censuram Ecclesiasticam ad Monasterium redire cogatur.
- 3 Gesta per metum, iura dant remedium reuocatorium.
- 4 Religiosus compellitur esse, qui habitum professorum recipit.
- 5 Actus factus in loco campestro, in quo tractatur de aliquem occidendo quomodo probetur factus per metum.
- 6 Actus, metu mortis expressè probare non potest, saltim tacite videtur probatum violentum iudicium.
- 7 In casu difficilioris probationis datur fides alleganti timorem.
- 8 Minantis potentia est consideranda.
- 9 Professio nullo à principio ratificari potest per tacitum consensum, idem in matrimonio carnali.

- 10 Intrans parere mandatis alicuius, non obligatur vigore iuramenti, nisi ad mandatum iustum, & secundum ius.
- 11 Mulier probans protestationem ex legitima causa interposita, tunc onus probandi, quod mulier fuerit ingressa in Monasterium incumbit monialibus.
- 12 Probationes contrariae, quando sunt, illa probatio praeferenda est, qua fit per metum.
- 13 Testes deponentes super metu, deponunt super actu perceptibili sensu corporeo.
- 14 Testes deponentes de actu facto in secretis, siue de retentis in corde deponunt de actu imperceptibili.

Quinquagesimum Octavum Privilegium.

ECCLESIA Alio privilegio gaudet, sicut si quis timore mortis, postea ratum non habens, religionem profitetur exire, & matrimonium contrahere potest, licet si a principio, vel ex post facto liberè consensisset. Cum quidam nobilis haberet uxorem suam susceptam, praecipit militibus suis, ut ad quaedam sylvam ducerent, & eam occiderent, quod cum fecissent, enudato ense pietate obiter moti pepercerunt sub tali conditione, quod in Monasterium ingrediatur Monialium, & habitum suscipiat. Ipsius maritus misit duos Episcopos ad Monasterium, ut ei velum imponerent. Episcopi considerata iuvenili aetate, & quod habebat paruulum filium, dubitauerunt de eius vitae mutatione, & in secretis interrogauerunt eam, quare hoc faciebat? Illa per ordinem exposuit, quod timore mortis faciebat, & quod quandoque posset, recederet, & coniugis crudelitati satisfacere, vel sibi imponere simulavit, postea mortuo marito de Monasterio exiit, & alium maritum accepit, propter quod ad instanciam Monialium fuerunt ambo excommunicati. Mulier hoc Papae significavit, unde mandavit, ut absoluerent eam iuramento de parendo mandato eorum, qui ex iussu Papae absoluerunt, deinde quod illa mulier coram Abbatisa, & Monialibus se praesentare debeat, & si legitimè probatum fuerit, quod ingressa Monasterium fuerit non timore mortis, sed sponte, vel et timore illo intrauit & postmodum viro mortuo ratum habuit, quod primo fecit per censuram Ecclesiasticam, ad Monasterium redire cogatur. c. 1. de his quae

- 3 que vi. metusue cau. fu. hic animaduertendum, quod † ea que
 gesta sunt per metum, iura aduersus dat remedium rescissorium
 & appellatur actio, quod metus causa, facta, ergo per metum re-
 scinduntur; per hanc actionem. Fallit tamen in quibusdam casu-
 bus in quibus metus vitiat ipso facto, vt plenè habetur, in ca. Ab-
 bas eo, tit. Sed que fuit ratio, quod Papa mandauit vt absolueren-
 tur præstito iuramento de parendo, vt si probatum fuerit non ti-
 more mortis, sed spontè religionem intrasse, vel quod postea ra-
 tum habuit, nam si hoc compertum esset, compellitur ad Mona-
 4 sterium redire. † Quia qui habitum professorum recipit, com-
 pellitur esse religiosus, cap. super eo. de regul. & transf. ad relig.
 5 † considerandum venit, quomodo actus factus in loco campestro
 probetur in quo tractatur de aliquem occidendo, & peruentum
 fuerit ad actus proximiores in emulando arma aduersus occiden-
 dum ex consecutis fortasse potest saltem præsumi, quod antea fa-
 ctum fuisset. Hec mulier erat copulata viro, erat iuuenis, habe-
 bat filium paruulum, quo spiritu præsumitur ingressa religionem
 viuente marito, & eo maximè cum maritus misserit duos Episco-
 6 pos, vt apponerent velum eius capiti, que interrogata in remotis
 aperuit causam sui ingressus in Monasterium unde, † cum actus
 metus mortis expressè probari non potest, saltem tacitè videtur
 probatum violentum inditium, cum ipsa mulier effectualiter fue-
 rit ingressa Monasterium, & quasi conquesta cum Episcopis.
 7 † Et quia sumus in casu difficilioris probationis, danda est fides
 mulieri ingressæ ex supra relatis, nam metus mortis dicitur im-
 8 minere non solum durante gladij vibratione, † sed etiam post-
 modum, si tanta est minantis potentia, vt verisimiliter timeat-
 ur mors, metus videtur durasse donec maritus vixerit, pro-
 pter eius potentiam, vnde si professa exiuit de Monasterio alle-
 gando iustam causam timoris, vel nullitatis nõ cõpellitur ad Mo-
 9 nasterium redire. † Si professio est nulla à principio, ratificari
 potest ex post facto per tacitum consensum, & idem in matrimo-
 nio carnali, vt in cap. ad id quod de sponsal. Vtrum si quis non
 audet protestari, possit nihilominus venire cõtra actum proban-
 dum iustum metum? Hostien. tenet, quod si non emanatur prote-
 statio, quod saltem fieri possit coram alijs viris probis, cap. pa-
 storalis, §. i. de offic. deleg. & si non audet protestari, non tene-
 tur aliquid dicere, fortè. n. timet à probis uiris reuelari, vnde sa-
 tis est postmodum probare metum, cap. Abbas, & cap. ad aures
 10 de his que met. causa, & cap. Hinc inferitur, † quod si quis iura-
 uerit

verit parere mandatis alicuius, non obligatur vigore iuramenti, nisi ad mandatum iustum, & secundum ius, c. quinquagesima, & c. veniens de iur. iur. sed videamus an quis dicatur aliquid probare eo ipso, q̄ habet intentionem suam fundatam à iure communi? Et qđ non probatur contrarium per aduersarium, si tamen mulier probaret protestationem ex legitima causa interposita, tunc onus probandi, quòd sponte mulier fuerit ingressa, incumbit monialibus. Sed quid si concurrunt probationes contrariæ, vt quia mulier probaret, quòd per metum ingressa fuit Monasterium, moniales vero quòd sponte, q̄ probatio sit præferenda? Dic q̄ illa que fit de metu, quia magis crederetur duobus testibus affirmantibus metum, quàm mille dicentibus, q̄ sponte fecerit Inno. in c. super hoc de renunt. Ratio .n. est quia deponentes super metu, deponunt super actu perceptibili sensu corporeo, vt quia tyrannus minatus fuit mortem, nisi leta facie profiteretur. Sed deponentes, quòd sponte fecit, de actu imperceptibili, quia de secretis, siue retentis in corde deponunt, satis .n. est quòd si quis aliquid fecerit ob timorem, nisi factum ratum postea habuerit, cognita causa si ingressus fuerit Monasterium, & exierit, & ex hoc excommunicatus postea absolutus, cum iuramento de parendo quatenus iustitie expediat, ad Monasterium redire compellitur.

S V M M A R I V M.

- 1 Electioni de se facte ad laicorum terorem, nisi sit cum iuramento regimini ad quòd fuerat electus perfici poterit.
- 2 Factum à maiori parte Collegij aliquibus contradicentibus potest dici unanimiter factum.
- 3 Unanimiter dicitur quasi vnus animi.
- 4 Eligentes non dicuntur unanimiter concordés, quando vnus ab eorum sententia discrepat, Idem est si diceretur concorditer factum, tunc requiritur vt nemo discrepat.
- 5 Beneficij renuntiatio per motum facta non tenet.
- 6 Beneficio priuatur an violans præstationem fidei?
- 7 Veniens contra iuramentum an sit infamis, uti periurus, eo casu quò irrogat infamiam?
- 8 Fidei omnis præstatio est iuramentum, & euenire potest, quòd magis peccaret, veniens contra fidem, quam contra iuramentum.
- 9 Periurium tanto est grauius, quanto id super quo fuit iuramentum præstitum erat sanctius.



10 Veniens contra fidem præstitam, est infamis.

11 Fides præstita, & iuramentum æquiparantur.

Quinquagesimum nonum Privilegium.

- 1 **C**ELESTIA alio privilegio gaudet, ꝛ quòd si quis ad laicorum terrorem electioni de se factæ renunciat, nisi renunciatio iuramento uel fide firmata sit, regimini ad quòd fuerat electus præfici poterit. Vt si in plebanum aliquis fuisset electus alicuius Ecclesiæ, & electio fuit concorditer facta excepto vno, ipse plebanus ad terrorem laicorum renunciauit electioni de se factæ. Fuit dubitatum non obstante tali renunciatio an præfici deberet eidem Ecclesiæ? Per Papam fuit responsum, quòd renunciatio facta ad terrorem laicorum non impedit, quominus ille præficiatur eidem Ecclesiæ, nisi renunciatio confirmata fuit iuramento, vel fide interposita, capitu. Ad aures de his quæ ui metusue causa fac. quare ita fuit per Papam Sancitum. Ratio enim fuit, quia renunciatio facta ad terrorem laicorum non tenet. Tamen si iuramentum interuenisset, vel fides data fuisset, nam æquiparantur iuramentum, & fides, & cum tale iuramentum non possit seruari sine periculo animæ, non debet præfici ex illa electione. Hic considerandum venit, ꝛ quòd factum à maiori parte Collegij aliquibus contradicentibus potest dici vnanimiter factum, sed hoc in præsentī casu videtur in contrarium, hic fuit facta electio excepto vno vnanimiter, si istud verbum vnanimiter verificaretur, vt electio fuisset facta in maiori parte Collegij, in vanum dictum fuisset vno excepto, cum istud verbum vnanimiter importet, quòd electio sit facta nemine discrepante, cap. 3. de postul. prælat. & in cap. & si vnanimiter eo. ti.
- 3 hoc enim probare videtur etymologia vocabuli. ꝛ Nam vnanimiter dicitur quasi vnus animi, dici ergo non potest, quòd
- 4 ꝛ eligentes fuerint vnanimiter concordēs, si vnus ab eorū sententia discrepauit. Idem est si diceretur concorditer factum, tunc requiritur vt nemo discrepat, in clem. ne Romani de elec. lib. 6. not. Abba. in cap. non potest de re. iud. sensus igitur verborum in d. cap. Ad aures ibi vno excepto vnanimiter celebrata, percipiendus ita est, debet intelligi vnanimiter respectu eorum qui fuerunt concordēs vno excepto, idest vnum excipit, & reliqui vnanimiter concordēs

5 cordes, & ita intelligenda sunt verba illa. † Verum renuntiatio
beneficii, per metum facta, non tenet. Sed tex. hic non dicit hoc.
Hic enim non dicitur, quòd renuntiatio electionis non tenuerit,
sed simpliciter dicit, quòd non obstat talis rennntiatio, quomi-
6 nius is qui renuntiavit præfici possit Ecclesie, ad cuius regimen
7 fuit electus. † Vtrum violans præstationem fidei possit priuari be-
8 neficio † sicut veniens contra iuramentum? Et an sit infamis, uti
periurus, eo casu quo periurium irrogat infamiam? Quòd quãdo
fit plenè dixit Abb. in cap. testimonium de test. Archid. in cap. iu-
ramenti. 22. q. 5. tenet, quòd debeat priuari beneficio; sicut ve-
niens contra iuramentum. Ita tenet glo. in cap. querelam ne Præ-
lati vic. su. & ita tenet glo. in cap. constitutus de transac. Sed aliter
videtur tenere ipse Archid. in cap. 1. de sepult. lib. 6. vbi videtur in
hoc variasse. Sed Card. tenet hic, quòd non sit priuandus benefi-
9 cio. Opinio vero glo. est magis approbanda, & tenenda. † Nam
omnis fidei præstatio est iuramentum, & euenire potest, quòd ma-
gis peccaret, veniens contra fidem, quàm contra iuramentum.
10 † Nam periurium tanto est grauius, quanto id super quo fuit iu-
ramentum præstitum, erat sanctius. Ex hoc infertur, quòd, † ve-
niens contra fidem præstitam, est infamis. Nam iura allegata lo-
11 quantur de iuramento. † Cum fidei præstatio, & iuramentum
æquiparenrur gl. in cap. vt circa de elect. lib. 6. & clem. 1. de hæ-
ret. Valde igitur considerandum iuramentum, quòd aut taliter
præstitum est iuramentum, quòd postmodum repugnat iuri re-
petendi, tunc iuramentum obstat. Vnde debet intelligi, quòd
iste iurauit amplius non repetere, vel quòd amplius non præfice-
retur illi Ecclesie: secus autem quãdo iuramentum est taliter præ-
stitum, quòd non repugnat iuri repetendi; vt puta si iurauit re-
signare beneficium suum per metum, si postmodum resignauit,
potest beneficiũ repetere agendo actione, quòd met. causa. Nam
iuramentũ suum sibi non obstat, nec obligat, vt in d. cap. ad aures.

S U M M A R I V M.

- 1 Restitutio in integrum in contractu uenditionis, & locationis Ecclesie
petitur.
- 2 Episcopus alienans possessiones Ecclesie laicis modico censu non potest.
- 3 Episcopus non potest facere conditionem deteriore[m] Ecclesie.
- 4 Ecclesia est semper minor, ideo semper illa sa remanere debet.
- 5 Ecclesia subuenitur per restitutionem generalem.

R Eccle-

- 6 Ecclesia ex contractu ad modicum tempus enormiter læsa, petit restitutionem.
- 7 Restitutio est fundata super enormi læsione, quoquo modo nascatur.
- 8 Ecclesia aduersus quemlibet contractum potest petere restitutionem.
- 9 Lætio magna, vel parua quando dicatur.
- 10 Prælatus non potest facere conditionem Ecclesiæ deteriore in faciendo, secus in ommittendo.
- 11 Contra Prælatum, qui passus fuit præscriptionem, seu contra eius hæredes potest agere ad emendationem damni.
- 12 Prælatus potest deteriorare Ecclesiam in non acquirendo, vbi poterat acquirere.
- 13 Prælatus non agnoscendo legatum, vel hæreditatem Ecclesiæ delatam præiudicat Ecclesiæ.
- 14 Prælatus negligens acquirere Ecclesiæ, poterit agi ad interesse ratione lucris cessantis.
- 15 Ecclesia in fauorabilibus æquiparatur non solum minoribus, sed etiam Reipublicæ.
- 16 Pupillo, & minori hodie non currit vsucapio, vel præscriptio decenij, vel viginti annorum in rebus, quæ seruando seruari possunt, siue mobiles, siue immobiles sint.
- 17 Restitutio in integrum super quibus non est necessario.
- 18 Præscriptio autem triginta, vel quadraginta annorum currit contra omnes prædictos, sed datur eis restitutio ex verbis generalibus edicti.
- 19 Restitutio in integrum an habeat locum in Castris, & Villis, adeo quod peti posset iure minoris, vel Reipublicæ.
- 20 Homines decem regunt vniuersitatem, vbi sunt, tanquam bona propria, nec possunt petere restitutionem, cum ignorantiam non prætendunt.
- 21 Municipium quolibet appellatur Respublica.
- 22 Restitutionis remedium, est optimum fundamentum in omni æquitate, ne quis indebitè damnum patiatur.
- 23 Expensum bona fide dum res fuerit meliorata repeti potest.

Sexagesimum Priuilegium.



ECCLESIA Alio priuilegio gaudet, ꝑ quod si in contractu venditionis, vel locationis Ecclesiæ fuit enormiter læsa, potest aduersus contractum petere restitutionem in integrum. Emptor tamen, siue conductor non debet fraudari in precio suo, vel in sumptibus per eum factis, vt si Ecclesia alienauit, pro

pro modica pecunia quibusdam laicis seruata forma alienationis
quereretur, quid agendum sit huic Ecclesie? Papa respondet si
Ecclesia læsa est, & manifestè constat detrimentum, siue etiam
quòd probari potest, quæ taliter alienata fuerunt, ad proprietatem
Ecclesie redire debet, ita tamen, quòd emptores non defraudentur
expensis factis bona fide in meliorando possessiones illas,
3 capitu. 1. de in integ. Papa fuit motus hac ratione, † quòd
cum Episcopus alienauerit possessiones Ecclesie laicis modico
3 censa non potuit, † cum de læsione appareat facere conditionem
4 deteriolem. † Nam Ecclesia est semper minor, & eodemiure
5 vitur. Ideo semper illæsa remanere debet, & † hæc appellatur
restitutio generalis, per quam subuenitur Ecclesiis, & minoribus
iure speciali, maioribus vero, ex clausula generali iusta, scilicet
câ suggerente non est verisimile, quòd Ecclesia dicatur enormiter
læsa ex contractu ad modicum tempus, sed hoc tali modo debet
6 intelligi, † quòd vbi ex contractu ad modicum tempus Ecclesia
enormiter læderetur posset nihilominus petere restitutionem.
7 † Quia restitutio est fundata super enormi læsione, quoquomodo
nascatur illa læsio ex contractu semper potest peti institutio,
8 tex. in cap. 1. de in integr. restit. lib. 6. vbi text. generaliter dicit,
† quòd aduersus quemlibet contractum Ecclesia potest petere
9 restitutionem, si præ tendit enormem læsionem. † Sed querendum
est, quæ dicatur magna læsio, vel parua? Vnde considerandum
venit, quòd debet inspicere conditio Ecclesie, & qualitas contractus.
Nam si Ecclesia est tenuis in redditibus modicam læsionem sibi
reputabo enormem, cuius contrarium esset dicendum in Ecclesia
multum abundantanti. Exemplum, vt si contractus fuit in
initus super mille florenos, deceptio fuit in decem, vel in viginti:
certè hæc non poterit existimari respectu quantitatis florenorum,
mille magna læsio, secus si contractus fuit super viginti, &
Ecclesia fuit decepta in decem, vel octo, gl. in capitu. si. de re iud.
10 lib. 6. Bar. in autem nisi breuiore lites. C. de sent. experi. † Ideo
Prælati non potest facere conditionem Ecclesie deteriolem in
faciendo, secus in omittendo. Nam quotidie videmus, quòd per
negligentiã Prælati, res Ecclesie præscribuntur, vt in to. ti. de præ
11 scrip. idcirco cautum est, † quòd contra Prælatum, qui passus
fuit præscriptionem, seu contra eius hæredes, potest agere ad emendationem
damni, glo. si. in cap. placuit el secundo 16. quæst.
12 3. l. quicquid. C. arb. tute. potest etiam † Prælati facere conditionem
Ecclesie deteriolem, in nõ acquirendo, vbi poterat acquirere

querere, vide bonam glo. 16. q. 7. capit. ult. ut si Prælatum non agno-
 scendo Legatum, vel hæreditatem Ecclesiæ delatam præiudicat
 Ecclesiæ. Et ita tenet Abb. in cap. tua nos de his quæ fiunt à præla.
 Et latius habetur hæc materia in capitu. 1. de dolo, & contumat.
 14 vnum, quòd est singulare memoria tenendum, † quòd contra
 Prælatum, qui neglexerit Ecclesiæ acquirere, vbi potuit, contra
 eum poterit agi ad interesse lucri cessantis, gl. not. 12. q. 3. in cap.
 15 si. facit text. l. quidquid præallegata. † Nam Ecclesiain fauorabi-
 libus æquiparatur non solum minoribus, sed etiam Reipub. vt si-
 cut subuenitur Reipublicæ, ita subueniendum est Ecclesiæ. Sed
 quæ differentia est inter minorem, Rēpublicam Ciuitatem, & Ec-
 clesiam, in integrum restitutione? Licet leges dicant, quod Eccle-
 sia fingitur uice minoris, C. quibus ex causa maio. in integr. rest.
 16. petende. C. de iur. iur. l. si. C. de sacro sanct. eccles. † quia pupillo,
 & minori hodie non currit vsucapio, vel præscriptio decennij, vel
 20. annis in rebus, quæ seruando seruari possunt, siue sint mobiles
 17 siue immobiles, C. de adminst. tuto. † & ideo super his non est eis
 necessaria in integrum restitutio, C. ex quibus cā in integrum re-
 stitu. l. ult. licet autem à tempore huius legis contra minorem, sed
 non contra pupillum curreret vsucapio. & præscriptio 10. vel 20.
 annos. ff. de acquiren. re. dom. l. bonæ fidei emptor: Contra Eccle-
 siam Rēpublicam, & ciuitatem bene currit vsucapio, & præscri-
 ptio, & aliæ temporales, & perpetuæ præscriptiones, sed datur eis
 restitutio, sicut minori, & potest hoc esse à ratione, quia prædictæ
 18 finguntur esse in vltimo instanti minoris ætatis. † De præscri-
 ptione autem 30. vel 40. ann. certum est, quòd currit contra om-
 nes dictos, sed datur eis restitutio ex verbis generalibus edicti,
 quæ sunt. Si quid cum minore gestum erit, pupillus tamen ab his
 præscripti onibus seruatur illegis, C. de præscrip. 30. vel 40. ann.
 19 l. sicut. † Sed etiam dubitari potest, an in castris, & in villis, ha-
 beat locum restitutio in integrum, adeo quòd peti possit iure mino-
 ris: vel Reipublicæ? Sed distinguitur inter vniuersitatē castri, siue
 Villæ populosā, & modicā. Vt si in castro, vel villa sint multi habi-
 tatores, tunc competit eis beneficium restitutionis, quia est ea-
 20 dem ratio, quæ in ciuitate: † Secus si sint pauci homines puta de-
 cem. Nam tunc ipsi regunt vniuersitatē, tãquàm bona propria
 nec possunt petere restitutionem, quasi tunc non possit prætendi
 ignorantia, ex facto administratorum aliorum. Opinio fuit, quòd
 idem sit in castris, & villis, vt in ciuitate. Nam castrum, siue villa
 est pars Reipublicæ, & regitur per alios vnde cum ibi sint mino-
 res

res, & mulieres quibus potest inferri præiudicium ex factis admi-
nistratorum, æquum est, vt concedatur restitutio. Hæc est bona
21 opinio, † Nam quodlibet municipium appellatur Respublica.
Et ita habetur in l. 2n respublica. C. de iur. reipub. lib. 11. vbi ciui-
22 tas appellatur Respublica. † Ideo remedium restitutionis in inte-
grum est optimum, & fundamentum in omni equitate, ne quis in
23 debitè damnum patiat, eo maximè accedente, quod † expen-
sum bona fide dum res fuerit meliorata, repeti potest.

S V M M A R I U M.

- 1 Ecclesia restituitur contra sententiam Papæ.
- 2 Restitutio in integrum debet partibus presentibus tractare.
- 3 Papa, & Principes permittunt restitutionem in integrum, ne quis indebitè
damnum patiat.
- 4 Papa non intendit alijs præesse in causis in quibus enormissima læsio inter-
venit cum sit Vicarius Christi.
- 5 Petens restitutionem debet se fundare super enormi læsione, cum super enor-
mi læsione detur restitutio.
- 6 Actori non sufficit allegare se læsum simpliciter, quia posset esse modicæ
læsio.
- 7 Allegare non sufficit aliqua in genere, quando quælibet species contenta sub
genere non concludit intentionem allegantis, vel libellantis.
- 8 Allegare excommunicationem contra actorem in genere, cum illud verbum
possit verificari in excommunicatione minori, quæ non repellit ab agen-
do, non sufficit.
- 9 Restitutio potest concedi post libellum generaliter admissum, si læsio enor-
mis probetur.
- 10 Papæ sententia non recipit appellationem.
- 11 Cardinalis Delegatus contra sententiam Papæ dare restitutionem non
potest.
- 12 Restitutio in integrum tractatur coram superiore ipsius sententian-
tis.
- 13 Mandatum factum extraiudicium sine causæ cognitione non habet vim sen-
tentia.
- 14 Privilegium si allegetur falsum, recurritur ad Registrum, qui est locus desti-
natus in quo depomuntur scripturæ, & in simili ad Protocollum no-
tarij.
- 15 Papa ex temporis necessitate fert sententiam non omnino iuri conso-
nam.

Sexagesimum Primum Priuilegium.

1

2



ECCLESIA Alio priuilegio gaudet, ꝛ quòd
 contra sententiam Papæ restituitur Ecclesia, &
 hoc primo, & ꝛ quòd causa restitutionis in inte-
 grum debet partibus præsentibus tractari, &
 hoc secundo, vertebatur quæstio inter duas Ec-
 clesias Ilerdem, & Ofsens. super quibusdam Ec-
 clesijs, coram Eugenio Papa, qui de meritis cau-
 sæ cognouit, & tulit sententiã, pro una Ecclesia contra aliam Ec-
 clesiam super illis Ecclesijs contentiosis: demum mortuo Euge-
 nio successit ei Anastasius & tẽpore Anastasij Celestinus dum es-
 set in minori officio constitutus Legatus in Hispania, ex delegatio-
 ne ipsius Anastasij cœpit cognoscere de illa controuersia, sed non
 determinauit. Tandem mortuo Anastasio, successit ei Alexander,
 qui eidem Celestino Legato dẽnuo in Hispania causam commisit,
 eandem. Postmodum mortuo Alexandro successit ei Celestinus,
 qui dictam controuersiam commisit Bartholomeo Sabcti Augu-
 stini diacono Cardinali sub eo tenore, ut inspectis priuilegijs Ec-
 clesiæ Iserdens: auditis etiam allegationibus partium, non obstan-
 te sententia Eugenij diffinitiuam, ferret sententiam, & illam ob-
 seruari faceret. Verumtamen per Legatum illum aut alios quibus
 causa sub eodem tenore commissa fuit, licet testes quidam produ-
 cti fuerunt ex parte Iserdes mandatum Apostoli cum adimpletũ
 non fuit, postmodum tempore Innoc. magister A. canonicus Iser-
 dens postulauit à D. Innocentio per officium suum D. senten-
 tiam in melius reformari, & contra eam Ecclesiam restitui Ilerd.
 Papa cum fratribus habita deliberatione, quidam dicebat, quòd
 Celestinus videbatur eam restituisse, ex eo quòd non obstante D.
 sententia commisit negocium illud, vnde ea ratione petitionem
 eiusdem Ecclesiæ admittere debebat cum sententia Romanæ se-
 dis debeat in melius commutari, quoties per surreptionem ali-
 quid factum fuerit, & secundum iura ciuilia Principes etiam con-
 tra res bis iudicatas examinari restitutionem in integrum per mi-
 serunt, Papa considerans ex data sententia in Registro Eugenij re-
 pertè, quòd primo mense sui Apostolatus tulit sententiam illam,
 qui non videbatur plenè instructus, innitès illi rationi, præcipuè
 quòd priuilegium Urbani 2. ex parte Ofsens. Ecclesiæ productum
 subie-

subiectum fuerat falsitati, cuius tenor in registro istius inuentus fuit in corruptus omnibus istis consideratis, deliberatio Papæ in hoc recedit, vtraque parte præfente, ut cognoscatur vtrum restitutio data sit, an danda contra sententiam prædictam. Vnde mandat Episcopo, & capitulo Osenf. quod vsque ad festum B. Lucæ legitimè compareant coram ipso ostensuri, si poterunt, quòd d. sententia non debeat retractari. Vel si reuocanda fuerit, appareant sufficienter instructi, vt in principali negotio procedatur, qui terminum statuit peremptorium, quòd si iniuncta adimplere contempserit, procedetur in causa. Nihilominus quantum de iure fuerit procedendum cap. tum ex literis de in integ. rest. Ratio motiua fuit hæc. † Nam si secundum iura ciuilia Principes etiam contra res bis iudicatas in auditorio suo examinari restitutione in integrum permiserunt, ita placuit Papæ dare, & permittere restitutionem, ne indebitè damnum patiat. Eo maxime quia allegabat privilegium subiectum falsitati, quòd tamen fuerat repperitum incorruptum. Tandem an danda, vel data sit restitutio contra sententiam contentiosam, deliberatio in hoc resedit, ut merita causarum pandantur. † Ratio intentionis Papæ fuit, quòd non intendit aliis præesse in causis, in quibus enormissima læsio interuenit. Cum sit vicarius Chri ab eo non sunt emananda, nisi bona, & quæ iuri conueniunt. † Ideo hic considerandum venit, quòd ille qui petit, restitutionem, debet se fundare super enormi læsione nam pro modica læsione non datur restitutio, Abb. in cap. 1. eo. tri. † Vnde non sufficit actori allegare se esse læsum simpliciter, quia posset libellus in modica læsione verificari, nec talis libellus est admittendus, † quia non sufficit aliquid allegare in genere, quando quælibet species contenta sub genere non concludit intentionem allegantis, vel libellantis, glos. in capitu. pia de excep. lib. 6. † Vbi dicitur, quòd nõ sufficit contra actorem allegare excommunicatione in genere, quia illud verbum posset verificari in excommunicatione minori, quæ non repellit ab agendo, cap. a nobis de excep. † Si talis libellus generaliter admitteretur, & postea probaretur læsio enormis, deberet cõcedi restitutio, l. fi. C. de annal. except. Abb. in cap. fr. de lib. oblat. † Si à sententia Papæ non datur appellatio, capitu. cuncta per mundum 12. q. 3. tam contra per istum tex. peti in integrum restitutio ratione læsionis, vel ex ista causa, † Cardinalis vero Delegatus contra sententiam Papæ dare restitutionem nõ potest, solus Papa audiri potest, † nam restitutio in integrum debet tractari coram superiore ipsius sententiantis

tentiantis, vt in l. 1. C. vbi & apud quem inferius non potest re-
 13 scindere sententiam superioris. † Nam quando mandatum est
 factum extra iudicium sine causæ cognitione, non habet vim sen-
 tentiæ, argumento l. 2. & 3. C. commin. vel epist. & l. ex stipulatio-
 14 ne C. de sent. Et cum hic allegetur, † Priuilegium esse falsum. In
 tali casu recurritur ad Registrū Papæ. Nam Registrum est locus
 destinatus, in quo reponuntur scripturæ super rebus gestis, sicut
 in simili recurritur ad Protocollum notarij, quando dubitatur
 de falsitate instrumenti, vt in capitu. quoniam contra de probat.
 15 Denique animaduertendum, † quòd Papa ex temporis ne-
 cessitate fert quandoq; sententiam, non omnino iuri consonam:
 Quandoque vero ex surreptione partium. Debet tamen processu
 temporis talis sententia reformari. Et idem in priuilegijs, dispen-
 sationibus, & alijs dispositionibus Papæ. Vt si necessitate tempo-
 ris aliquid facit, possit, & debeat cessante necessitate illud retra-
 ctare. Facit c. nō debet de consan. & affi. 63. di. in §. verū. Ideo quia
 Papa quandoque consilium non solum à Cardinalibus, sed etiam
 ab alijs iuris sapientibus habet, vnde Papa dicitur habere omnia
 iura in scrinio pectoris, propter viros scientissimos, qui sibi assi-
 stunt, not. in capi. 1. de consti. lib. 6. 23. dist. cap. præterea idcirco
 permittit, quòd ab eius sententia possit peti restitutio in inte-
 grum, & quòd causa debeat præsentibus partibus tractari.

S V M M A R I V M.

- 1 Restitutio in integrum est postulanda ab ordinario administrationem ha-
bente.
- 2 Iudices ordinarij habentes administrationem possunt causam restitutionis
terminare & idem delegati.
- 3 Arbitrarius in causa matrimoniali liberali, vel criminali assumi non potest.
- 4 Remedium restitutionis extraordinarium est, & sapit naturam mixti Impet-
rij, quia expeditur iudicis officio nobili.
- 5 Actio nulla competit ad petendam restitutionem.
- 6 Magistratus minor non potest cognoscere de causa restitutionis in inte-
grum.
- 7 Arbitrarius non potest cognoscere de causa restitutionis in integrum.
- 8 Iudices omnes cognoscere possunt causam restitutionis in integrum cum sit
beneficium, quod misericorditer imploratur.
- 9 Inquisitores hereticæ prauitatis habent administrationem delegatam.

Re-

- 10 Restitutionis in integrum potest delegari per ordinarium.
 11 Arbitrator non exercebit officium nobile, sed officium compositionis.
 12 In arbitro potest compromitti res criminalis dummodo agatur ciuilitur.
 13 Arbitri sententia non infamat aliquo modo quantumcunq; sit famosum delictum.
 14 Actio iniuriarum infamat siue agatur ciuilitur, siue criminaliter.

Sexagesimum Secundum Priuilegium.

- E**CCLESIA alio priuilegio gaudet, et quod restitutio in integrum est postulanda ab ordinario administratione habente, vel a Delegato ab eo, siue hæc causa sit specialiter delegata, siue in eam incidat generaliter sibi commissæ, ab ordinario uero non habente administrationem, uel a delegato peti non debet, nisi ueniat incidenter in causa. Arbitrator autem de causa restitutionis non cognoscit, nec potest assumi in maioribus causis, hoc enim beneficium restitutionis non datur, nisi deficiente iure communi. Veritur dubium an quis possit dare beneficium restitutionis: Hic Papa ostendit, qui iudices hoc facere possunt. et Iudices ordinarij habentes administrationem possunt causam restitutionis terminare, idem facere possunt delegati ab eis, si ipsis commissum fuerit specialiter, siue in ipso negotio incidat quæstio restitutionis. Sunt, & alij Iudices non habentes administrationem, & sunt ordinarij, delegati ab ipsis, de hac causa cognoscere non possunt, nec arbitri, nisi coram eis mota fuerit incidenter. et In causa matrimoniali, liberali, uel criminali, arbitrator assumi non potest, cum huiusmodi causæ maiores iudices exigant. cap. causa restitutionis in integr. rest. Si causa restitutionis in integrum adiuuenta est, ut enormiter læsis subueniatur cur non debet hoc remedium, seu beneficium indistinctè esse commune omnibus iudicibus: Quare non debet impetrari nisi ab ordinarijs, uel ab ipsis delegatis, quibus licet cognoscere, quando causa est commissæ, uel incidenter cognoscenda causa restitutionis non est delegabilis per ordinarium, administrationem non habentem. Ratio est. Quia nemo dat quod non habet, cap. quod autem de iur. patro.
- 4 et Hoc remedium restitutionis extraordinarium est, & sapit naturam mixti Imperij, quia expeditur iudicis officio nob. licet ad instantiam partis. et Nulla tamen actio competit ad petendum restitutionem, l. quod si minor in fin. ff. de minor. Hinc est, et quod

S minor

minor magistratus non potest de hac causa cognoscere, l. ea quæ
 ff. ad municip. Ideo de iure ciuili non potest delegare. Cōtrarium
 deciditur in l. fi. C. vbi & apud quem, hæc causa de mente scriben-
 tium non potest delegari de iure ciuili, sed fauore minoris, fuit
 7 introductum, vt posset delegari. † Hinc est, quod arbiter cogno-
 scere non potest. Quia causa est mixti Imperii, & arbiter non ha-
 bet ea, quæ sunt mixti Imperii, nec etiam simplicem iurisdictionem,
 sed quandam notionem, l. i. C. de arbit. l. ait prætor. ff. de
 de re. iud. cap. per tuas de arbit. in causa matrimonii, quia est sa-
 cramentum, & incumbit maiori Iudici. Vnde Episcopus cogno-
 scit in causa liberali, hanc omitto, cum tractetur an sit seruus, vel
 liber, nec in causa criminali, in qua nō potest compromitti, l. non
 8 distinguemus. ff. de arb. † Omnes igitur Iudices de hac causa
 cognoscere possunt saltem incidenter, quia restitutio, in inte-
 grum est beneficium, quod misericorditer imploratur à Iudice
 ex nobili suo officio. Ideo postulandum ab ordinario. Venit igitur
 considerandum cū hic tractetur de iurisdōne, vel administratione Iu-
 9 dicis. † An Inquisitores hereticę prauitatis per Papā deputati in
 prouincia, vel diocesi videantur habere administrationem dele-
 gatā, vel ordinariam? Et dicendum est eos non habere, nisi delega-
 tam. Ita not. Ioann. Andr. in capitu. per hoc de hæreti. lib. 6. Et à si-
 mili probatur in capitu. ne aliqui eod. titu. lib. 6. Clarum est igi-
 10 tur, † quod causa restitutionis in integrum potest delegari per
 ordinarium habentem administrationem, hinc est, quod omnes
 causæ de iure canonico possunt delegari, Abb. in cap. quo ad sedē
 de officio ordin. Verum possunt partes compromittere in arbitra-
 torem, non vt restituat, sed vt cōponat inter partes super causa re-
 11 stitutionis. † Et ita arbitrator non exercebit officium nobile, sed
 12 officium compositoris. † Potest bene compromitti in arbitro res
 criminalis, dummodo agatur ciuilitè, ca. literas de præsump. Su-
 per actione iniuriarum non potest compromitti, quia illa infā-
 mat siue agatur ciuilitè, siue criminalitè, sed hoc non procedit.
 13 † Quia sententia arbitri non infamat aliquo modo, quantumcum-
 que delictum sit famosum. Sed si ex forma statuti sententia arbi-
 tri haberet executionem paratam, tunc sententia arbitri infama
 ret, si delictum esset famosum, & tunc potest dici vera sententia.
 14 Nam causa videtur tunc grauis, ex quo resultat infamia. † Actio
 igitur iniuriarum infamat, siue agatur ciuilitè, siue criminalitè
 vt dixit Abb. in capitu. cum te de re iudica. Concludendo hic, Pa-
 pa videtur ostendere, qui sunt illi Iudices corā quibus integram
 resti-

restitutio sit postulanda, & sunt Iudices ordinarii habentes administrationem. Item delegati ab eis, alii sunt Iudices ordinarii, non habentes administrationem delegati ab illis, nec arbitri de hac eam cognoscere non possunt, nisi coram eis mota fuerit incidenter, & quod arbitri in causa matrimoniali, liberali, & criminali, non possunt assumi cum istæ causæ maiores Iudices requirant.

S U M M A R I U M.

- 1 Alienatio fieri potest duobus modis.
- 2 Appellatio suspendit omnem actum.
- 3 Rescriptum Papæ an extenditur ad singularem successorem? fallit ut ibi.
- 4 Possessor conveniri potest rei vendicatione.
- 5 Alienator convenitur ex edicto alienationis iudicij mutandi ad interesse per actionem in factum quàm parit dolus.
- 6 Prouisio noua & bona cum à principali fonte orta fuerit tendat ad elidendam calliditatem.

Sexagesimum Tertium Privilegium.



ECCLESIA Alio priuilegio gaudet, quòd is in què facta est alienatio rei causa mutandi iudicij conuenitur ex rescripto impetrato contra alienantem. Vt si aliqui impetrarent literas contra suos aduersarios, aduersarij illi antequam literæ ad iudicem perueniant, vel post, vt mandatum Apostolicum eludant, antequam citentur alterum de duobus faciunt.

Aut appellat: Aut possessiones commutant, super quibus controuersiam sperant. Cum hoc audiisset Papa, mandat quatenus si res ita se habeat, quòd remota appellatione compellantur super eorum examinatione respondere, quia ad mutandum iudicium,

- † alienatio fieri potest duob. modis. Primus enim fuit quando ille qui erat conueniendus, rem contentiosam in alium transtulit. Secundus modus quãdo fraudulenter de possessione recessit, ut alius ingrederetur, vnde habebit locum Edictũ de alien. Iud. mu
- ta. causa fac. c. 1. † Si appellatio suspendit omnem actum, ex qua causa mandat Papa, vt possessor rei alienatę compellatur respondere, etiam non obstante appellatione, quia in contemptum man

- 3 dati appellationem interposuerunt, & in fraudem commutationem rei contentiosè fecerunt. † Sed in dubium reuocari potest, an rescriptum Papæ extenditur ad singularem successorem? Regulariter enim rescriptum non extenditur ad personam in eo non expressam, vt in capitu. P. & G. de offic. delega. Fallit in hoc casu, in quo propter fraudem, seu odium volentium elidere vires rescripti per alienationem rei in alium factam fit extensio. Licet de iure civili is in quem fuit facta alienatio causa mutandi Iudicii, possit conueniri rei vendicatione, sicut primus alienans, l. i. in fine. C. eodem titulo videtur quod prouisio hæc fit inutilis, cum solum conueniri possit successor. Hoc enim non est verum, immo est noua prouisio, quæ percipi potest ex verbis text. d. capitu. i. ibi nos. Igitur contra calliditatem, & versutiam prouidere, & capit. mandamus. Si aduersarij, pro euacuando nostro mandato, se appellauerint: vel malitiosè se absentauerunt, appellatione non obstante, cogatis sub vestro examine iuris æquitati parere, cum hæc dicantur à Papa, censetur prouisio per eum facta. Quia eius auctoritati acquiescendum est. Nam in d. l. i. habetur, quod † ne dum possessor conueniri potest rei vendicatione, sed & † alienator conuenitur ex Edicto alienationis iudicii mutandi ad interesse per actionem in factum, quam parit dolus. Et sic videtur, quod ista sit maior prouisio. Sed hoc non est verum, nam hoc decretum à Papa est noua prouisio, quia aderat appellatio, quæ suspendit omnia futura, Bald. in l. tale §. qui prouocauit. ff. de pact. Alexand. in consilio 35. libro quarto. Speculato. de appella. versicu. Sed tamen non obstante tali appellatione possessor rei contentiosæ conuenitur, & magis de facili imponitur finis liti, agendo contra possessorem, cum de illa re possessa tractetur, & expedit eum deicere de possessione. Et ex his satis apparet, quod † prouisio sit noua, & bona, cum à principali fonte orta fuerit, & cum tendat ad elidendam versutiam, & calliditatem eorum, qui alienauerint, & appellauerint, & se absentauerint, eo maximè cum ita de facili non apparebat, ubi commorarentur, ut citarentur. Ideo possessor conuenitur, vt malitiis hominum obuietur, quibus non est indulgendum, l. in fundo. ff. de rei vendica.

S U M M A R I V M.

- 1 Instrumentum exemplatum per tabellionem auctoritate ordinarij eandem vim habet cum originali.
- 2 Instrumenta propter vetustatem, vel aliam causam quasi consumpta petuntur exemplari.
- 3 Instrumenta antequam exemplentur sunt presentanda iudici ordinario aut delegato, qui videat si instrumenta sunt vitiata.
- 4 Instrumenta, & privilegia quorum litera legi non possunt ne careant fide, renouantur.
- 5 Instrumentorum exempla qui vult officium iudicis adire tenentur.
- 6 Notariorum practica absurda, & vitiosa dici potest.
- 7 Instrumentum exemplandum petens an Iudex citari faciat partem cuius interest?
- 8 Instrumenti vitia si inessent, impedirent publicationem, vel insinuationem.
- 9 Vitia possunt visibilia, ut si in instrumento sunt rasura, cancellatura: Aut vitia invisibilia, ut si instrumentum esset confectum ab excommunicato tunc non impediunt exemplum.
- 10 Vitium extrinsecum probari potest.
- 11 Instrumenti exemplum si de re Ecclesiastica est, petitur coram Iudice Ecclesiastico si de re civili coram Iudice civili.
- 12 Instrumenti exemplum an faciat semper fidem?
- 13 Instrumentum originale confectum per Titium notarium exemplatum per Seium nullam facit fidem.
- 14 Instrumenti exemplum facit fidem in aliquibus.
- 15 Iudex non imparitur officium suum non petitus.
- 16 In instrumento exemplando pars citabitur, si non cognoscatur proclamatur.
- 17 Instrumento transumpto non creditur nec datur fides sine Iudicis auctoritate, & parte non citata.
- 18 Instrumentum exemplatum manu illius notarij, qui confecit facit fidem.
- 19 Instrumenti exemplum datum per adversarium facit fidem.
- 20 Instrumenti exemplum facit fidem quando est scriptum de consensu amborum partium.

Sexagesimum Quartum Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet priuilegio, † quòd instru-
 2 mentum exemplatum per tabellionem auctori-
 3 te ordinarij eandem uim habet cum originali.
 † Quèdam instrumenta propter uetustatem, vel
 4 aliam iustam causam quasi consumpta petuntur
 5 exemplari. Papa respondet, † quòd sunt præsen-
 6 randa iudici ordinario, vel specialiter delegato, ad hoc qui uideat
 7 instrumenta si in aliqua parte sunt uitiata, & si uitiata non repe-
 8 riuntur faciat illa exemplari per publicam personam, & ita ean-
 9 dem auctoritatem cum originalibus obtinebunt. cap. si instru-
 menta de fid. inst. Quare autem tantam uim habeat exemplum
 4 quantam originale? Ratio fuit hæc. Nam instrumenta, † & priuile-
 5 gia, quæ uetustate delentur, adeo quòd literæ legi non possunt ne
 6 careant fide renouantur dummodo per ordinarium, vel ad hoc
 7 specialiter per delegatum diligenter fuerint inspecta, adhibito
 8 tabellione, qui uti persona publica exemplum faciat. Hic igitur
 9 considerandum venit, quòd huiuscemodi exempla debent fieri
 coram Iudice ordinario, vel specialiter ad hoc delegato, seu ipso
 5 auctoritatem præstante. † Qui uult talia exempla habere, offi-
 6 cium Iudicis adire tenetur, qui facta diligenti inspectione, man-
 7 dat exemplari, si hoc incumbit iudici inspicienti vitium non con-
 8 tineri, in instrumento. † Tabellionum practica absurda, & ui-
 9 tiosa dici potest, ex quo intrascribendo asserunt, & attestantur,
 quòd ipsi diligenter inspexerunt instrumenta exemplanda, &
 quòd nullum vitium reperierunt, & tamen hoc est officium Iudi-
 cis, & non Tabellionis, quòd percipi potest ex tex. præallegati
 cap. ideo dicere deberent, quòd Iudex diligenter inspexit, & nul-
 lo vitio reperto, mandauit ipsis, ut exemplarent, nec damno-
 sum erit immo utile, si notarij uellent, etiam attestari de suo sen-
 su, quòd illa talia instrumenta uidebantur omni vitio carere
 7 Inn. in cap. quoniam contra de probat. † Sed an Iudex debeat
 8 partem cuius interesse posset citari facere? Inno. tenet, quòd sic
 9 in d. cap. si instrumenta. † Si tamen aliqua uitia inessent impedi-
 rent publicationem seu insinuationem. Nam non debent insinua-
 ri nisi prius decernatur causa cognita super illis, argu. in cap. cum
 dilecta de confirm. uil. † Sed uitia possunt esse aut uisibilia, aut
 inuisibi-

inuisibilia, visibilia prout sunt Cancellature, rasure, & similia, &
 tunc impediunt exemplum fore conficiendum. Si vero vitia sunt
 inuisibilia, vt si instrumentum fuisset confectum ab excommuni-
 cato, vel seruo, & similia, & non impediunt exemplum. Tamen si
 quis compareret, & contradiceret, audiretur contradictio, & re-
 feruaretur disceptatio ad aliud tempus. In Auth. de testa. §. si ve-
 ro cap. significauit de test. Ratio diuersitatis inter prædictos ca-
 sus esse potuit, quia in primo casu si statim fieret exemplum non
 subesset: deinde remedium impugnandi cum non esset opus am-
 plius originalia producere, in quibus vitia constant. In secundo
 10 vero casu non vertitur periculū nullum, ¶ cum vitium sit extrinse-
 cum, quod probari potest absque productione originalis. Ideo vi-
 tia intrinseca, & extrinseca secundum subiectam materiam ve-
 11 niunt consideranda. ¶ Sed coram quo Iudice fieri debet
 exemplum, vel peti, si tractatur de re Ecclesiastica? Tractari,
 & peti debet coram Ecclesiastico. Si vero coram Iudice ciuili, tra-
 ctentur ciuilia coram eo. petendum. l. repetita. C. de episcop.
 & cleric. l. consulta. C. de testamen. Et est dictum rationale,
 vt adeatur ille Iudex coram quo quæstio ventilatur, argum. in ca.
 12 Vt si quis contra clericum de foro competen. licet Abb. hic con-
 trarium tenuerit, & iudicio multorum Doct. male, stante prædi-
 cta distinctione. ¶ Sed an exemplum faciat semper fidem? Quan-
 doque facit fidem: Quandoque non. Regulariter exemplum non fa-
 cit fidem, immo præsumitur talis scriptura falsa tex. in l. quicum-
 13 que. ff. de fid. instrum. hinc inferitur, ¶ quod si quis habet instru-
 mentum originale, vel authenticum, confectum per Titium ta-
 bellionem si illud facit exemplari per Seium, tale exemplum exē-
 platum nullam facit fidem. Nam ad hoc, vt instrumentum debeat
 14 facere fidem, oportet quod notarius sit rogatus à partibus. §. nos
 autem in Auth. de tabel. Si notarius, qui exemplauit est rogatus,
 nisi ab una parte, ergo & ca. Alia est etiam ratio, quia notario non
 creditur nisi de his, quæ sunt facta in eius præsentia. Sed notarius,
 qui exemplauit non vidit seriem negocij in ipso instrumento con-
 15 fecti ergo & c. Conclusio igitur talis est, ¶ quod exemplum non
 facit fidem. Fallit tamen in aliquibus. Primo quando illud exem-
 plum est publicatum à notario, tunc plenam facit fidem, quæ pu-
 blicatio fiet hoc modo. Primo quod pars petat à Iudice, quia
 15 ¶ Iudex nō impartitur officium suum non petitus, ut in l. 4. §. hoc
 16 autem. ff. de danin. infect. ¶ Secundo citabitur pars aduersa, ut
 intersit publicationi, & citabitur specialiter si cognoſcatur si ay-
 tem

tem nō cognoscatur proclamatur generaliter, ut in Auth. si omnes. C. si vt se ad hered. abstin. Item res notarii debent interuenire ad scribendū in hanc formā. Ego Titius & c. originali instrumento diligēter auscultato, viso, & intellecto præsens exemplum extraxi. Et quia in omnibus, & per omnia concordari inueni cum originali, quod non erat rasum, neque cancellatum, ideo me subscripsi, & similiter alii duo notarii. Tunc Iudex hoc viso pro sententia interlocutoria pronuntiabit tali exemplo plenam fidem adhiberi, et bona cautela erit pro illo qui produci fecit tale exemplū, quod faciet fieri instrumentum de illa interlocutoria. Hanc formam tradit Alber. & ceteri Doctores in l. quicumque. ff. de fide instrum. & in auth. si quis in aliquo. C. de edend. † Huic transumpto nullo modo credendum, nec aliquam fidem facit sine iudicis auctoritate, & parte non citata. Ita tenet Bartol. Socin. in consilio 231. incip. cum in præsenti ver. Sed nou obstante, circa medium cū vers. seq. in 2. par. animaduertendū, quod licet tale exemplum faciat fidem cum sit publicum, potest tamen quis de falso redarguere, & petere vt originale exhibeatur si possit haberi. Bald. in d. Auth. si quis in aliquo, & Inno. & in cap. Abbate de verbo. signif.

18 Tamen, † fallit quando est eadem persona tabellionis, quæ scripsit originale, & quæ scripsit exemplum. Nam tunc exemplum plenam facit fidem sicut ipsum originale, cum idem tabellio de eod. actu possit plura instrumenta conficere, vt in l. unam. ff. de testa.

19 Fallit etiam quando aduersarius meus dabit mihi exemplum. Nam tunc facit fidem, vt l. in fraudem. §. neque. ff. de iur. fisc. & ibi Bar. qui dicit, quod cautus sit ille, cui exemplum datur, per suum aduersarium, vt faciat in actis scribere qualiter aduersarius suus


20 dedit sibi illud exemplum. † Fallit si exemplum est scriptum de consensu ambarum partium. Nam tunc facit fidem. Ita tenet Ioann. de Imo. in capitu. 1. de fid. instrumen. & per Barto. & Bald. in d. Authen. si quis in aliquo, & ita habes quando exemplum faciat fidem.

S V M M A R I V M.

- 1 Nocens est obnoxius pœna, & ita occultus licet dicat se ioco fesisse.
- 2 Domum alicuius ingrediens, & clandestine furatus detectus à Domino non licet dicere, quod ioco se fecit.
- 3 Noxius est qui manifestè niti tur nocere licet forte non fuerit secutus effectus.

- 4 Operam dans rei illicita mittendo sagittas, & lanceas in necem alicuius si res non habet effectum si asserat ioco fecisse.
- 5 Noxius ludus est in culpa.
- 6 Delictum ex sola inchoatione an puniri debeat ac si perfectum fuisset?
- 7 Affectus an debeat puniri non secuto effectu?
- 8 Affectus punitur in crimine læsæ maiestatis, oppugnata patriæ, et simoniæ ac in veneno ponitur non secuto effectu.
Consuetudini generali statuitur, ut ibi.
- 9 Iudex pro solo conatu penam mortis imponere non potest in his, quæ non sunt atrocissima, sed extra ordinariam.
- 10 Sagittans, vel exonerans Ar chobusium stans in uno terretorio, & interficiat existentem in alio terretorio in utroque terretorio poterit puniri.
- 11 Mandans fieri delictum debet puniri in loco commissi delicti non autem mandati.
- 12 Mandans non punitur de mandato, sed de delicto secuto.
- 13 Mandans, & mandatarius si conveniantur coram diuersis iudicibus non possunt petere se remitti ad eundem iudicem.
- 14 Damnum illatum semper præsumitur factum malo animo.
- 15 Præsumptio tollitur ex aliquibus varijs circumstantijs.
- 16 Carmen famosum, seu ignominiosum faciens non excusatur fecisse propter ludi occasionem.

Sexagesimum Quintum Privilegium.

- 1  CCLESIA gaudet priuilegio, † quòd sicut manifestè nocens est obnoxius penæ, ita & occultus, licet postea dicat se ioco fecisse. Ut si quis in alicuius † domum ingressus fuisset ueluti amicus, & clandestinè quædam iocalia subtraxit, & cum Dominus domus hoc detexisset, ille ad eius excusationem dixit, quòd iocosè fecit; An ex confessione tali sit absoluendus? Papa respondet, quòd huius quæstionis solutio ex dictis Salomonis in parabolis colligitur, qui dicit. Quòd sicut † noxius est, qui manifestè nititur nocere; licet fortè non fuerit secutus effectus. Itais qui nocet occultè: & si in deprehensionis actu dicat, quòd iocosè fecit, quasi
- T dicat

- dicat, quod sibi non sit credendum, ex quo actus in se est notius,
- 4 cap. 1. de præsump. Ratio decisionis istius capituli fuit. † Si quis dat operam rei illicitę, prout est mittendo sagittas, & lanceas in necem alicuius, vel in fraudando, licet res non habuerit effectum, ex quo processit ad actum non excusatur, si asserat ioco fecisse.
- 5 † Quia noxius ludus est in culpa, l. nã ludus. ff. ad l. Aquil. nam omne maleficium prave præsumitur actum, l. 1. C. ad l. Iul. de fical. l. 1. C. de iniur. Vnde hic considerandum, quod habens animum nocendi, si peruenit ad actum exteriorem tenetur; licet effectus nõ fuerit subsecutus, nec per eum defecerit. Hoc tenet hic in eo, qui mittit sagittam, vel lanceam in necem alicuius, ex hoc solo iudicatur nocens, licet mors non fuerit subsecuta, & hoc aperte probatur. in l. is qui cum telo. C. de sicar. & in l. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cleri. † Et an delictum ex sola inchoatione debeat puniri ac si pfectum fuisset? Nor. in prædictis iuribus allegatis, & Abb. in cap. 1. de eo, qui mic. in poss. † Hęc enim quæstio an affectus, vel attentatum, seu conatus, debeat puniri ac si secutus effectus fuisset? In delicto committendo de iure communi puniuntur affectus, & conatus, ad delinquendum, etiam non sequuto delicto, est praxis communis, vt refert Ioann. de Lignano in consilio 20. numero 16. inter consilia criminalia diuerforum lib. 1. Tamen de generali consuetudine non punitur affectus, neque conatus, siue attentatum, nisi sequatur effectus. Et de hac generali consuetudine attestatur. Specula. in tit. de accusat. §. 1. nume. 7. Alexand. in consilio 16. lib. 1. & in consi. 140. lib. 2. Boer. in decif. 316. Beltrand. in consi. 169. lib. 3. in prima parte, & de hac generali consuetudine ita attestatur Bal. consi. 361. lib. 1. & in consi. 443. li. 3. Et licet adessent statuta, p quæ forte fuissent sublatae leges punientes conatum, est tñ absolutum, quod etiam absque statutis ita est de generali consuetudine totius mundi introductum, vt attestatur Maranta consilio 98. inter consi. criminalia diuerforum vol. 2. plus vltra aggredior. An hęc quæstio, quod conatus non puniatur nisi secuto effectu, locum non habet in delictis atrocissimis, nam illis punitur affectus etiam quod effectus non sequatur, gloss. in l. 1. §. hęc autem in verb. putamus. ff. quod quisque iur. & hanc asserit communem esse, Felyn. in cap. primo post numero 9. de offic. deleg. Didac. in clemen. si furiosus fol. 276. numero 6. Et
- 8 † ideo secūdum eos in crimine læsæ maiestatis, ac oppugnatae patriæ, & simoniæ, & in volente aliquem veneno perimire punitur conatus, licet non sequatur effectus, & hanc esse communem dicit

cit Boer. de seditiosis in septimo præsupposito numero 42. idem tenet Igneus in l. 1. §. occisorum numero 41. ff. ad Sylla. & vidit pluries obseruari in latronibus, Crassatoribus, & in veneficio, in pluribus enim casibus conatus punitur, non secuto effectu. Ego sum in hac opinione, aut lex, vel statutum, in huiusmodi atrocissimis expressè punit solum conatum, aut non punitur expressè conatus, & standum est generali consuetudini, vt conatus non puniatur nisi sequatur effectu. Et hæc opinio iudicio meo est tutior. Nihilominus in his casibus diuersimodè iudicatur, quandoque puniendo conatum in atrocissimis pœna ordinaria: Et quandoque pœna extra ordinaria, crederem in practica posse iudicem ad herere cui opinioni maluerit, inspecta facti, & personarum qualitate. Consulendum tamen est, vt Iudex in mitiore partem inclinetur.

9 In his verò quæ non sunt atrocissima, nullo modo debet. † Iudex pro solo conatu pœnam mortis imponere, nisi id expressè lege, vel statuto caueatur ex eo etiam casu non nisi deuentum fuerit ad actum proximum, & immediatum ipsi maleficio, regulariter autem non debet Iudex conatum impunitum relinquere, sed semper aliquam extraordinariam pœnam infligere. Et nota, quòd in illis casibus in quibus ille qui deuenit ad actum proximum nō potest puniri pœna ordinaria, debet tamen acrius puniri pro motu iudicis, quam ille qui deuenit ad actum remotum. Et ita tenet consuetudo, vt dicit Bald. in l. data opera numero 77. C. qui accus. non poss. Hic quæri potest de alia quæstione. † Vt si quis existens in uno territorio emittat sagitam, cum qua procurat, vel exoneret Scloplum cum quo aliquem interficiat existentem in alio territorio, quis erit Iudex huiusmodi delicti? Respondetur, quòd poterit puniri in vtroque territorio, & inter ipsos Iudices vtriusque territorii erit locus præuentioni, & ita communiter concluditur, vt dicit Abb. in capit. fin. de foro competen. quem refert Prat. contrad. fol. 250. in fi. Ita etiam communiter teneri attestatur Alb. in quarta parte statutorum, q. 79. quem refert Nellus de bannitis in secunda parte primi temporis, quæstio. octaua. Nec prætermittenda est alia quæstio. † Nunquid mandans fieri aliquod delictum sit puniendus in loco in quo fuit datum mandatum, an in loco commissi delicti? Respondetur, quòd debet puniri in loco in quo delictum fuit consumatum, non autem in loco vbi mandauit, & hæc est communis opinio, ut dicit Abba. in capit. fina. numero vigesimo septimo, de foro competen. quem refert Prob. in capit. Inquisitores numero quinto, in fin.

de hæret. in 6. Marian. in cap. postulasti de foro competen. & in c. 1. de raptor. Cancel. Dec. in l. hæres absens. §. apud Labeonem. ff. 12 de Iud. Et ratio est. † Quia mandans non tenetur ex mandato, sed ex delicto propter mandatum, sequuto. Dicit tamen Bal. in 13 l. non ideo minus in fi. C. de accus. † Quòd si mandans, & mandatarius, conueniantur coram diuersis iudicibus non possunt petere se remitti ad eundem iudicem, subdens in facti contingentia ita fuisse iudicatum. Verum hic cadit considerandum, quòd in malefactis præsumitur prima frôte malus animus, & dolus, l. 1. 14 C. de fca. Hic dicit Innoc. quòd † damnum illatum, vel malum, semper præsumitur factum malo animo, nisi contrarium probetur, vel præualeat alia præsumptio, ff. ad l. A qui. l. item si obstetrix 15 §. si. tenet hic Host. † quòd præsumptio quandoque, & in aliquibus ex uariis circumstantiis tollitur, vt patet 22. q. 2. cap. quòd autem ait, & cap. ne quis de consecrat. distinct. 4. Officium igitur Iudicis est arbitrarium, primo aspectu, præsumere contra delinquentem, seu rem illicitam facientem, vt in d. cap. sicut noxius, & in gl. ibi. Sed ex uariis præsumptionibus, quas probauit reus, poterit præsumptio purgari gl. pen. inst. de obliga. quæ ex del. naf. §. placuit Bar. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. demum ex d. capitu. si cut noxius secundum Host. & alios potest percipi talis conclusio, 16 † quòd si quis contra aliquos, in aliquo festo fecisset carmen famosum, seu ignominiosum, etiam propter ludi occasionem, nõ excusabitur à pœna, l. 1. C. de famos. lib. & 5. q. 1. capit. 1. 2. 3. capit. ex merito, & capitu. deteriores 6. quæstio. 1. Et Abba. ponit hic carmè pro intellectu litteræ. Si videor ludo aliàs sacco cuncta recludo.

S V M M A R I U M.

- 1 Sententia diffinitina non fertur ex violenta præsumptione.
- 2 Sententia Salomonis fuit, vt infans detur matri cuius viscera commota sunt quæ dixit non occidatur.
- 3 Iudicare Principum exemplis licèt.
- 4 Index an in re dubia inter litigantes possit exemplis iudicare?
- 5 Index non debet esse facilis ad diuisionem sicut faciunt rustici.
- 6 Præsumptiones iuris & de iure non recipiunt probationem.
- 7 Index potest procedere ad diffinitiuam sententiã non probata præsumptione nec allegata.
- 8 Præsumptio violenta sufficit ad condemnandum de adulterio.
- 9 Præsumptio an sufficiat ad condemnandum de alio crimine?

Sexa-

Sexagesimum Sextum Privilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet privilegio, † quòd ex violèta p̄sumptione diffinitiva sententia fertur. Ideo quidam coram Romano Pontifice proposuit, an Iudex valeat ex sola p̄sumptione, sententiam diffinitivā proferre? Fuit responsum, quòd sic, p̄cedente sn̄a Salomonis, in 3. Reg. c. 3. in quo habetur, quòd cum duę mulieres essent simul in quadam domo, & vtraque haberet filium parvulum infantē, contingit q̄ alter infans mortuus est. Illa cuius filius mortuus erat, accepit filium alterius vivum, & filium suum mortuum latenter posuit ad latus illius cuius filius erat vivus. Postmodum illæ duę mulieres, cœperunt contendere inter se. Illa cuius filius erat vivus, petebat filium suū ab alia. Illa respondebat filius tuus mortuus est, meus autem vivit. Alia contra, & ita inuicē disceptabant. Accesserunt ad Regem Salomonem, & coram eo contenderūt. Cumq̄; illa cuius filius erat vivus nō posset probare quòd filius suus esset, voluit Rex per p̄sumptionem inuenire, cuius esset filius. Dixit Rex afferte mihi gladiū. Quo allato, dixit dividite infantem vivum, & date dimidiam partem vni, & dimidiam alteri. Illa cuius filius erat vivus, dixit Regi. Domine date infantem illi vivum, & non occidatur. Econtra alia dicebat nec mihi nec tibi, sed diuidatur. Tunc Rex ait, datæ huic, scilicet, quæ volebat infantem diuidi vivum, hæc est enim mater eius, & ita Rex ad hanc p̄sumptionem rectam tulit sententiam, capi. afferte de p̄sumpt. Ratio autem cur ita fuerit iudicatum est.
- 2 † Nam cum Rex Salomon audiisset verba matris, cuius viscera commota sunt super filio suo dicentis, Domine date illi infantem vivum, & non occidatur, & ex aduerso, audiens aliam dicentem nec mihi, nec tibi sed diuidatur, ideo iudicavit illam verè matrem esse, quæ volebat filium diuidendum, sed vivum alteri tradendum. Hic animaduertendum, † licere Principem exemplis iudicare, si approbata sunt exempla, & ita limitatur. l. nemo. C. de senten. quæ dicit. Legibus, non autem exemplis iudicandum, & glo. est nota. in capit. fin. 20. distinct. & ex hoc text. nota. quòd exemplis veteris testamenti licitè iudicamus, maximè si sint diuina, in capit. qualiter, & quando secundo de accusat. cap.


- 4 cap. Deus omnipotens. 2. q. 1. † Sed an liceat Iudici rem dubiam propositam in controuersia inter litigantes derimere? Abb. in c. licet, de probat. tenet, quòd sic, intelligendo semper hoc procedere, vbi res commodè posset diuidi, & probationes sint omnino pares, quòd de loco habere potest, in interdicto, vti possidetis. Nam ambo pariter probant possessionem, sed in casu nostro proposito, non potuisset fieri, quia res erat indiuisibilis, vt quia erat puer, & etiam quia non aderat probationes. Nam illa mulier quæ subtraxit filiū alterius, erat in possessione, & alia nil probabat, sed
- 5 Salomon illa verba tentatiuè dixit. Vnde † Iudex non debet esse facilis ad diuisionem, sicuti faciunt rustici. Et contra illam sententiam rusticorum, vide quod legitur, & not. in l. nesennius. ff. de neg. gest. Sed an præsumptio nõ allegata proffit? Dicitur, quòd nõ l. si adulterium. §. idem pollioni. ff. ad l. Iul. de adult. Bart. in l. cum quid. ff. si cert. pet. Qui dicit, quòd non cadit præsumptio super non allegatis Bar. in l. rem alienam. ff. de pign. act. Bald. in l. si certis annis & ibi Angel. C. de pac. Pau. de Cast. in l. si minorem C. de in integr. rest. min. But. in c. peruenit de empt. & vend. Innoc. in c. ex insinuatione de appell. c. per tuas de test. verum est, quòd præsumptio quæ constat, & constare potest, debet allegari ante sententiam, & ita loquuntur iura allegata. † Sed quando sumus in præsumptionibus iuris, & de iure, non recipiunt probationem in contrarium, nisi ex confessione partis, in Auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nup. Alex. in l. non est verisimile. ff. quòd met. cau. Item nisi ad finem petendi restitutionem in integrum, ex regula generali infra probatio ex confessione. Item nisi actor non contradicat, Ioan. de Imol. & Alex. in l. inter stipulantem. ff. de verbo. obligat. Innoc. in cap. fraternitatis de frigid. & malefic. Sed hic sumus in præsumptione violenta, in qua. † Iudex potest procedere ad diffinitiuam sententiam, etiam non probata præsumptione, nec allegata per partes, sufficit enim quòd iudex ex variis circumstantiis, iudicio intellectus illam præsumptionem percipiat, seu eligat, quanquam pars credat ob probationis defectum in causa
- 8 succumbere. † Vnde etiam talis præsumptio violenta, sufficit ad condemnandum de adulterio, Bar. in l. 1. 2. col. versic. modo reuoco & Doct. in l. fin. C. de probat. l. si quis adulterij. C. de adul. Inn.
- 9 in cap. quia verisimile de præscript. † Sed an sufficiat præsumptio ad condemnandum de alio crimine? Doct. & ibi Bal. in l. si. ff. de hæred. instit. & in l. si aduersarius C. de fid. instrum. & in l. non hoc C. vnd. cog. & in l. neque natales. C. de probat. tenent quòd sic, quando

quando sumus in violenta præsumptione, vt in d. ca. affertè. Hic igitur habes quando præsumptio sit probanda, vel alleganda, & quando ex violenta, possit quis damnari.

S U M M A R I V M.

- 1 Iuramenti forma quam faciunt Episcopi in accipiendo dignitatem à Papa.
- 2 Episcopi iurant fidelitatem Romanæ Ecclesie.
- 3 Imperator iurat, & qua forma vtitur in accipiendo coronam, & vñtionem.
- 4 Imperatoris iuramentum ad quæ se extendit.
- 5 Iuramenti forma quæ præstatur per clericos inferiores.
- 6 Iuramenti forma quæ præstatur per vasallum Domino feudi.
- 7 Iuramentum est obligatorium ad præstandam fidelitatem.
- 8 Iurare per Deum magis fuit permissum, quàm per creaturas ne quis incidat in crimen idolatriæ.
- 9 Iuramenti forma alia sit solo sermone, alia quæ sit interuentu alicuius rei sacræ.
- 10 Iuramentum non est præstandum nisi in dubiis, & necessariis.
- 11 Pœna periurij est sicut de aliis mortalib. & ut in terribili iudicio puniatur.
- 12 Hæreticus est qui credit Papam non habere potestatem condendi.
- 13 Prelatus tenetur iuuare Papam ex debito iuramenti contra Principem. Et an contra filios, & parentes proprios?
- 14 Prelatus iurans non reuelare consilium, vel secretum intelligitur de honesto.
- 15 Papæ consilium intelligitur semper honestum.
- 16 Episcopo non licet compellere clericos ad iurandum nisi dispensatio rerum ecclesiasticarum commissa fuerit.
- 17 Iuramentum obligat ad soluendas vsuras licet postea illas repetere valeat.
- 18 Iuramentum extortum per metum seruatur si seruari potest sine interitu salutis eternæ.
- 19 Iuramentum in iudicio est triplex voluntarium, necessarium, iudiciale.
- 20 Iuramentorum effectus est, quia ex eis datur actio in factum.

Sexagesimum Septimum Privilegium.

- 1  CCLESIA gaudet privilegio, † ex quo dat formam iuramenti, quod faciunt Episcopi recipientes dignitatem à Papa. In hunc enim modum iuramentum suscipiunt. Iurât fidelitatem Sancto Petro. Præstatur ei fidelitas, seruando illam viuam fidem, quam Beatus

- tus Petrus seruauit, & docuit, & ita uidetur per hoc iuramentum
- 2 se astringere ad seruandam fidem catholicam. † Iurant fidelitatem Romanę Ecclesię, & Pape existenti, & successoribus suis. Iurant quòd non erunt neque in consilio; neque in facto, vt vitam perdat, aut membrum. Quòd consilium aut per se, aut per literas, aut per nuncium manifestabunt ad eius damnum. Quòd adiuuabunt Papatum Romanę Ecclesię, & regulas sanctorum Patrum. Quòd vocati ad Synodum veniēt: Legatum Apost. sedis in eundo, & redeundo, honorificè tractabunt: & Limina Apostolorum visitabunt, c. Ego. N. Episcopus de iur. iur. Hęc est igitur forma iuramenti, qua vtuntur per sancta Euangelia Episcopi, vt
 - 3 dixi, & hoc in eorum consecratione traditur. † Et alia forma iuramenti qua vtitur Imperator, accipiendo vnctionem, consecrationem, ac coronā. Iurat in manibus cuiusdā ad hoc specialiter deputati per Pontificem Maximum. † Hęc est forma. Imperator N. promittit, & tactis sacro sanctis Euangelijs, iuramento firmavit, q̄ eandem Ecclesiam, & fidē catholicā pura fide, totisq; viribus, conseruabit reuerenter, & etiam defendet, omnemq; hæresim, schisma, & hæreticos quoslibet, fautores, receptatores, & ipsorum defensores exterminabit pro posse suo, ac nunquam cum sarraceno, pagano, schismatico, seu alio quolibet, communiorem catholicę fidei non habente, aut cum aliquo alio Romanę Ecclesię inimico vel rebeli, seu eidem manifestè suspecto, vnionem quamlibet, seu parentelam, aut confederationem, non habebit, sed Papam præsentem, & successores suos manutenere, defendere, & conseruare, contra omnes homines cuiuscunque existerent præeminētię, dignitatis vel status. Eidem etiam iurat manutene re semper, atque seruare priuilegia omnia per prædecessores suos, Reges ac Imperatores Romanos præfactę Romanę Ecclesię, & alijs quibuslibet Ecclesijs quocunque tempore concessa, confirmat, innouat. Concedit Terras, & Prouincias recognoscit, & eas denuo Ecclesię donat, promittitque in eis nullam per se, nec per alium iurisdictionem exercere. Sub eo iuramento promittit ne dum Ecclesiā, sed Ecclesiasticam libertatem, bona, iura, Prælatos, & Ecclesiarum ministros, manutenere, conseruare, atque defendere suo posse. Et vt latius in elem. in cap. Romani de iur. iur. † De iuramento autem quòd præstat per inferiores clericos habetur in cap. quanquam 23. dist. † De iuramento quòd præstat per vasallum Domino fæudi, habetur in cap. de forma 22. q. 5. & de multiplici iuramento, habetur per
- Specul.

7 Spec. de iureiurand. §. 1. vers. illud autem. † Quare requiruntur iuramenta ad præstandam fidelitatem? Non ne potest præstari fidelitas absque iuramento? Certè sic, sed iuramentum est obligatorium, ad eam præstadam. Ratio aut fuit hæc. Quia iurare est aliquid Deo teste dicere. Iuramentum est vox ipsius iurantis vel actus ipse, vel ipsum, quod iuratur. Causa institutionis, una est, propter infirmitatem hominum, de facili dubitatum. Cum enim volumus aliquibus persuadere, quod eis esset vtile, & non credunt simplici verbo, permittitur nobis iurare cap. non est, & capitu. ita ergo capit. si per peccatum 22. q. 1. Alia causa est, propter idololatriam. Sicut enim concessum fuit, ut hostias Deo immolarent, nec eas offerret demonibus. † sic potius permissum fuit, ut per Deum iurarent, quam per creaturas, ne inciderent in crimen idololatriæ.

8 cap. considera 22. q. 1. † Forma autem iuramenti alia fit solo sermone: Alia fit interuentu alicuius rei sacræ. Illa quæ solo sermone fit, secundum tria tempora triplex inuenitur. Aliter enim iurabant in veteri lege: Aliter in primitiua Ecclesia: Aliter hodie. In lege veteri iurabatur viuit Dominus. Viuit anima mea. Hæc addat mihi Dominus, cap. & iurabant 22. quæstio. 1. In primitiua Ecclesia, iurabatur. Testis est mihi Dominus: Testis est mihi conscientia, hoc dico coram Deo, capitu. si peccatum 22. quæstio. 1. Hodie iuratur per Deum, & sic me Deus adiuet, cap. de parentela

10 27. quæstio. 6. † Iuramentum autem non est præstandum nisi in dubijs, & necessarijs, cum pigri sint homines ad credendum, capit. Si peccatum supra allegatum inefficacium probationum, recurritur ad iuramenta, capitu. fina. de iureiurand. Est enim iuramentum maximum litium expediendarum remedium, l. 1. ff. de iureiuran. Ex causis igitur supra scriptis adinuentum est iuramentum, & etiam forma iuramenti, & si quis cadit in periurium,

11 eius † pœna est sicut de alijs mortalibus, capitu. prædicandum, 22. quæstio. 1. & fit intestabilis, capitu. paruuli 22. quæstio. 5. Azo. in autem iurandum, quod præst. ab his in rub. dicit, quod pœna est, ut interribilli iudicio puniatur, & fit cum Iuda in inferno. Potest ergo hic colligi quod Episcopus non seruans, vel seruari non faciens canones, incidit in periurium, cum iuret defendere, & retinere canones. Non enim defendit, nec retinet, quæ non seruat, nec seruari facit, glo. in cap. sacerdotes 11. q. 7. quæ dicit, quod à Prælato non seruante canones, potest recedi, sic ut receditur ab excommunicato, & ab alio præciso ab Ecclesia, & quoniam vtrunque dictum, simpliciter intellectum, satis acerbum est


- dicerem, quòd procedunt ubi ex contemptu, quis non seruat, nec seruari faciat canones. Tunc enim Prælatus est periurius, & licet ab eo receditur, vt in d. gl. est enim hæreticus in cap. alieni 2. q. 7. & per illum textum, restringitur illa gl. quòd debeat intelligi
- 12 ¶ quòd hæreticus est, si credit Papam nõ habere potestatem condendi, cap. nulli fas 19. distinct. aliàs deponitur contemnens. 4. distinct. s. hæc, & si legibus de quo est glo. in cap. generale de elect.
- 13 lib. 6. Hic animaduerte, ¶ quòd Prælatus tenetur ex debito iuramenti iuuare Papã, et contra Principem suum. Periurus est ergo Prælatus, qui timore sui Principis secularis, non addiuuat Papam Et an teneatur iuuare contra filios, seu parentes proprios? Glo. in
- 14 cap. de forma 22. quæst. 5. Vtèrius quæri potest. ¶ An Prælatus, qui iurauit consilium non reuelare, vel secretum? De quo fit intelligendum R. Est de honesto, non autè de inhonesto, sed de
- 15 hoc non est cogitandum. ¶ Nam consilium Papæ præsumendum semper esse honestum: Verum malum consilium non tenetur Prælatus, seu vasallus, celare, quia ad hunc casum iuramentum non se extendit, capit. 1. de iureiurand. libro 6. debet reuelari ei, qui potest prodesse, & non obesse, & facit gl. in d. capit. Ego N. Episcopus, q. si iurauit non reuelare secretum, quòd intelligitur de honesto, & non de alteri nociuo, tunc possum reuelare, non omnibus sed illi, qui potest prodesse, & non obesse, vt puta sacerdoti, qui admonet illum, vt oret pro illo, argumen. c. hoc videtur 22. q. 5. quòd bene not. & pro hoc est tex. iuncta gl.
- 16 in cap. verum 13. distinct. ¶ Nulli vero Episcopo licet compellere clericos ad iurandum, nisi aliqua rerum Ecclesiasticarum dispensatio commissa fuerit. Capit. nullus de iureiurand. Nec igno
- 17 randum, ¶ quòd iuramentum est tanti momenti, quòd si quis se obligauerit ad soluendas vsuras, ad eas soluendas non cogitur, nisi iurauerit, licet postea illas repetere valeat. Capit. debitorum de iureiurand. Monachi tamen qui pro debito Monasterii iurant stare in obstagio, & fideiussores qui indemnem iurauerunt creditorem seruare, iuramenta seruare coguntur Capit.
- 18 ex rescripto de iureiurand. ¶ Si iuramentum esset extortum per metum, si seruari potest sine interitu salutis æternæ seruandum. Et si Ecclesia Romana à tali iuramento absoluere consueuerit, capit. si vero aliquis eodem tit. Nec dici potest periurus sicut dici potest ille, qui ab Ecclesia venit remouendus, ex quo non necessitate, sed voluntate, venit contra iuramentum, capit. quærelam eodem titulo. Secus si iuramentum esset in præiudi-

iudicium iuris superioris, quo casu iuramentum non valet, capi-
tu, venientes eodem titu. † In iudicio autem triplex est iura-
mentum. Aliud voluntarium: Aliud necessarium. Aliud iudiciale,
Voluntarium defertur à parte parti, extra iudicium. Ita dicitur,
quia ex voluntate defertur, & voluntate suscipitur, vel recusatur
I. iurandum. ff. de rebus cred. & iureiuran. Necessarium dicitur
quòd necessitate à Iudice imposta defertur, & suscipitur, argu-
gumen. l. ultim. ff. de in lit. iurand. Nec enim potest hoc sacra-
mentum referri. Item nec recusari, nisi prætendatur iusta causa recu-
sationis, l. generaliter. §. sin autem. C. de rebus credito. & iureiu-
rand. Iudiciale dicitur, quia in eo pars vna alteri defert iussu, &
non est necessarium subire, immo potest recusari. Item potest &
referri l. delata eodem titulo. † Effectus autem prædictorum iura-
mentorum est, quia ex eis omnibus datur actio in factum, l. acto-
ri. C. de rebus cred. & iureiuran. & ita hic habes formam iu-
ramenti, & quomodo, & quando locum habeat, & quotu-
plex sit iuramentum, & quæ actio ab eis nascatur.

S U M M A R I V M.

- 1 Exceptio excommunicationis, vel periurij pro defensione Ecclesie potest
quis opponere.
- 2 Ad defendendum admittitur qui aliàs ab agendo repellitur.
- 3 Periurus, & quilibet admittitur ad defensionem Ecclesie suæ.
- 4 Excommunicati, & periuri non repelluntur à defendendo nec admittuntur
ad probandum, quod probatum non releuat.
- 5 Exceptio declinatoria debet esse prima, quæ opponitur ante aliàs exceptio-
nes coram Ecclesiastico si res est spiritualis.
- 6 Exceptiones, quæ opponi possunt sunt multæ.
- 7 Crimina mutua compensatione tolluntur.
- 8 Statuto cauetur, quod bannitus possit impunè offendi, & bannitus
excipit.
- 9 Statuto cauetur, vt bannitus non audiatur nec agendo nec excipiendo ban-
nitus excipit.
- 10 Reus licet non audiatur Iudicis officium tamen non silet.
- 11 Iudex ex officio potest repellere personas inhabiles à testimonio.

Sexagesimum Octauum Priuilegium.

- I**  **C**CLESIA gaudet priuilegio, † quod pro defensione sua Ecclesie potest quis opponere exceptionem excommunicationis, vel periurij, vel aliam legitimam exceptionem. Nec per replicationem excommunicationis, vel periurij, repelli potest. Ideo cum quidam canonicus fuisset electus prior in Monasterio sancte Mariæ, alii canonici illius Ecclesie se opponerent electioni illius, unde contra illos literas impetrauit. Ipsi vero constituti coram iudicibus proposuerunt prædictum Priorem non esse audiendum, ex quo erat excommunicatus, & periurus. Ipse vero Prior in modum replicationis obiecit excommunicationem, & periurium contra prædictos, scilicet ut eorum exceptionem elideret. Procurator Canonorum respondit probationem illius electi non esse recipiendam. Nam & si illa probaretur non essent propterea à defensione sua Ecclesie repellendi, & si excommunicatio contra electum probaretur in modum exceptionis repelleretur ab agendo, sed replicatio excommunicationis probata, non repelleret à defendendo. Iudices interloquuti fuerunt, quòd prius reciperent probationes super replicatione præmissa, propter quòd ad sedem apostol. appellarunt. Mandat Papa quatenus si est ita reuocetur in irritum quicquid fuit factum post appellationem, cap. dilecti filii de excep. Ratio autem decisionis hæc esse potest, † quia ad defendendum admittitur qui aliàs ab agendo repellitur. Exceptio opposita & probata, repellit, ab agendo. Replicatio uero nequaquam à defendendo repellit, & si etiam probaretur. † Nam quilibet admittitur ad defensionem Ecclesie suæ etiam periurus, si ad agendum, ad accusandum admitteretur, quòd sequens suam, vel suorum iniuriam, capit. neganda 3. quæstio. 11. capit. omnibus 4. quæst. ultim. Multo ergo fortius ad defendendum, cum ut supra dictum fuit. Ad defendendum admittitur, qui aliàs ab agendo repellitur, cap. cum inter & cap. dilecte de excep. Hic igitur animaduertendum
- 2 decisionis hæc esse potest, † quia ad defendendum admittitur qui aliàs ab agendo repellitur. Exceptio opposita & probata, repellit, ab agendo. Replicatio uero nequaquam à defendendo repellit, & si etiam probaretur. † Nam quilibet admittitur ad defensionem Ecclesie suæ etiam periurus, si ad agendum, ad accusandum admitteretur, quòd sequens suam, vel suorum iniuriam, capit. neganda 3. quæstio. 11. capit. omnibus 4. quæst. ultim. Multo ergo fortius ad defendendum, cum ut supra dictum fuit. Ad defendendum admittitur, qui aliàs ab agendo repellitur, cap. cum inter & cap. dilecte de excep. Hic igitur animaduertendum
 - 3 † quòd excōmunicati, & periuri non repelluntur à defendendo, nec admittuntur ad probandum, quòd probatum non releuat, l. matrem. C. de probat. ca. cum contingat de offi. deleg. † Sed coram quo Iudice exceptio periurij venit tractanda? Quia exceptio decli-

declinatoria debet esse prima, quæ opponi debet ante alias exceptiones. Innocen. in capitu. cum super de offi. deleg. Bald. in margarita verfi. exceptio ver. 24. & cum causa sit spiritualis debet tractari coram Iudice Ecclesiastico. Ita tenet Bal. in Margarita ver. l. 6. dex ver. 65. † Et cū multæ sint exceptiones, quæ opponi possunt aliquas referam. Potest igitur opponi exceptio. Tu non habes actionem, & ut est illa quæ impedit litis ingressum, vel litis contestationem, Barto. in l. si pupilli. §. videamus. ff. de negot. gest. exceptio tua non interest, impedit litis ingressum Alex. post Barto. l. in posthumus, §. si quis ff. de inof. test. Anch. in clem. constitutio nem de elec. exceptio quòd non audiaris, quia tua non interest vide Doc. in l. si autem §. si homo. ff. de re. vendica. Angel. in l. pater filium. C. de inof. testamen. Innocen. in capitu. super his de accusa. & debet opponi ante litem contestatam, Bart. in l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. Exceptio non debes audiri, quia allegatur pitudinem tuam dñ dilatoria, & debet opponi ante litē contestatā, Inn. in d. c. super his Bar. in d. l. posthumus. §. si quis in l. si mī de cedens ff. de inoff. test. Exceptio est nullitatis processus, vel sniæ si dependet ex defectu iudicis, semp pōt opponi, et si extaret statutum, q̄ contra sniam nulla possit opponi exceptio. Ita tenet Rom. in conf. 42. solum, i. & per Pet. Philip. Corn. in conf. 144. Exceptio falsi Procuratoris, pōt opponi ante, & post sniam, ad annullandū iudiciū Io. de Ana. in cōf. 96. Et hic aduertēdum, q̄ Procurator dñ est falsus illi qui habuit mandatū, & postea fuit reuocatū. Idē si incipit gerere ante habitā notitiā mandati. Idē si esset substitutus Procurator à non habente mandatū, i. potestaté substituēdi, putata à Procuratore ante litē contestatam, quia ante substituere non pōt, sed postea sic l. qd quis & ibi Mod. C. de procu. c. 1. de procu. li. 6. Post istas relatas exceptiones cōsidero, q̄ contra exceptionē criminis non datur replicatio criminis, & ita v̄, q̄ contra exceptionē doli, non datur replicatio doli, quod probatur, et in l. apud Iulianum. §. Marcellus. ff. de dol. except. Contrarium videtur in l. cum mulier, & l. uiro ff. solut. mat. vbi si contra mulierem repetētē dotē vir excipit de adulterio, admittitur replicatio mulieris contra virū de lenocinio. Ad idē c. pe. & ult. de adul. vbi contra proponētē adulteriū mulieris, mulier admittitur proponēs adulteriū viri. † Et ita mutua cōpensatione crimina tollūtur, sol. gl. fi. in d. c. dilecti concludit, q̄ replicatio admittitur qñ ea non admissa excipiens remaneret in lucro, ut est in d. l. cum mulier, & d. capit. penul. reijcitur uera replicatio, si ea admissa, agens remaneret in lucro

- lucro, sic loquitur. in d. s. Marcellus, & casus hic in d. cap. dilecti. Nam si replicatio istius electi fuisset admessa, admitteretur iste electus excommunicatus ad agendum, & sic reportasset commodum. Eadē est ratio, ne alter remaneat in lucro, alter in damno. Hunc articulum tangit Innoc. in cap. intelleximus de adult. & in
- 8 cap. præsbyterorum de reb. eccl. non alien. † Ex his inferitur, ad reliquas quæstiones. Statuto cauetur, quòd bannitus possit impunè offendi. Accusatur Titius, quòd percussit Sèiū. Titius excipit quòd Sèius erat bannitus, & ita potuit impunè offendi. Replicat Sèius, quòd etiam ipse Titius est bannitus. An debeat admitti replicatio? Cōcludit Bar. post Iac. de Aren. in d. l. cum mulier, quòd non. Quia cum Titius sit reus necessario potest proponere omnē exceptionem inhabilitatem accusatorem, nec potest ipse repelli, glo. in ca. a nobis de excep. Potest etiam quæri de alia quæstione.
- 9 † Statuto cauetur, vt bannitus non audiatur, nec agendo, nec excipiendo. Agit Titius contra Sèium. Excipit Sèius, Titium esse bannitum, & ita non debere audiri. Excipiens contra agentem replicat Titius, quòd ipse Sèius est bannitus, & ita non debet audiri excipiens. Quid faciendum? Nō enim poterit audire vnum quin incidat in statutum. Iac. de Aren. tenuit excipientem non audientem, obstante statuto Bar. autem post multa concludit, non procedere iudicium, quia qua ratione non debet audiri reus excipiens, eadem ratione non debet audiri actor agens, ex quo vterq; est bannitus. Et ratione banni debet Iudex vtrumque repellere. Hoc mihi magis placet, nam actor potest repelli iudicis officio, vt
- 10 in l. quos prohibet. ff. de postul. † Vnde licet reus non audiatur, iudicis officium tamen non filet, quòd etiam not. Inn. in cap. intimauit de test. vbi dicit, iudicem ex officio suo posse repellere à testimonio personas indignas, etiam nullo excipiente. Et idem in aliis actibus iudicialibus tex. cum glo. in cap. quærendum, & in
- 11 cap. qui sunt. 2. q. 7. † Potest iudex ex officio repellere personas inhabiles, etiam si aduersarius propter suum delictum sit priuatus facultate excipiendi, glo. & Innocen. in cap. nulli. de accus. Et hoc modo habes quando exceptio admittenda, & quando replicatio repellenda.


S U M M A R I V M.

- 1 Præscriptio cum mala fide, nec iure canonico, nec civili valet.
- 2 Consuetudini & constitutioni derogandum est, quæ sine peccato mortali seruari non potest.

3 Præscri-

- 3 Præscriptio in nulla parte debet habere malam fidem.
- 4 Peccatum est, quod non est ex fide.
- 5 Constitutio, quæ non est nec iusta nec honesta est ipso iure nulla.
- 6 Lex non potest dici si continet peccatum. Idem si continet inhonestum.
- 7 Præscriptio tria habere debet ad hoc, vt valeat bonam, fidem, titulum, continuatam, possessionem.
- 8 Præscriptio interrumpitur multis casibus, per petitionem, per legatum, per protestationem, per ædificationem cum sequentibus vsque in fine.
- 9 Præscriptio de iure canonico impeditur per missionem executoris.
- 10 Impræscriptibilia sunt libertas, Tributum, Decima, seruitus, quæ causam continuam non habet cum alijs.
- 11 Fides bona vel mala in præscriptione quomodo probatur.
- 12 Ecclesia Romana sola gaudet in præscriptione spacio centum annorum.

Sexagesimum Nonum Priuilegium.

- 1  CCLESIA gaudet priuilegio, † quod nec in iure canonico, nec ciuili valet præscriptio cum mala fide. Nam quicumque facit contra conscientiam, ædificat ad gehennam, & ideo statuit Concilium, quod nulla valeat præscriptio absque bona fide, tam canonica, quam ciuilis. † Quia generaliter omni consuetudini, & constitutioni derogandum est, quæ sine peccato mortali seruari non potest. Ideo oportet vt † qui rem alterius præscribit, quod in nulla parte præscriptionis habeat malam fidem, capit. fin. de præscrip. Ratio decisionis esse potest. Quia qui præscribit in nulla temporis parte rei alienæ conscientiam habeat. Ideo derogatur constitutioni, & consuetudini, quæ sine peccato mortali seruari non potest. Hic igitur considera, quod omne † quod non est ex fide peccatum est. Et sunt verba Apostoli ad Roman. in capitu. 14.
- 2 † Nam constitutio, quæ non est nec iusta, nec honesta, est ipso iure nulla, capit. erit autem lex 4. distinct. † Sed quando continet peccatum, non potest dici lex. Et idem si continet inhonestum, q̄ tenet Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure l. si. C. si contra ius, vel vtil. pub. Hinc est, quod mala fide quis præscribere non potest. † Ad hoc vt quis præscribere valeat, tria requiruntur. Bona fides; Titulus, & continuata possessio, capit. quod autem 16. q. 3. in glo. magna licet tamen præscriptio habeat requisita de quibus supra. † Nihilominus in multis casibus interrumpitur præscriptio

scriptio Abb. in c. illud de præscrip. primo per petitionem debiti, etiam pro parte tantum, Bal. in cap. 1. §. quid ergo de inuest. re. alie. fa. Bar. in l. naturaliter ff. de vsucap. Secundo per legatum debiti factum creditori, quia id sapit recognitionem. Bal. in l. 1. ver. sed nunquid C. de fur. Item per protestationem. Bar. in l. non solum §. morte ff. de oper. nou. nunt. Paul. de Cast. consilio 238. alias consilio 292. inci. visa superscripta facti. Et per Alex. in d. l. naturaliter, & per Fely. in cap. nihil, & in cap. illud de præscrip. Item per edificationem quæ interuertit possessionem deficit præscriptio Bal. in l. 2. C. de re. vend. & Alex. in d. l. naturaliter, & in l. 3. §. Labeo ff. de acqui. poss. Item per solutionem vsurarum, per quam fit recognitio debiti. l. plures, & ibi Doc. de fid. inst. gl. & Doc. in l. cum notissimi. §. immo. C. de præscrip. 30. ann. Item fit interruptio, ut in cap. illud de præscrip. vbi etiam dicunt, nec pignus ob hoc datum præscribi. Bar. in d. l. naturaliter. Item per notificationem factam Domino à colono conuento rei vend. Bald. in l. 2. pen. col. ff. vbi in rem act. Abb. in d. c. illud. Item per treguam per not. per Bald. in tit. de pact. const. §. vasalli qui. Item per contradictionem aduersarij Bal. in l. si aquam C. de seru. Item per exilium, vel bannitionem, Bal. in tit. de pac. const. §. Imperialis. Item per malam fidem superuenientem, ante perfectam præscriptionem captam, non post de iure canonico. Bald. in l. 2. col. 3. ver. melior ratio est. C. de seruit. & in l. cum notissimi. §. immo. C. de præscrip. 30. ann. Item superueniens mala fides, c. 2. de reg. iur. Imol. in cap. si. de præscrip. Bar. in l. aliena. ff. pro empt. non vero si superueniat dubitatio, an res sit aliena Doc. communiter in d. ca. si. Angel. in l. super longi. C. de præscrip. long. temp. Alex. in l. 3. §. quam. ff. de acq. poss. Item per expressam recognitionem debiti. l. in contractibus. C. de non num. pec. gl. & Doc. in d. l. cum notissimi. §. immo. Item per alluionem, & inundationem aquarum, gl. & Bar. in l. 1. C. de de ann. excep. l. cum vnus. §. si. ff. de bon. auth. iud. poss. Bar. Doc. & Alex. in d. l. 3. ff. de acq. poss. vbi Alex. dicit verum, nisi inundatio sit artificiosa, & utilis, & facta ad irrigandum agros, Bal. in l. 1. 24. col. de confess. Bald. & Angel. in l. seruitutes. ff. de seruit. Barth. Cæpolla de seruit. verb. cap. 20. Qui dicit, quòd quis non præscribit clausam molendini, quam cursus aquarum semper interruptit, si eam inundatio totaliter, vel pro maiori parte destruxerit, quod not. Idè in fundo propè flumen, quæ nunquam præscribi potest, propter frequentem alluionem interruptentem. Barth. Cæpoll. in tractatu

Statu de alueo ver. speciem. Item per inundationem, non perditur possessio, in casibus nominatis. Itē interruptitur si possessio mea fit lacus. Bal. in l. 1. c. de confes. Item per bellum, & pestem tantam, quod ius in loco non reddatur. Bar. in d. l. naturaliter, Doct. in cap. ex transmissa de præscrip. ubi dicunt, quod tunc dormit, sed continuatur cessante bello, vel peste, tempus præcedens, secundus casus. Idem dicunt Doct. in ferijs repentinis, dummodo nolens agere protestetur. Aliqui Doct. tenent tutius esse, q̄ currat, sed detur restitutio, secus vero in alijs ferijs consuetis. Secundum Inno. & alios in capit. cum non liceat de præscrip. quæ tenet, quod currit, sed detur restitutio, hoc nõ procedit in præscriptione 30. annorum uel statuta subrogata ei loco, quia habet tempora continua, & currit, qualitercunque impeditis, cum sit mere odiosa in negligentibus. Paul. Cast. in in confi. 293. Item dormit, & non currit, tempore quo ius non redditur in loco. Inno. in d. c. ex transmissa. Item tempore uacantis Ecclesie, Bald. in d. s. immo. Item tempore quo Prælati est hæreticus, vel excommunicatus, uel dilapidator, ca. si sacerdotes 16. q. 3. Item tempore inutilis Prælati dormit, & nõ currit præscriptio, c. cū non liceat, & c. auditis de præscr. Item interruptitur per schisma Bar. in d. l. naturaliter uer. Item non currit. ff. de usucap. Bal. in d. s. immo in 2. col. uer. eadem ratione et contra Ecclesiam Romanam, c. cū nobis de præscr. item per actus cōtrarios consuetudini, duos vel tres, gl. sing. l. nemo. s. t. praes, de re. iur. Pau. de Cast. in l. consueto. ff. de legi. Item per dationem fideiussorum, l. cum quis. s. si quis pro reo, & ibi Bar. de solut. Itē per apprehensionem rei oblatae gl. in verb. innouata in d. l. cum notissimi. s. immo, & ibi Doc. item si seruus usufructui debitus aliquo modo pro se fruatur gl. in d. s. immo l. arboribus, s. Idē tractat. ff. de usufruc. & quemadmo. quis utat. per productionem instrumentorum, uel actorum, factam contra potestatem Bal. in l. 1. ff. de in ius uoc. & in l. 1. c. quando libel. Prin. dat. Lanfrac. in tract. de arbitr. 7. par. q. 3 2. Item per solam libelli accusatorii porrectionem interruptitur præscriptio statuti, licet in ciuilibus citatio, uel litis contestatio requiratur. Bar. & Alex. in l. mariti s. quinquennium. ff. ad l. Iul. de adul. Bal. in l. 2. ver. Sed quæro, c. quando libel. Prin. dat. Doc. in cap. illud de præscrip. Item per litem contestatā, corā Iudice suo factā l. more. C. de re. ued. l. si post acceptū, ff. de re. ued. Bar. in l. 2. s. si. ff. pro empt. & in l. si, in prin. ff. de eo per quē fac. erit. Item per citationē legitime

factam in Iudicio, etiam vnicam, non peremptoriam in civili
 causa. Abba. in capitu. illud de præscript. vbi dicit, quòd
 intelligitur de citatione valida, pro dicta lege, cum notif-
 fimi. Immo etiam si citatio esset generalis, & indiscreta,
 Bald. in Authenti. offeratur. C. de lite contestata. Item in-
 terrumpitur per missionem executoris in corporalibus,
 aliàs non. Bartol. in lege secunda, versiculo vltimus sequitur.
 C. de seruit. & in l. 1. C. quando libel. princi. dat. l. 1. ff. de in ius
 voc. Bal. in l. 2. §. fin. ff. pro empt. vers. sed hic videtur contra ubi
 dicit verum, cum distinctione. l. fin. ff. de eo. per quem fac. erit:
 9 quod tamen est verum de iure civili, † sed de iure canonico
 semper impeditur præscriptio per missionem executoris. Bal.
 in d. l. 2. C. de seruit. Angel. Aret. institu. de act. §. neque Barth.
 Cæpo. de seruit. urb. cap. 20. Oldrad. in cons. 276. Item per solā
 formationem inquisitionis. Bald. in l. 1. C. quando libel.
 Princ. dat. & per eum in Authen. offeratur 6. colum. C. de lite
 contest. Item per libelli oblationem. Bald. d. §. immo quia habet
 vim citationis ad effectum interrumpendi. Bart. in d. l. mariti. §.
 quinquennium. ff. de adult. quòd est verū etiam coram arbitris
 secundum Oldrad. in cons. 176. Item verum si sit malè conce-
 ptus. Bar. in l. accusaturus. ff. de adult. Specu. de cita. vers. nota.
 quòd criminali Alex. in l. iuste. ff. de acquiren. possess. Bal. in l. 1.
 C. de fruc. & lit. expens. vbi dicit, quòd per libellum ineptum
 cuius vigore sit reus absolutus, interrumpitur præscriptio, sed
 interruptio, sicut alia perimitur secundum Alex. in d. l. accusatu-
 rus. Et dic per libellum ineptum interrumpi præscriptionem, si
 tamen detur præfenti in iudicio, etiam non citato, Specula. de
 reo vers. qui habent ius. Item verum etiam si sit incertus, l. fina.
 C. de ann. excep. & ibi Bar. qui idem tenet, si sit generalis. Item
 per amissionem possessionis, Bald. in d. §. immo. Item per solā
 nuntii missionem, seu citationem, si præscriptio sit longissimi
 temporis, l. more. C. de rei uendicat. Bald. in l. contractibus. C.
 de non nume. pecun. Item per nuntiationem nou. oper. l. alie-
 na, & ibi Bar. pro emp. Item per expulsionem gl. & Docto. in l.
 qui fundū §. bona fide vers. redhibeatur. ff. pro empt. Item per
 defectum tituli superuenientem præscribenti. Bal. in d. §. im-
 mo. Item per defectum rei, quæ extare naturaliter desistit, quia
 res sacra. Bal. in d. §. immo. in 2. col. vers. item interrumpitur si
 res. Item per defectum superuenientem personæ præscribenti,
 quia forte fiat incapax Bal. in d. §. immo colum. 4. in vers. item
 si su-

si superuenit Bar. in l. naturaliter in 4. col. versi. Item requiritur ff. de usucap. Item per amissionem prædij damnantis, Bar. in d. l. naturaliter. Item quando præscribens impeditur præscribere. Item quando impeditur uti iurisdictione, vel iure eligendi, Bal. in d. §. immo in ult. colum. uerfi. Item si quis. Item si possessor sit furiosus, infans, vel in potestate constitutus, Bald. in d. §. immo in ult. col. Item per primum decretum Bald. in l. consentaneum in 6. colum. C. quomo. & quando Iud. sed glo. sing. tenet contrariū in regula sine possessione. Lib. 6. Bart. in l. is qui Reipublicæ. ff. ex quibus caus. ma. an idem sit stantestituto, q̄ post decem annos debitum peti non possit, nisi de eo fuerit facta executio, prius. Bal. in d. l. consentaneum. Bar. in d. l. is qui. Item per responsionem tertij in iudicio. Specu. de lit. contest. versic. licet persona. Item per stipulationem etiam inualidam. Item per litis contestationem factam auctore solo in causa pupilli, Docto. & Bar. contra gl. in l. 1. §. sufficit, colum. 2. vers. quæro vtrum. ff. de administrat. tuto. vel à pupillo cum auctoritate tutoris. Item per exceptionem compensationis. Item præscriptio seruitutis interrumpitur sola citatione, si præscribens non nitatur ex titulo, alias per lit. contest. Bar. in l. 2. in fi. C. de seru. Item pro recognitione in dominum Barto. in l. male. C. de præscrip. 30. l. cum notissimi. Item per citationem quam libellus præcedat, Alexand. in l. si finita §. Iulianus de damn. infect. Item impeditur per difformem annuam solutionem, ut quia colonus certis annis soluerit plusquam aliis, interrumpitur præscriptio contra Dominum Flo. in l. quod autem. ff. de seru. urba. præd. Item impeditur. Contra non solutum alterius rei soluta ab eodē, qui duo soluere debebat, & non soluit nisi unū, gl. in d. l. cum notissimi. §. penu. Item per missionem in possessionem causa rei seruandæ, Barto. in l. Celsus in 4. colum. uersicu. sed una lex est. ff. de usucap. Item per sequestrum factum partium consensu, quod priuat possessione Barto. in l. interesse. ff. de acquiren. posses. Bald. in l. 1. C. de prohib. sequestra. pec. & per Felyn. in d. capitu. illud de præscrip. hætenus dixi quomodo & quando præscriptio interrumpitur, nunc autem uidentum quando non interrumpitur præscriptio ratione rei improprietabilis. † Sunt igitur quædam res impræscriptibiles, ut contra iura libertatis non præscribitur, ca. placuit §. potest 16. quæstio. 3. Item nec in tributis præscribitur d. capitu. placuit §. porrò l. cōperit. C. de præscrip. 30. anno. Item nec in matrimo-

nio cap. quòd Deo 33. q. 5. Item nec decimæ à laico præscribuntur. cap. causam de præscrip. Item videtur quòd non præscribitur in repetitione rerum peculii, l. repetitio, C. ne de stat. defuncto. Item & in seruitutibus, quæ continuam causam non habent, l. seruitutes, ff. de seruit. Item in limitibus. cap. licet 16. quæst. 3. Item in procurationibus debitis ratione uilitationis, cap. cum ex officii de præscrip. Item & in obedientia, ca. cum non liceat de præscrip. & ita concludendo, quod hic habes ea, quæ requiruntur ad præscribendum, & quando, uel ex qua causa interruptitur præscriptio, & ea quæ sunt imprescriptibilia. Et cum in præfenti, cap. fin. de præscrip. habetur, quod malæ fidei possessor nunquam præscribit. Quærendum arbitror, & quomodo probabitur malæ fides, si fides siue bona, siue mala, consistit in animo? De directo, dari nõ potest probatio. Glo. in §. alien. inst. de actio. tex. in l. dolum, C. de dolo, cap. 2. de renunt. libro 6. itaque ex coniecturis duntaxat probari poterit. D. l. dolum, & d. c. 2. si ius resistit possidenti, est præsumptio malæ fidei, ut in Reg. qui contra iura, de Regu. iur. libro 6. & cap. ad decimas de restitu. spol. lib. 6. & l. quemadmodum, & quod ibi not. C. de agricol. & cens. libro 11. Hanc tamẽ præsumptionem malæ fidei purgat diuturnitas possessionis, uel iustus fucus, in acquirendo, ut not. Innocen. in cap. 2. de integrum restit. nota. Barto. in l. cum querebatur, in fin. c. vnd. nisi autem ius commune non resistit, potest malæ fides probari, si possidenti fuit denunciatum tempore acquisitionis, quòd res illa erat aliena, ut l. si fundum. c. de euict. Idem si coram aliquibus dixit se non ignorasse, uel scire, rem esse alienam. Nam præsumitur illud in mente habuisse. l. Labeo. ff. de suppel. leg. & 22. quæstio. 2. cap. is autem. Item si de hoc erat fama in uicinia, & ipse possessor erat uicinus. Præsumitur enim quòd ipse debet scire ratione uicinitatis, de præsump. cap. quosdam, & cap. quanto de postul. Prælat. capi. 1. 16. distin. cap. quod dictis not. Barto. in l. 1. ff. si certum petatur, & in l. celsus, ff. de usucap. Item si fuit sibi denunciatum post acquisitionem possessionis, per personam cui erat uerisimiliter credendum, maximè dedit tanta indicia, quibus uerisimiliter debuit credere. Argum. capit. inquisitioni de sent. excommunic. & cap. cum contingat de rescrip. hoc est de mente Barto. in extraua. ad reprimen. in uers. denuntiationem, in fi. facit l. quòd te, ff. si certum petatur, & si noluit informari, habetur pro informato, ut nota. Barto. in d. extrauagan. text. in l. 1. §. 1. ff. quod

quod ui aut clam. & in capitu. 2. de tempo. or. din. lib. 6. videtur enim affectata ignorantia, ut ib. Eix his igitur concluditur malefidei possessore nullo iure præ scribere posse. Verum Ecclesia contra aliam Ecclesiam præscribit spatio 40. annorum, cap. illud de præscrip. † Sola Ecclesia Roman. gaudet spacio centum annorum C. de sacrosanct. Eccl.

S U M M A R I V M.

- 1 Sententia lata contra matrimonium nunquam transit in rem iudicatam.
- 2 Sententia reuocatur si de errore constat.
- 3 Ecclesia si constituta decepta ex quo indebitè matrimonium fuerit separatim per iudicium in simul permanere faciat.
- 4 Sententia præsumitur pro matrimonio donec error, vel iniquitas probetur.
- 5 Iudex in dubio debet admittere quærelam.
- 6 Matrimonij causa post tres sententias si non potest appellari potest tamen quærelari.
- 7 Sententia ex relatione medicorum, vel obstetricum, uel in arte peritorum nunquam transit in rem iudicatam.
- 8 Sententia lata de consilio sapientis non transit in rem iudicatam.
- 9 Sententia super ætate per aspectum corporis non transit in rem iudicatam.
- 10 Sententia ex probationibus priuilegiatis, uel ex præsumptionibus, uel quando vertitur periculum animæ non transit in rem iudicatam.
- 11 Sententia excommunicationis non transit in rem iudicatam.
- 12 Sententia iniqua non transit in rem iudicatam.
- 13 Matrimonium sanctitate, nobilitate, & prioritate omnes contractus mundi antecellit.
- 14 Matrimonium fuit institutum in paradiso ab ipso Deo. Hinc est, quod est sacramentum.
- 15 Matrimonij bona dicuntur tria, fides, proles, & sacramentum.
- 16 Matrimonium expressum & verum, præsumptum, & putatiuum reperitur.
- 17 Matrimonij impedimenta sunt in duodecim casibus.
- 18 Matrimonij alia duo sunt impedimenta tempus feriarum, & interdictum Ecclesie.

Septuagesimum Privilegium.

- 1 **E**CCL^ESIA gaudet privilegio quòd, † sententia lata contra matrimonium nunquam transit in rem iudicatam. † Nam quandoque reuocatur, si de errore constat, ut si quidam duxerit in vxorem, & secuta copula carnali, tandem scandalum inter eos est extortum. Quia consanguinei mulieris nouerunt questionem còtra virum, quòd illa non poterat esse eius vxor, & ita studio utriusque interueniente fuerunt separati minus iustè. Vir enim ad conscientiam rediens accessit ad Papam, & prædicta exposuit, unde Iudicibus mandauit quatenus si constiterit eos non fuisse legitimè separatos, & Ecclesiam deceptam fuisse, ipsos faciant in simul permanere. Cap. lator de sententia, & re iud. Ratio decisionis istius capituli fuit ne matrimonia canonicè contracta ex quadam leuitate dissoluantur. Ideo Papa mandauit, † quòd quatenus constiterit per iudicium eos non fuisse legitimè separatos, Ecclesiamque deceptam ipsos virum, & mulierem Ecclesia in simul permanere faciat, unde ex hoc habetur, quòd sententia lata còtra matrimonium, non transit in rem iudicatam, gl. in l. 3. s. pe. in uers. agatur. ff. de iure iurand. Doct. in l. admonendi eod. titu. Paul. de Cast. in consilio 268. in quo cons. ponit etiam an talis sententia facit filios nascituros non censerì legitimòs, & an dos
- 2
- 3
- 4 repeti possit? † Verum prædicta sententia præsumitur, donec error, vel iniquitas proberur. Hostien. Ioan. And. & Doct. in ca. consanguinei de sent. & re. iudic. Item non semper quis auditur contra dictam sententiam, sed tunc cum iusta causa mouet iudicem, quòd facere potest etiam parte non citata. Innocen. & Docto. in cap. tenor de senten. & re. iud. in glo. in verb. muliere ibi Inno. dicit quemlibet de populo maximè consanguineum audiri contra dictam sententiam, & quòd Iudex non debet esse facilis in admittendo, sed demum habita bona informatione iusta de causa querelæ. † Sed in dubio debet admittere. Inn. Host. Ioan. And. ibi. Item quilibet auditur post sententiam ipsam, quandoque alleget errorem. Hostien. & Ioan. Andr. in d. capitu. consanguinei in 2. column. in uers. quæro si ista mulier
- 5 Item uerum quo ad partem, quia etiam interlocutoria transit in

in rem iudicatam quo ad partem respectu probationis factę in causa, cap. cum dilecti, & ibi Butri. de elect. quod uerū nisi emanassent tres sententię conformes, gl. not. secundum Abb. in c. fraternitatis de frig. & malef. quam tamen ibi reprobatur Butri.

6 sed intellige glo. ibi, † quod licet post tres sententijs in causa matrimonii non possit appellari, posset tamen quærelari, si sit notorium de iniustitia, secundum Alex. in l. uir bonus. ff. de iud. sol. Felyn. in d. cap. lator & in Rub. 3. colum. in fin. de spon. sa. nedum sententia matrimonii non transit in rem iudicatam,

7 verum nec † sententia ex relatione medicorum, uel obstetricum, uel in arte peritorum nunquam transit in rem iudicatam not. in l. 3. §. pen. ff. de iureiur. & in cap. fi. de frigid. & malef. & in cap. proposuisti de probat. Dec. in cap. cessante de appell. & in cap. intimasti eo. tit. quod quodocunque potest retractari, Iaf. in rep. l. admonendi in 26. col. ff. de iureiurand. cum concordantibus ibidem per eum signatis, † & etiam quando est lata de cons. sapientis, Dec. in consilio 27; colum. 2. in fin. Nam sententia lata secundum consilium sapientis ex forma statuti, uel de voluntate partium, quodocunque poterit retractari, si superuenerit Doctor magis peritus, qui contrarium consulat, cum talis sententia nunquam transit in rem iudicatam, quod est tenendum cordi, quia est dictum singularissimum, secundum Alex. in l. si ab hostibus in 3. colum. vers. & pro hoc singularissime. ff. solut. matrimon. & hæc est communis opinio, secundum Dec. in cons. 277. incipiente non leuis in fi. uolum. 2. quod sententia lata de cons. sapientis nunquam transit in rem iudicatam. † Item nec sententia super ætate per aspectum corporis non transit in rem iudicatam, Bald. in l. si minorem uers. quæro ulterius, C. de in integrum rest. secus si ex ueris probationibus cap. cum dilectus extra eo. titu. Bar. in l. minor 25. annis, & in l. de ætate, ff. de minori. Item † nec sententia ex probationibus priuilegiatis, uel ex præsumptionibus, uel quando concernitur periculum animæ non transit in rem iudicatam. Inno. in cap. tua nos in 2. col. de cohab. cle. Angel. in l. r. C. sent. resc. non poss. Alexan. in l. admonendi, & ibi Iaf. in rep. in 25. colum. ff. de iureiurand. ubi etiam dicitur probationem priuilegiatam, quæ non legitima de iure communi approbatur tanquam legitima per statutum, ut quod unicus testis cum fama probet, & talis sententia per aliam quodocunque retractatur, gl. in uersicu. confirmantes, & Docto. & in cap. inter Monasterium de re. iud. cap.

- cap. in summa 35. q. 9. & in d. cap. consanguinei & in cap. ex parte de rest. spol. l. qui adulterium, & ibi Angel. C. de adulte. Dec. in cap. cum cessante colum. 6. de appell. Alexan. in l. si in rixa. ff. ad l. Corn. de sicca. † Item nec sententia excommunicationis non transit in rem iudicatam, ca. ad reprimendam de off. ordia. & ibi glo. in uers. suspendatur. Dec. in cap. qua fronte de appella. nisi ad præsumptionem iustitiæ cum post decem dies sumatur pro ea, ut sic excommunicato incumbat onus probandi de iniustitia, d. cap. ad reprimendam, & cap. sacro de sent. excommunicata. Doc. in d. cap. consanguinei. Ibi dicunt, quod contra sententiam, quod quis non sit excommunicatus, is semper auditur, probaturus contrarium, ne contra conscientiam
- 12 habeat excommunicari. † Item sententia nunquam transit in rem iudicatam quando est iniqua euidenter ex inspectione facti euidentis. Bald. in l. r. C. senten. rescinden. non possessio. Innocent. & Doc. in capitu. fraternitatis de frigid. & malef. Alex. in conf. 52. in 4. par. & etiam in l. admonendi. ff. de iur. reiuran. colum. 7. Sententia igitur in casibus in quibus nõ transit in rem iudicatam, potest dici nulla ratione ordinis iudicarij, & iniusta propter merita causæ. Hostien. & alij Docto. in d. ca. consanguinei ubi dicunt verum etiam post decennium, sed non per appellationem post decem dies, sed per uiam quærelæ quandocunque ut ibi per glo. in uers. probaretur, Glo. & Doct. in capitu. ad reprimendam in uerbo. suspendat de offic. ordin. & in cap. ex literis in uerb. supplicauit de restitut. in integrum
- 13 sententia non transit in rem iudicatam, contra † matrimonium, quod sanctitate, nobilitate, & prioritate omnes mundi contractus antecellit. Felix Malleoli in tract. de matrimonio nu
- 14 mero 20. Quod verificatur, † quia fuit institutum in Paradiso ab ipso Deo, & ante peccatum. Genesis in capit. 2. in fin. ibi. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et ita habetur in capitul. vni. de uot. libro 6. ex tunc non fuit institutum contra peccatum, cum peccatum non erat: sed erat institutum in remedium naturæ & humani generis propagationem. Post peccatum fuit institutum tempore legis naturæ in firmitatis remedium. Hieronymus ait super lucam quod est translatum in cap. sicut in §. 1. & 2. 22. quæstio. 2. Prima institutio coniugii in paradiso facta est, ut esset immaculatus Torus, & honorabiles nuptiæ ex quibus sine ardore concupiscentiæ cõciperent, sine dolore parerent. Secunda institutio propter illicitum

licitum motum eliminandum extra paradysum facta est, ut infirmitas prona in ruinam turpitudinis honestate exciperetur, coniugij. Hoc ait Aug. de bono coniugali, quod translatum est 32. q. 2. cap. quicquid. In lege Moyfi fuit institutum matrimonium, quo ad distinctionem personarum, sed secundum, quod representat mysterium coniunctionis Christi, & Ecclesie institutionem, habuit à lege gratiæ, & secundum hoc dicitur sacramentum legis gratiæ. Quod ante aduentum Christi non fuerat tale institutum, & ulterius matrimonium fuit, & est sacramentum. Nam fuit sacramentum ab institutione matrimonij, & adhuc est inter infideles, ut dicitur in cap. gaudemus de diuor. ubi dicitur, quod cum sacramentum coniugij apud fideles, & infideles existat, sed aliter, & aliter inter fideles, & infideles. Et quod sit sacramentum attestatur Apostol. ad Ephesios, in cap. 5. ibi loquendo de matrimonio dicit. Sacramentum hoc magnum est. Sed in quo consistat sacramentum? R. In verbis consensu de presenti, & non in benedictionibus sacerdotis, quæ sunt, quoddam sacramentale, licet in ca. cum in Ecclesia de simo. videatur præsupponere, quod in benedictionibus sit sacramentum. Quod debet intelligi sacramentum pro sacramentali. Et licet matrimonium absque carnali copula sit sacramentum unionis Christi, & Ecclesie, quæ est per charitatem, non tamen figurat illam, quæ est in naturæ conformitate. † Sed matrimonium consummatum utranque unionem figurat, à quo tria bona dicuntur fides, proles, & sacramentum. In sacramento attenditur, ut coniugium non separetur. In fide ne post vinculum coniugale cum alio, vel alia contrahatur. In prole ut à matre suscipiatur, & religiosè educetur, cum proles non dicitur bonum matrimonij, solum in quantum per matrimonium generatur. Cum igitur matrimonium sit tanti momenti, ut supra dictum fuit, merito sententia non debet transire in rem iudicatam. Sed cum matrimonium dicatur dupliciter. † Matrimonium expressum, & verum, & aliud præsumptum. Verum matrimonium est, quando inter legitimas personas interuenit consensus legitimus de presenti. De iure canonico datur aliud matrimonium sine verbis, scilicet tacitum, & præsumptum. Et istud præsumptum dicitur tripliciter, scilicet præsumptum præsumptione iuris, & de iure; & præsumptum præsumptione iuris, & de iure dicitur altero de duobus modis. Vel quando matrimonium in veritate non erat apparens, cum non adesset forma Ecclesie, nec constabat de expresso con-

Y sensu

sensu, tamen ex actu intrinseco lex presumit matrimonium ex tali presumptione, statuit esse matrimonium verum in tantum, quod non excluditur per aliud matrimonium, etiam contractum in faciem Ecclesie, ut in cap. is qui fide de spons. dicitur matrimonium presumptum iuris & de iure. Alio modo quando non solum de fuit aliquid de substantia matrimonij, sed interuenit suum contrarium, ut puta ibi consensus matrimonij, qui est de substantia debeat interuenire, interuenit dissensus, & post dissensum tacitus consensus, Cap. ad id cap. veniens in 2. de spons. vbi inter contrahentes per metum licet apparenter non videatur matrimonium, tamen veniens tacito consensu lex presumit & iudicat matrimonium. Alio modo dicitur presumptum simpliciter presumptione iuris, quando non apparent substantialia matrimonij, sed aliqua signa, seu coniectura ad matrimonium, scilicet subarratio, aut cohabitatio in eadem domo, lecto, & mensa, & vocant se coniuges, ut in capitu. si quis vxorem. Et in capitu. si quis vxorem desponsauerit, 27. questio. 2. & in capitu. nostrates 30. questio. 5. & in capitu. illud de presump. Sed admittitur probatio in contrarium, & in omnibus his presumptis matrimonijs habet locum opinio Hostien. Anton. & Abba. scilicet quod tenet, matrimonium sine uerbis. Quia in iudicio Dei principalior est consensus interior, quam expressio eius exterior, secus in Ecclesie iudicio militantis, quia principalior est consensus exterior, quam interior, quod admodum est considerandum, & cogitandum, & in hoc nihil dicere audio, veritati acquiesco. Sed formanda hic est presens questio, an snia de qua supra habeat, uel hie debeat locum, dum taxat in matrimonio expresso, & vero, in quo interuenit consensus inter legitimas personas iuxta ordinem sancte Romanae Ecclesie? An etiam in matrimonio presumpto? Et credo, quod sic, adductus hac ratione potissima, quod in dubio iudicandum est pro matrimonio. Abb. in cap. ex literis nume. 7. de spons. de matrimonio autem putativo licet habeat priuilegium matrimonij veri, quo ad priuilegiandum exactionem dotis, l. si cum dotem s. si mulier. ff. soluto matrimon. tamen secus quo ad alia ut probatur in l. si concubina. ff. rer. amot. ideo de hoc nihil dico. Potest tamen dici, quod in isto cap. lator ex quo non appellauit sententia intra decem dies non debebat audiri contra illam, cap. quod ad consultationem glo. si. in d. cap. lator soluit, & bene dicit hoc esse speciale in causa matrimoniali, quando ex

illius obseruantia nutritur peccatum. Vnde si est lata contra legitimum matrimonium, vel pro matrimonio, quod obstante canonico impedimento subsistere non potest, nunquam transit in rem iudicatam d. capitulo consanguinei. Secus si fuit lata pro matrimonio, nullo subsistente impedimento, quia tunc ex eius obseruantia non nutritur peccatum.

17 † Impedimenta matrimonii sunt in duodecim casibus. Primus casus est, qui impedit furor, 3 2. quest. 8. capit. neque furiosus, inter furiosum, & furiosam, non contrahitur matrimonium, contractum vero ante furorem non dissoluitur. Ratio quia non possunt consentire, secus si habent lucida interualla. Secundus si careret articulis, id est testiculis, vel impotens in coitu, 3 1. q. 7. cap. illi. Tertius est affinitas, cap. discretionem de eo qui cogant. cons. uxor. Quartus est error in persona, ut cum quis putat contrahere cum Clara, & contrahat cum Marcella. Quintus est error in conditione seruili, ut si quis contrahit cum aliqua, putans eam esse liberam, cum tamen non est libera, ca. 2. de coniug. seruil. Sed quid dicendum de Iacob, qui deceptus fuit in persona? Qui putans Rachelem cum qua cōtraxerat inuenit Lyam, & tñ tenuit matrimonium, quia ex consensu subsequenti post copulam carnalem in eandem de nouo consensit. Error tamen qualitatis nō excludit consensum matrimonii, ut si putatur bonus, qui est malus: si putatur uirgo, & inuenitur corrupta: si diues tamen reperitur pauper, his casibus non dirimitur matrimonium contractum, tenetur uiuere sub tali iugo, videant, & considerant antea, cum postea penitentia non prodest. Sextus est votum solemne, ut sacri ordinis, vel professionis unde si quis professione facta in religione, uel sacro ordine uxorem duxerit dirimitur matrimonium, capi. insinuante, ut cler. vel uouent. cap. unico de uot. lib. 6. Alia autem uota simplicia licet impediunt contrahendum, non tamen dirimunt iam contractum. Exemplum ut si quis uouerit simpliciter non uelle uxorem ducere, & postea duxerit tenet matrimonium, sed ille peccat mortaliter. Sic contrahens, & non debet petere debitum ab uxore, sed tamen tenetur reddere, quando petitur ab ea. Notab. Docto. in capitul. Rursus, qui cler. uel uot. sed tamen si quis habens votum simplex quærat a sacerdote an possit contrahere? Dat consilium Host. quod potest dicere, quod sic. Si autem quærat ulterius, an tale matrimonium tenebit? Debet dicere, quod non, alias peccaret, quia daret occasionem

causationem mortaliter peccandi. Septimus si machinatus est in mortem prioris coniugis, seu uxoris, vel eam ducere promisit, cap. significasti de eo. qui dux. in mat. quam pol. dicit enim Io. Andr. in capi. laudabilem de conuers. in fid. quod quando machinatio est ab utroque, scilicet a viro, & a muliere in mortem mariti tunc sufficit ad dirimendum matrimoniū sine adulterio. Quando uero machinatio est ab altero tantum, tunc non sufficit sine adulterio, capi. 1. de diuort. Et istud imprimendum est mēti tenendumq;, quia raro iste punctus intelligitur. Octauus si est alterius cultus, vt sarracenus, vel iudæus, cap. Caue 28. q. 1. Nonus si per uim coactus est contrahere, vt de spons. c. cum locum, & intellige de ui, vel metu, qui cadit in constantem uirum, vt dicit, gl. 1. quæ dicit etiam, quod minor metus excusat fœminam, quam uirum. Decimus est sacer ordo, ut qui cleric. vel uo. capit. 1. & de uot. capit. unico libro 6. Undecimus si est altera nuptus, de spons. duo, capi. 2. Duodecimus est publicæ honestatis iustitia, capit. iuuenis, & capit. ad audentiam 18 de sponsa. † Sunt alia duo impedimenta, quæ impediunt, & non dirimunt, scilicet tempus feriarum, ut de fer. capital. Capellanus, & interdictum Ecclesiæ, ut de desponsa. impube. cap. ad dissoluendum, & de omnibus istis secundum contingentia facti considera. His ita deductis animaduerte, quod sicut sententia non transit in rem iudicatam, quo ad sententiam uinculi ita nec quo ad separationem Tori, quominus possitis ad cuius petitionem fuit separatum matrimonium quoad totum, coniugem sibi reconciliare, de quo leg. in aurem. Sed hodie C. de adult. & in cap. gaudemus de conuers. coniug. per Io. Andr. in capi. ex literis de diuort. & per hæc concluditur, quod contra matrimonium nunquam sententia transit in rem iudicatam, quia illa retractari potest prætextu erroris. Tamen pro ea præsumitur, tam pro iustitia, quam pro processu, donec contrarium probetur, quod intellige post lapsum decem dierum, de quo per Inno. in cap. bonæ de elect. & Host. in d. capit. lator de sent. & re. iud.

S V M M A R I U M.

- 1 Appellatio generalis respectu causæ non valet.
- 2 Appellatio est remedium contra sententiam ubi non extat declaratum non admittitur.

Appel.

- 3 Appellatio nec specialis nec generalis non valet nisi sit exposita causa.
- 4 Appellans de iure canonico pœna extrinseca, non est puniendus.
- 5 Appellantis pœna de libris quinquaginta auri est, quando quis calumniosè se appellauerit.
- 6 Appellantis pœna de iure civili temere est de libris viginti argenti.
- 7 Appellantis pœna de iure canonico est nisi in expensis.
- 8 Appellantis pœna de iure canonico est arbitraria.
- 9 Calumniæ delictum non debet remanere impunitum.
- 10 Appellatio regulariter est permisa nisi reperitur prohibita.
- 11 Appellatio est prohibita in triginta septem casibus, & quod beneficium prestat.

Septuagesimum Primum Privilegium.

- 1 **E**CCLĒSIA gaudet privilegio, ꝑ quod appellatio generalis respectu causæ non valet. Nam quidam abbas fuit, qui se appellavit ab Archiepiscopo super omni causa, quæ contra ipsum moveri posset. Unde Papa requisitus quid iuris Respondet, quòd talis appellatio non valet, capitu. inter cætera de appella. Quare autem talis appellatio generalis non admittatur, ratio decisionis esse potest.
- 2 Si appellatio impedit effectum rei iudicatæ, & si est remedium contra sententiam. Non debet igitur admitti vbi non extaret declaratum, cum non entis nullæ sint qualitates. Nam appellatio non est admissibilis nisi ab instante grauamine, uel comminatione, cap. cum causam cap. cum cessante. cap. ut debitus. c. dilecto de appell. ꝑ Generalis appellatio non valet, nec specialis nisi cā. pbabilis sit exposita, & ita valet in specie, l. si vnus s. pacta, & s. illud. ff. pact. A futuro grauamine non appellatur sed bene a grauamine comminato, & illato. Hic animaduertendum, quòd tria sunt in præsentī, capitu. consideranda. Primo, quòd respectu causæ generalis appellatio non valet. Secundo quòd appellans redarguitur. Tertio quòd appellatio repellitur. Hinc inferē, ꝑ appellās de iure canonico pœna extrinseca non est puniendus, secus aut de iure civili, vt in l. a proconsulib. C. de procur. & in l. ab executore. C. quo. appella. non recip. ubi pœna

pœna infamiae notatur verum, & ius canonicum idem videtur
 sentire quorum ius civile sentit, quod sit puniendus, glo. in c.
 5 ad Romanam 2. q. 7. il primo, & † pœna appellantis frustratorie
 est, vt ibi dicitur de libris quinquaginta auri. Quæ quidem pœ-
 na habet locum, quando quis se calumniosè appellauerit, pro-
 positum in prædicto allegato cap. inter cætera in quo habetur
 quod generalis appellatio non admittitur. Modo videtur in c.
 consuluit el secundo, eo. titu. aliud contrarium, quod immo ap-
 pellatio generalis est admittenda, adeò quod hæc capitula con-
 trariantur. Sed hoc non verificatur, quia cõcordantur. Nam in
 primo ca. loquitur de omni grauamine, quod contingere pos-
 set. In hoc enim secundo, cap. consuluit loquitur de omni gra-
 uamine, quod ex una causa sibi inferri possit, & ita hæc de-
 creta ad concordiam reducuntur. Ita igitur, & pœnæ propter
 interpositam appellationem sunt distinguendæ, & affigendæ in
 6 suis locis. Ideò ita distinguendum arbitror. † Quod aut quis
 temerè, aut importunè appellauit, & punitur de iure civili, vt
 in l. quisquis. C. quo. appella. non recip. & est pœna librarum
 20. argenti multandus, dummodo calumniosè non se appella-
 7 uerit. † Sed de iure canonico talis appellans non punitur nisi
 in expensis. Sed si non est soluendo potest puniri in corpore, ca.
 reprehensibilis de appella. & in capit. finem litibus de dolo, &
 contuma. Alia etiam pœna extrinseca puniri poterit si iudici
 visum fuerit, argum. in cap. frequens de restitu. spolia. lib. 6. &
 l. nõ ignorat, C. de fruc. & lit. exp. Aut quis calumniosè appella-
 uit, & tunc in præsumpta calumnia dicendū, vt supra. Nã eo ipso
 q̄ appellans succumbit, præsumitur calumniatus, ut probatur,
 in c. 1. de elec. lib. 6. & bene probat ille tex. quod de iure cano-
 nico non habent locum pœnæ legales. Nam pro præsumpta ca-
 lumnia imponitur alia pœna, & in certo casu tantum, scilicet
 cum quis deficit in probando, quod obiicit in personam electi.
 Aut quis conuincitur de calumnia ex perspicuis coniecturis,
 seu iudiciis. Vel quod eam contemptus appellauerit, & tunc
 8 puniri debet, † de iure canonico, pœna tamen arbitraria, cap.
 9 cum parati de appell. † Nam calumniæ delictum non debet
 remanere impunitum, etiam de iure canonico, vt de calum.
 per totum, sed de iure civili seruantur leges allegatæ. Sed videa-
 mus an appellatio sit semper aut quando admittenda: Et dicen-
 10 dum est, † quod appellatio regulariter est permissa, nisi repe-
 riatur prohibita, gl. in ver. restituitur, & Docto. in l. qui restituere.

re. ff. de re. uend. l. in maioribus, & ibi Bar. C. de appella. glo. in
1. auth. de ind. & plenius in Specu. de appella. §. in quibus, † ubi
ponit 37. casus in quibus est prohibita appellatio. Specul. in §.
postquam eo. titu. in princ. in uerfi. & quidem ponit regulam,
quod regulariter est permiffa. Paris. de Put. in trac. de find. in c.
de officiis find. in uer. appellatio Bar. Soc. in conf. 95. incipiēte
circa 1. ver. sed præmissis non obstatib. & in conf. 100. inci. in cā
interpellationis uerfi. secundum est in 2. parte. Hinc infertur, q̄
quando sumus in appellatione permiffa, tam appellans, quā
appellatus potest allegare, & producere in causa appellationis
non allegata, uel producta in causa principali, l. per hanc. C. de
tēpo. appellat. & per Fely. in cap. prudentiam in 1. colum. uerfi.
glo. 1. de mutu. petitio. quod uerum est. Primo si deducenda tā
gant deducta in causa principali de cuius ualiditate fuerit du
bitatum. Secundo uerum quando in causa principali non po
tuerunt produci, quæ de nouo sunt producenda, non tamen
fuerunt omiffa causa iudicii dilatandi. Tertio uerum nisi iudex
requirat, quia sententiam suam non potest iustificare in causa
appellationis. Innoc. in cap. cum clamor de testam. Quarto ue
rum in appellatione à diffinitiuā, secus interlocutoria. In Clem.
appellanti, l. ait prætor de appella. & ibi Bar. in l. 3. ff. de minori
bus, colum. 1. uerfi. Tertio est notandum, & in l. arbitrio. ff. de ap
pella. recip. in 2. colum. Doct. in d. l. per hanc C. de tempo. ap
pel. quod uerum nisi interlocutoria sit lata contra absentem, d.
l. ait prætor. Itē uerū nisi iudex noluerit audire probationes, &
allegationes appellantis ab interlocutoria, l. ait prætor §. quid
tamen. ff. de minor. cap. interposita de appella. Itē, n. uerum nisi
esset talis interlocutoria, cuius grauamen non possit reparari
per appellationem à diffinitiuā. Doct. in d. l. per hanc. Item ue
rum nisi interlocutoria à qua appellatur habeat uim diffiniti
uā, quia tunc appellatio potest iustificari, etiam ex aliis causis,
quam ex primis, secundum Dominos de Rota in decis. 494. Itē
uerum quando directo appellatur ab interlocutoria, quia tunc
causa non deducta in principali non potest deduci in appella
tione. Secus si indirectē, ut quia appellatur a diffinitiuā, & in cō
sequentiam uertitur grauamen illarum in interlocutoria, quia
tunc causa non deducta in causa principali, potest deduci in
causa appellationis Bald. in l. generaliter. §. sed iuramento in 1.
colum. C. de rebus cred. Inno. in cap. quo ad consultationem in
in 2. colum. super glo. in uer. iudicare de re iudica. Item quinto
uerum

verum ubi exceptio, vel allegatio oriretur ex facto aduersarii, l. tale §. quæ prouocauit. ff. de pact. Sexto possunt produci etiam noua capitula, Doc. in d. l. per hanc. Septimo possunt mutari in eâ appellationis positiones factæ in prima causa post lit. contestatam. Octauo potest Iudex appellationis punire testes, qui in causa principali falsum deposuerunt. Bald. in cap. i. 4. colum. ver. extra quæro in tit. si int. dom. & vafal. l. foria. Nono potest verbum dubium prolatum in causa principali declarari in causa appellationis, Bald. in idem Pomponius. §. plures. ff. de re. vèdi. Decimo possunt testes producti in causa principali: publicari in causa appellationis. Bald. in titu. de pac. constantie. §. in causis in 2. colum. ver. acta autem, & in l. prolatam. C. de sent. Undecimo potest positio, & cõfessio erronea reuocari in causa appellationis, Bald. in l. edita 37. colum. C. de edend. Duodecimo compensatio potest opponi in causa appellationis, Specu. de appella. §. pen. Tertiodecimo exceptio falsi tutoris exclusiua in prima causa potest iterum opponi causa appellationis ad quam cautio non extenditur, Spe. de tut. vers. consuluit. Quartodecimo uerum est, etiam in reo, qui producit non producta, Spe. de appel. uero non propositum. Itẽ opponi non opposita, Specul. de procur. §. i. vers. quid si procurator. Quinto decimo uerum etiam in curia Romana in qua omnia possunt denuo actuari, & suppleri, Specu. de appel. vers. quando causa. Item opponit non opposita, Specu. de procura. §. i. vers. quid si procurator. Sextodecimo defensio probata per unum testem in causa principali potest probari in causa appellationis, cap. cum Iu. & Doc. ibi de re. iud. ubi dicitur. Semiplena probatio suppletur in causa appellationis, Spec. de appe. vers. casus talis est ubi etiam dicit, quod si in prima causa produxi duos testes, quorum vnus probauerit, alter non potest, tertius produci in causa appellationis, qui probet plene, Inno. in c. cum clamor de test. & cap. ex tenore, & cap. cum in tua eo. tit. quod ad confirmationem prioris probationis possunt noui testes induci post didicita testinca. ta, & sic super eisdem. Decimosextimo bonafides, & titulus allegare, & produci possunt in causa appellationis Bald. in d. l. per hanc. Decimo octauo possessio aduersari potest probari in causa appellationis Bal. in d. l. per hanc in 7. colum. in fin. Decimono. no accusator potest se subscribere ad penã talionis in causa appellationis Bal. in d. l. per hanc in 4. col. Vigesimo hæres auditur in causa appellationis, opponens ex persona defuncti Bal.

ibi-

ibidem in col. 7. vers. pone hic decessit. Vigesimo primo Procurator producit mandatum non productum in causa principali, Cyn. Bal. in d. l. per hanc in ult. colum. vers. quærit. Vigesimo secundo novi testes produci possunt in causa appellationis, si alii producti in causa principali dixerunt non recordari, uel nihil scire. An autem novi testes possint produci in causa appellationis? Cyn. & Bar. in d. l. per hanc. Vigesimo tertio in causa appellationis potest fieri reconuentio, secundum Doct. post Cyn. in Auth. & consequenter, C. de sent. Vigesimo quarto exceptio peremptoria ignorâter omissa in cã principali pôt opponi, in cã appellationis, nō si per dolū secundum But. in c. inter monasteriū in 6. col. Sed nota de re iud. Secus tamē est in dilatoria omissa in cã principali. Quia non potest opponi in causa appellationis, l. ita demum. C. de procur. Vigesimo quinto appellas, uel appellatus producit in causa appellationis, etiam si in cã principali fuit statutus terminus à lege, uel a Iudice ad probandum, uel producendum, Innoc. in capitu. cum uenisset in gl. sua in vers. renunciatum de test. Vigesimo sexto, si in cã principali est allegata una causa, nō potest in causa appellationis probari alia cã nisi primo fuerit actum simpliciter non expressa aliqua cã. Bal. in Margarita articuli uers. penu. Item 27. d. l. per hanc procedit nisi in prima causa sit renunciatum specialiter super certo articulo, quia super eodem in causa appellationis nō potest aliquid probari. Inn. in c. cum uenisset in gl. in uers. renunciatum de test. Vigesimo octauo pôt denuntiatio litis motæ fieri uenditori, et in cã appellationis, quæ uertit de euiçtione, l. si rem. §. quolibet tempore uers. præsumitur & uers. item quid. ff. de euiçt. Vigesimo nono potest allegari in cã appellationis causa recusati iuramenti, l. generaliter. §. sed iuramento & ibi Barto. in uer. nota. ex hac, l. C. de reb. cred. Non tamen opponitur exceptio dolo factis, quæ fuerit omissa in causa principali, secundum Bald. in d. l. Per hanc dubitari potest, nec etiam reconuentio fieri potest, secundum Bald. ibidem colum. ult. uersic. extra quæritur nec compromissum peti, Pau. de Cast. in consil. 63. Nec exceptiones contra personam omisæ in causa principali possunt opponi in causa appellationis, Pau. de Cast. in consil. 63. Bald. in d. l. per hanc, sed instrumentum pacis produci potest, licet ex forma statuti produci debuerit ante sententiam, in causa principali. Item potest probari quod de nouo superuenit, etiam stante statuto in contrarium, quod iudicetur exprimis actis

Bal. in l. inuitus in 3. col. ver. consuluit, C. de procurat. Felyn. in cap. prudentiam in col. 1. in ver. in gl. de mutui petition. Stantibus, his quærendum puto, quid si appellatio interponitur alteri nativè respectu iudicium, nunquid valeat? Gl. in ca. is cui de offic. deleg. lib. 6. & ibi Io. And. quòd de iure civili possit talis appellatio tollerari. Quia ex quo illo iure iudex est certus, & non potest inducere obscuritatem. Sed de iure canonico còcludit, quòd non ualeret cum possit appellari omisso medio, ut habetur apud Dominos de Rota, decis. 202. ubi dictum Io. And. dicentis quòd aduersarius poterit in prosecutione certificare appellatum. Vnde dici potest, quòd aut est talis alternatiua, quæ non habet inducere incertitudinem, puta quia appellat ad iudicem competentem, vel incompetentem, & tunc idem dicendum, quòd de iure civili. Nam illa pars repellit iudicem incompetentem. Aut posset ad utrūque appellare, & tunc si iusta causa illum excusat in discernendo, quis sit competens puto appellationem ualere, argum. eorum quæ not. per Inn. in cap. constitutus de in integr. rest. & in l. 1. ff. quor. legat. & in cap. 1. de postul. prælat. lib. 6. cessante iusta causa. Opinio Ioan. Andr. est tenenda. Ex prædictis discussis in præsentī materia habes in specie generalem appellationem respectu causæ non ualere. Et appellatorem redarguendum. Et appellationem repellendam; & quod beneficium præstat appellatio.

S V M M A R I U M.

- 1 *Contra peregrinantem, seu proficiscentem ad Papam non est aliquid in nouandum.*
- 2 *Peregrinantes ad Papam cum omnibus rebus suis sub protectione apostolica debent esse securi.*
- 3 *Fugiens ex carceribus habetur pro confesso.*
- 4 *Sententia contra absentem quomodo habebit effectum?*
- 5 *Fugiens ex carceribus ad superiorem est securus.*
- 6 *Bona Ecclesiastica, & temporalia præbyteri proficentis Romam gaudet privilegio restitutionis.*
- 7 *Priuilegium tributum rebus Ecclesiasticis recipit extensionem ad bona temporalia.*
- 8 *Priuilegium restitutionis habet locum si præbyteri accessissent Romam tam pro uisitatione sanctorum corporum quam pro obtinenda gratia à summo Pontifice.*

9. Clerici an possint peregrinari sine licentia suorum praelatorum?
 10. Papa non concedit literas laico contra laicum.
 11. Iudex secularis non potest inhibere laico ne respondeat coram Ecclesiastico.

Septuagesimum Secundum Privilegium.

1. **E**CCLESIA gaudet privilegio, quod ꝑ contra peregrinantem, seu proficiscentem ad Papam non est aliquid innouandum. Nam si quidam presbyter uellet ire ad Romanam curiam causa peregrinationis res suas, & Ecclesie sue non posuit sub protectione Papae. Et post iter arreptum, res predictas aduersarij abstulerunt. Vnde conquestus cum Papa. Ait Papa. Licet presbyter non posuerit res suas, & Ecclesie sub protectione ipsius, ex quo hi qui ad ipsum accedunt cum rebus suis debent esse securi. Ideo mandat quibusdam quatenus quicquid ei presbytero ablatum fuerit, post arreptum iter restituatur, cap. 1. de cleric. peregrin. Ratio autem decisionis fuit haec. ꝑ Quia peregrinantes ad Papam cum omnibus rebus suis sub protectione apostolica debent esse securi. Immo et si fugeret quis ex carceribus, & ad iudicem superiorem arripit iter, ut audiatur in causa sua pro iustitia, accessus ille loco appellationis habetur, secundum Host. in capitu. ut debitus de appel. per quo Ba'd. dixit esse tex. in l. sed si per praetorem, §. si. ff. ex quibus caus. maio. & per Bar. in l. i. §. si quis ipsi praetori. ff. de oper. nou. nunt. ꝑ Nam qui fugit ex carceribus habetur pro confesso crimen illud, pro quo fuit detentus, uel arrestatus in palatio, vel ciuitate de mandato Iudicis, l. in eos. ff. de custo. reor. Adeo, quod Iudex contra illum fugientem poterit ferre sententiam, ac si fuisset uere in iudicio confessus, ut sequi possit confessionis effectus. Est tex. in l. si apparitor. C. de coartal. l. i. ꝑ Sed si est absens quomodo sententia habebit effectum, cum absens in criminibus damnari lex uetat. l. absentem. ff. de pen. Vnde intelligitur, quod habeat effectum, eo modo quo de iure haberi potest, satis est. ꝑ Quod sicut fugiens ex carceribus ad superiorē est securus. Quia non potest puniri ex quo extiterit ex arrepta fuga confessus, sed habetur eius accessus loco appellationis: multo fortius securus esse debet cum rebus suis

omnibus præsbyter, qui arripuit iter ad curiam Romanam, quasi confusus protectione apostolica, a qua non fuit fraudatus, sed restitutus. Et ita securus extitit. Hic vnum valde considerandum, quod in litera, tex. d. cap. i. de cleric. peregrinantibus habetur, † quod res suæ, & Ecclesiæ ueniunt restituende adeo quod nedum bona Ecclesiastica, verum etiam temporalia gaudent priuilegio restitutionis respectu personæ. † Nam priuilegium tributum rebus Ecclesiasticis, recipit extensione ad bona temporalia, capitu. si clericus laicum de foro compet. & in cap. similiter 16. quæst. 1. † Hoc priuilegium restitutionis nedum habet si præsbyteri accessissent peregrinantes, ut uisitent sanctorum corpora, cæterasque reliquias, quibus Roma munita, & decorata reperitur, verum etiam si duntaxat accederent ad Summum Pontificem pro obtinenda aliqua gratia, uel ex quacunque causa, quod aperte percipitur ex tex. ibi ex illo verbo ad nos. Hinc infertur talis quæstio. † An clerici possint peregrinari sine licentia suorum prælatorum? Dicit Hostiensis. Quod aut uolunt accedere causa meræ peregrinationis propter deuotionem, & tunc non licet sine superioris auctoritate, ut in capit. Non oportet de consecra. distin. 5. Etiam si sint Episcopi, ut in cap. magnæ de uot. Aut non accedunt causa peregrinationis, sed pro appellatione prosequenda: uel pro euitanda aliqua oppressione, tunc possunt accedere ad Papam non ad alium superiorem etiã eorum Prælato inuito, cap. omnes oppressi 2. q. 6. De honestate tamen debent petere licentiã cap. licet de regn. iur. Aut uolunt accedere, & peregrinari pro utilitate eorum tantum, sine causa necessaria, & tunc tenendû, quod sit opus auctoritate Prælati, uel Domini Papæ. In aucth. de sanc. Episcopis s. interdiciamus. Tamen in quacunque causa ablatum præsbytero restituitur. Pro quo habendo de consuetudine habetur, q̄ in plerisq; partibus laicus indistinctè potest conueniri p̄ clericû in iudicio Ecclesiastico. Vnde habuit ortû hæc cõsuetudo: Respondet Gl. in d. c. Si clericus, q̄ ex negligẽtia laicorû in exhibẽdo iustitiam clericis. Dicit tamẽ unum notabile verbû, q̄ Papa hodie de consuetudine generali concedit literas indistinctè clerico agenti, contra laicum, siue iudices laici sint negligentes, siue nõ. Et nõ. in gl. † Quod laico contra laicû Papa nõ concedit literas, nisi in casibus not. Abb. in c. licet & in c. ex tenore de foro competen. Sed clerico contra laicum concedit indistinctè ex quacunque causa, ex generali stylo curiæ, Archid.

in

in cap. iudicatum 89. dist. ubi dicit se vidisse hoc de facto in quadam causa. Et in tantum dicit hoc verum, quod si propter hanc exceptionem, quod causa est prius tractanda in foro rei appellaretur non darentur literæ in causa appellationis. Et pro hac consuetudine facit, cap. si. de iud. Specul. in tit. de compet. Iud. s. regulariter in prin. & clarius in uers. 30. & uers. sequen. Et dicit hoc in tantum verum, quod dato, quod Iudex secularis, & laicus conuentus se paratos offerrent ad exhibendam iustitiã, per hoc nõ impèdiretur iurisdictio delegati Papæ. Nec potest. 11† Iudex secularis tunc inhibere laico ne respondeat coram Ecclesiastico. Hoc commune dictum limitatur, quãdo quæstio inter clericum, & laicum non est feudalis. Nam si est feudalis tunc licet Papa det literas tñ delegatus non exequitur nisi Dominus feudi negligat facere iustitiam, ut probatur in capit. ex transmissa de foro compet. quia hæc quæstio feudalis habet specificam materiam, & iudicatur per leges speciales, & non per generales, Capi. cæterum de iudic. probatur. in cap. 1. de feud. cogn. facit quod not. Bar. in l. 1. s. & post operis. ff. de nou. oper. nunt. & in l. 2. C. de Iud. ex his igitur habes ablata præbytero peregrinanti fore restituenda nedum Ecclesiastica uerum etiam temporalia.


S U M M A R I V M.

- 1 Iudex inferior non potest cognoscere confirmata per Papam nisi confirmatio esset subreptitia, vel de re litigiosa.
- 2 Impetratio super re litigiosa & subreptitia non facit supersedere iudicem in causa cognitione.
- 3 Confirmatio de re litigiosa est nulla.
- 4 Confirmatio dicitur facta in forma communi quando fit conditionaliter non cognita causa.
- 5 Confirmatio uetus ius confirmat, & consolidat quando fit ex certa scientia.
- 6 Clausula suppletæ per Papam omnem defectum, &c. facit inualidum ualidum.
- 7 Confirmatio tria operatur.
- 8 Confirmatio est iuris prius quæsti corroboratio.
- 9 Confirmationis natura est addere confirmato, & non extendere.
- 10 Confirmatio est ad aliud relatio, & pendet ab illo tanquam substantiali.

Sen-

- 11 *Sententia lata super aliquo qua transiit in rem iudicatam potest confirmari.*
 12 *Legitimus ad maiorem cautelam petere potest, quod iterum legitur.*
 13 *Statutorum confirmatio generalis non comprehendit, ea qua sunt contra libertatem Ecclesiasticam etiam si non exprimatur.*

Septuagesimum Tertium Privilegium.

- 1  **E**CCLESIA gaudet privilegio, † quod de re sciēter confirmata per Papam, inferior iudex cognoscere non potest, nisi confirmatio non tenuerit. Vt quia subreptitia, uel de re litigiosa. Vt si moueretur quęstio cōtra aliquę super aliqua re, reus lite pendente impetrat a sede Aposto. confirmationem rei litigiosę. Quęritum fuit an Iudex super hoc supersedere debeat causę cognitioni: Respondēt, quod ea non obstante de causa cognoscere debet, & eam sine dubio terminare. Sed si rem pacificę possidebat, quando confirmationem obtinuit, non licet postea de quęstione suborta cognoscere, uel diffinire sine mandato Apostol. sedis, c. 1. de confirm. util. uel inutil. Ratio autem decisionis, esse potest. † Quia impetratio per reum super re litigiosa ex quo est surreptitia, non facit Iudicem supersedere in causę cognitione. Sed si obtinisset confirmationem super re possessa de quęstione suborta iudici cognoscere non licet absq; mandato sedis Apostol. Nam Iudex inferior confirmata per Papam cognoscere non potest. Sed si non tenent uti subreptitia cognoscit. Hic considerandum uenit, quod sententia, seu processus iudicialis quandoque confirmatur per superiorem, & potest dubitari de ualiditate, uel inualiditate confirmationis. † Vnde confirmatio de re litigiosa est nulla ipso iure. Hinc est, quod Iudex inferior ea nō obstante ad ulteriora procedere potest, hoc tamē intelligendo, quod in illa confirmatione non fuerit adiectum uerbum nullum de re litigiosa. Sed si facta fuisset mentio de ea Iudici inferiori, non licet. Cōfirmatio, igitur quandoque tribuit multum nouum iuris, ut confirmatio electionis facta per superiorem. Quę tribuit potestatem ad ministrandi, ut in cap. transmissam, & in cap. qualiter de elect. quan-

quandoque nullum ius tribuit, ut est confirmatio cuiuscunque rei facta per Papam in forma communi. Sed solet impetrari ad cautelam, ne iudicatur sine scientia Papæ procedere, ut magis timeatur. † Et dicitur facta in forma communi, quando fit conditionaliter non cognita de causa. Ut confirmamus tibi possessiones, quas iuste possides. Vel p similia verba seu per similem formam. Et de hac confirmatione vide tex. in cap. quia diuersitatem de concess. præben. & ibi glo. † Quædam confirmatio uetus ius confirmat, & consolidat, ut quando fit confirmatio ex certa scientia. Et dicitur ex certa scientia, quando totum negotium fuit Papæ reseruatum. Ipse postmodum confirmauit, maximè apponendo clausulam ex certa scientia. Et hæc confirmatio operatur plus, vel minus secundum subiectum dispositum. Nam si iuste possidebat, operabitur, ut inferior non possit amplius de illa re cognoscere. Sed utrum iuste possideat, uel ne? Ut in cap. 2. de confirm. util. uel inutil. quandoque operatur maiorem effectum. Nam si iste iuste non possidebat incipit iuste possidere. † Unde solet Papa opponere clausulam suppletives de plenitudine potestatis omnem defectum, & c. & sic in ualidum facit validum, ut in capitu. 1. de trans. capit. hæc quippe 3. q. 7. Sed ut materia clarè distinguatur. Ita dicendum est. Quod aut confirmatio fuit facta in forma communi, & tunc non præcludit viam iudicibus ordinariis cognoscendi de ualiditate iuris confirmati, seu de iure competenti ei qui obtinuit confirmationem. Quia talis confirmatio parum aut nihil operatur. De hac confirmatione non loquitur, d. ca. 1. & 2. de confirmat. util. uel inutil. aut confirmatio fuit facta ex certa scientia, & tunc si est subreptitia puta quia fuit obtenta super re litigiosa non habita mentione delitigio. Vel alio modo peccat in subreptione & dicendum est idem. Non enim ualet talis confirmatio, ut in d. cap. 1. & seq. & hoc intellige quando notoriè constat de uitio subreptionis, ut dicit Innoc. in d. cap. seq. † Confirmatio tria operatur. Primo maiorem auctoritatem tribuit. Deinde supplet, quod est in ualidum. Ultimo reuocari non potest confirmatum sine licentia confirmantis, gl. in cap. frater 17. q. 4. Sed quæro an confirmatio ualeat, si non apparet originalis concessio, quæ confirmatur? Bald. tenet, quod non in l. falsus in 2. col. in princ. C. de furt. vide Bald. in add. Specul. de instrum. edit. in 9. colum. in princip. versi. an ualeat confirmatio, in Specul. eod. titu. §. nunc autem uidendum uersicu. Item oppono con-

tra confirmationem, ubi ponit an sufficiat ostensio confirmationis, sine ostensione priuilegij? Adde text. not. & ibi Bal. in l. donatio. C. de donat. & Bald. in l. aduersus in fi. C. si aduer. re. Iud. & de hoc articulo an ad probationem prius concessorum sufficiat, producere confirmationem? Vide Abb. in c. inter dilectos, in 6. colum. cum sequen. de fid. instrum. Dec. in rubr. de confirma. vtil. uel inutil. ubi plura ponit. Quod semper præsupponit aliquid esse quod confirmetur, & quod non se extendit ultra quod confirmatus, se extēdat. Cum natura cōfirmationis est addere cōfirmato, & non extendere. Quod verum existimo, considerando, † q̄ confirmatio est iuris prius quæsi corroborationis. Ita nota. Hostien. & Gos. in summa eo. titu. & Imo. simpliciter hic refert. Sed addi debet, quod facta sit per superiorem, per ea quæ not. Bal. in l. barbarius in fi. uers. & noto. ff. de offi. prator. Et bene dicitur iuris prioris quæsi corroborationis, quia confirmatio semper præsupponit aliquid prius esse, quod confirmetur ut nota. Bal. in l. nominationis circa fi. circa fin. uers. conclude ergo. C. de appellat. & ideo idem Bald. ibi in uers. Illud, certum est, dicit quod confirmatio commensuratur ad illud, quod confirmatur & non extenditur ultra quam actus confirmatus se extendat. † Natura enim confirmationis est addere confirmato, & non extendere, ut Bald. inquit in l. aduersus in fi. C. si aduer. re. iudic. & not. Paul. de Cast. in 134. notandum est in principi. Raph. Cuma. in consi. 97. stante dicto statuto Alex. in consi. 122. uiso puncto colum. 6. lib. 4. Corn. in consi. 277. Visi consiliis lib. 1. Et ad idem facit, quia aliud est dare, aliud confirmare & eadem res non potest dari, & confirmari, cap. inter dilectos. §. cæterum de fid. instrum. in fi. not. in cap. ueniens. §. nec obstare cum glo. de præscr. & tradit Bal. per tex. in cap. 1. in ti. succel. 10 feud. dare tene. dicens. † Quod confirmatio est ad aliud relatio, & pendet ab illo, tãquam substantiali. Allegat, l. Aurelius §. testamento. ff. de liber. lega. Vnde differentia est an dicatur confirmamus, an sancimus, ut nota. Abb. in consi. 57. in quaestione quæ vertitur. colum. fi. lib. 2. Et ad prædicta etiam facit, quia qui confirmat, non uidetur dare, l. & quia. ff. de iurisd. omnium iud. & not. per glo. 12. distinct. in capitu. perceptis in uerbo nouum. Notandum tamen est, quod ille cui committitur, ut de nouo actum facere possit poterit confirmare, ut nota. Bald. in l. si quis filio, §. irritum. ff. de iniusto nupt. test. Stante igitur hac diffinitione inferri potest, quò d quando actus nullus ex certa scien-


scientia confirmatur, quod tunc propria non dicatur confir-
 matio, quia non est iuris prius quasi corroboratio. Hic igitur
 11 queri potest de hac questione. † An sententia lata super aliquo
 qua transit in rem iudicatum possit confirmari? Innoc. & alii
 concludunt, quod sic. Et ultra ea qua tradunt, Moder. in capit.
 ea qua de re iud. & Alex. in l. si finita. §. eleganter. ff. de damn. in
 fec. Hæc enim conclusio comprobari potest ex eo quod no. bar.
 in l. uti frui §. utrum autem in si. ff. si usufr. pet. ubi inquit: Quod
 licet comes comitatum possideat, potest tamen petere, ut co-
 mes etiam declaretur. Et qui tenutam obtinuit, potest petere,
 quod in ea confirmetur, ut not. Ang. in l. si finita. §. si. ff. de damn.
 infect. Et ibi tradit Alex. Et partes, qua contraxerunt possunt
 petere, quod contractus a Iudice confirmetur, ut not. Bart. in l.
 12 si quos. C. de decur. lib. 10. † Et ille qui fuit legitimatus pete-
 re potest, quod iterum ad maiorem cautelam legitimetur. Ut
 ex pleniori legitimatione se tueri potest, ut tradit Paul. de Ca-
 stro, in cons. 227. Viso testamento circa fin. & institutus, qui re-
 peritur, in possessione beneficii petere potest, quod de nouo in-
 situatur, ut not. Cardin. in cap. post electionem de concess. præ-
 bend. & ibi Abb. in 3. not. idem Abb. in cap. cum olim el. secun-
 do de privileg. cal. in cons. 7. Ista tamen conclusio procedit,
 quando talis confirmatio a Principe petitur. Secus si ab infe-
 riori, quia coram inferiori talis confirmatio peti non potest, In-
 noc. cap. causam qua el. secundo qui fil. sint legitimi, & hanc opi-
 nionem tenet Imol. in l. si contendat. ff. de fideiuf. Sed quid si
 sententia est nulla, & ex certa scientia confirmetur cum causa
 cognitione valida erit, & ulterius de nullitate primæ sententiæ
 non proterit dici. Nec opponi, Ang. in l. 2. in 7. fallen. in si. si quis
 in uer. tradunt Modern. in d. c. ea qua Alex. idem latè conclu-
 dit in cons. 111. Viso themate in prin. lib. 5. Ista conclusio limita-
 tur, ut procedat nisi secunda confirmatoria eo morbo laboraret,
 Anto. de But. in cap. super literis in repet. vers. Sed si dicatur de
 rescri. Limitatur etiam dummodo uitium primæ sententiæ ef-
 fet remissibile de consensu partium, alias secus, ut not. Card. in
 cons. 61. Seriatim in secundo dubio cum simil. ut per Modern.
 in d. capitul. ea qua & hæc limitatio de mente Doctor. est a
 cessante ratione nullitatis, qua erat in prima sententia,
 13 Nec omittendum censeo † quod confirmatio statutorum
 generalis non comprehendit ea qua sunt contra Ecclesiasti-
 cam libertatem, etiam si non exprimatur. Bartol. in l. omnes

populi colum. 8. uerf. Sed nunquid Papa. ff. de iust. & iur. & Alexand. in conf. 38. in lib. 4. Ex his concluditur quid fit confirmatio, & quando habeat locum, & quis ea uti possit, & quando dicatur subreptitia, & quando scienter confirmata per superiorem. Iudex inferior cognoscere non potest, nisi confirmatio sit nulla.

S Y M M A R I U M.

- 1 Clerus quando celebrat populus debet esse diuisus.
- 2 Laicis non licet sedere inter sacerdotes quando mysteria celebrant.
- 3 Clerici sunt digniores laicis.
- 4 Sacra profanis non sunt immiscenda.
- 5 Appellatione populi non uenit clerus nec e contra.
- 6 Appellatione populi ueniunt omnes ciues etiam positi indignitate dum sint eiusdem professionis.
- 7 Priuilegium concessum populo Veronensi comprehendit clericos.
- 8 Statuta laicorum ligant clericos, & Ecclesias.
- 9 Clericorum causa tractatur secundum statuta laicorum, & deceditur secundum ius canonicum.
- 10 Sacramentum, & mysterium differt.
- 11 Laici sedendo inter sacerdotes celebrantes non peccant.
- 12 Statutum loquens de honestate non ligat ad peccatum contra facientes.
- 13 Filij Dei omnes sumus in Ecclesia nec seruus distinguitur à libero.
- 14 Laicis licet accedere ad altare in duobus casibus, causa orandi, & sumendi corpus Christi.

Septuagesimum Quratum Priuilegium.

- 1  G L E S I A gaudet priuilegio, † quòd quando clerus celebrat, populus debet esse diuisus
- 2 † Dum igitur sacerdotes in altari sacra mysteria celebrant, non licet laicis sedere inter ipsos, sed pars illa quæ cancellis ab altari diuiditur clericis seruetur. Tempore uero communicationis, ut mos est laicis, & feminis Sancta Sanctorum pateant,
- 3 cap. 1. de uit. & honest. cler. Ratio decisionis esse potest. † Quia clericis sunt digniores laicis. Ideo incumbetes sacris mysterijs, debent

debet laici esse separati, ab ipsis ob reuerentiam. Ideo prædictus. tit. de vit. & honest. appositus fuit. Nam verbum vita concernit necessaria ad victum clericorum. Qui si seruiunt altari viuere debet. Vnde elemosynæ, & oblationes introductæ sunt.

4 Verbum honestatis concernit ipsorum mores. † Et cum sacra profanis non sint immiscenda merito laici, propè altare, vel in choro dum officia celebrantur stare, nec sedere debent. Hic animaduertè, quòd laici dicuntur, quasi populus, c. duo sunt 12.

5 q. 1. † Appellatione tum populi, nò venit clerus, nec econtra c. si sententia de sent. excom. habetur. in §. plebiscitum in lit. de iur. nat. gen. & ciuil. † Quòd appellatione populi veniunt, nedum omnes ciues, verum & illi, qui in dignitate positi sunt. Quòd intelligèdum est de illis, qui sunt eiusdem professionis, nec ultra recipit extensionem, tex. cum glo. in d. c. Si sententia Sed quid in materia alicuius concessionis privilegiorum? vt si

7 ab aliquo Principe fuisset concessum, † priuilegium populo Veronensi? An in tali priuilegio cõprehenderentur clerici? Et licet quæstio sit satis ardua, tamen pro parte affirmatiua est tex. in c. cum dilecti, de for. compet. & not. Bart. in l. 1. ff. ad municip. & quòd not. Abb. in c. Rodulphus de rescrip. Hinc inferitur ad aliam quæstionem. Si clerici intendunt, vel possunt vti priuilegio allegato? An etiã comprehendantur, in statutis adeo

8 quòd † statuta laicorum valeant ligare clericos, & ecclesias? Et dicendum, quòd sic, tenent Doct. Bar. Pau. de Cast. in l. omnes populi. 15. col. in 4. q. in prin. ff. de iust. & iur. Bald. in l. 4. C. ad l. falc. Et eo maxime obtinet locum quãdo clericus, vel Ecclesia vtitur beneficio alterius statuti laicorum. Non liceret clericis pro parte velle vti beneficio statutorum, & pro parte statuta, quæ ipsis nò seruirent iuxta eorum intentionem, seu propositum, vel necessitatem reprobare. Bal. in l. omni vers. deinde C. de sacr. sanc. Eccle. & in l. 1. C. de contrahen. emp. & in l. cunctos populos in 7. col. fin. ver. sed vltèrius hic quæritur. C. de sum. trin. & in c. 1. §. si quis vers. porrò si statutum si de feud. fuer. controu. Ita tenet Bart. in d. l. cunctos populos q. 5. & in l. 1. §. quæ onerandæ vers. circa hoc quæro. ff. quar. rer. act. non dat. Flor. in l. venditor. §. constat. C. communia præd. Quòd sic in procedendo nò autem in decidendo. Ita tenet Pau. de Cast. in conf. 299. Quòd incipit ad primum quæsitum Alex. in conf. 209. in 2. par. & in conf. 93. & conf. 86. in 4. par. Abb. in c. quòd

9 clericis in fi. de for. comp. † Dicit, quòd causa clerici agitata in

foro seculari debet decidi secundum ius canonicum, sed debet tractari secundum statuta laicorum, ut ibi plenius. Sed in patrimonialibus Abb. post But. in cap. constitutus de resti. in integ. Sed sicuti clerici ligantur statutis laicorum, pari passu laici deberent ligari hoc statuto, uel decreto. Quod debeant esse diuisi, quando clerici faciunt sacra mysteria, & ministeria. Et hic nota ¶ differentiam. Nam mysterium idem est quod sacramentum. Habet in se uirtutem reconditam. Et dicitur sacramentum quasi rei sacrae signum, capit. multi 1. quaest. 1. Ministerium uero est quodlibet officium sacerdotale, capit. cum in cunctis. s. inferiora de elect. ¶ Sed an peccent laici contrariando praedicto decreto? Dicitur, quod non. Quia capitulum de quo in specie tractatur. Hic respicit duntaxat honestatem, & reuerentiam, quam habere debent laici ministris Ecclesiasticis. Ideo contrafacientes non ligat maximè ubi consuetudo est in oppositum, ¶ Quia statutum loquens de honestate, non ligat contrafacientes ad peccatum. Et de hoc est text. in quarta distinctione. s. hæc, & fin. in fin. Hoc dictum limitem dummodo non fiat ex contemptu. Quia contemptor exhortationis superioris peccat. Vide sexagesimam glo. cum tex. in capit. quis autem, Decima distinctione. Idem intelligendo in consilio perfectionis. Secus in consilio Reuerentiæ, ut not. in cap. ad aures de æta. & qualit. & glos. in Clemen. prima. de test. Quomodo autem cognoscatur utrum constitutio sapiat consilium, uel præceptum recurritur ad materiam subiectam. Nam si illa de sui natura non necessitat dicitur potius quædam exhortatio, licet uerba aliud sapiant. Undecima quaestione. 3. cap. Rogo cum paradiso. De uerborum signifi. Hæc materia non necessitat. ¶ Quia in Ecclesia omnes unum sumus, nec seruus a libero distinguitur, omnes sunt filii Dei, & omnes in tali loco ¶ orant. Vnde mihi admodum placet, ¶ illorum consuetudo, qui animarum salutem utiliaque tractantes quibusdam separationibus ab altari utuntur, quod ira de facili non datur laicis altari adherere. Hoc enim facit contra quosdam male educatos, qui in tantam audaciam incidunt, quod existimant sibi licere, ¶ id à quo ex omni honestate abstinere debent. ¶ In duobus enim casibus laici licitè accedunt ad altare, scilicet causa orandi, & corpus Domini nostri Iesu Christi sumendi. Ex his habes, quod laicis non conuenit altari adherere, uel in choro sedere, dum officia celebrantur. Sed bene causa orandi, uel

nel sumendi Eucharestiam permittitur aditus, quod secus in ceteris mysteriis.

S U M M A R I V M.

- 1 Clericus non debet retinere in domo mulierem suspectam de incontinentia.
- 2 Clerici indigentes ministerio fœminarum debent eas longe retinere ab Ecclesia, ut necessaria ministrent.
- 3 Fœminæ prohibentur accedere ad altare, & presbytero ministrare.
- 4 Scelus perpetratur instigante Diabolo.
- 5 Fœminæ non possunt tangere sacras res, & ibi ratio adest.
- 6 Fœminæ remotæ sunt ab officijs civilibus.
- 7 Mulier iuuatur per Senatusconsultum Valleyan.
- 8 Mulier non potest esse Index: Fallit in Clarissimis mulieribus.
- 9 Mulier non potest legitimare filios.
- 10 Mulier non potest esse testis in testamento, potest in causa pia.
- 11 Mulier non est idoneus testis in causa criminali.
- 12 Mulier habitata per Statutum non facit inditium ad torturam.
- 13 Mulier assumpta in testem in casibus permissis non æquualet testimonio masculi.
- 14 Mulier non potest esse testis in scriptura privata.
- 15 Mulier non gaudet immunitatibus concessis mihi & posteris.
- 16 Castitas maior florere debet in clericis quàm in cæteris.
- 17 Episcopus an careat suspitione tenens in domo matrem, uel aliam non suspectam?
- 18 duri civili non statuitur quando canon oppositum sentit.
- 19 Incontinentiæ suspitio esse non potest intra quartum gradum inter ascendentes, & descendentes.
- 20 Clericus diues de rebus Ecclesijs magis subuenire tenetur consanguineis suis quàm alijs.
- 21 Clericus in erogando pauperibus primo sibi, postea suis quibus deficientibus extraneis cognitis, quàm ignotis.
- 22 Prælati committunt peccatum dando consanguineis sine mensura.
- 23 Datum alicui ad distribuendum pauperibus potest erogare suis consanguineis pauperibus.
- 24 Clericus superflua distribuere inter pauperes tenetur.

Septuagesimum Quintum Priuilegium.



- E**CCLESIA gaudet priuilegio, † quòd clericus non debeat retinere in domo mulierem suspectam de incontinentia, siue mater, siue ab ea consanguinea sit. Nam olim indifferenter clerici retinebant mulieres in domo etiã suspectas. Vnde per Còcilium Maguntinum statutum fuit, vt clerici non retineant secum feminas de quibus suspitio oriri possit, etiam illas quas canones permittunt, scilicet matrem, amitam, sororem ne Diabolo instigante in illis scelus quandoque perpetretur, uel cum illis,
- 2 qui cum eis morantur. † Sed si de illis necessitatem habent,
 - 3 eis longe ab Ecclesia necessaria ministrent. † Et femine prohibentur accedere ad altare, & præsbytero ministrare, & infra cancellos sedere, vel stare, ca. 1. de cohab. cler. & mul. Ratio autem decisionis potuit esse. † Quia instigante Diabolo, scelus perpetratum reperitur. Ideo fuit decretatum, quòd quatenus de illis habeant necessitatem, quòd in distanti domo à sua retineant, ut & ipsi habeant obsequia honesta, & necessaria. Quare autem mulieres prohibentur ministrare? Vt supra diximus, & ut habetur in cap. sacras 23. & in cap. in sancta Cap. uestimenta cap. ad nuptiarum de consecrat. distinctio. 1. † Nam sacras etiam res tangere non possunt, vt ibi latius in dictis decretis. Ratio est, quia mulier est mutabilis. Et cum uariatio sit mulieris proprium, vt varium, & mutabile genus. Ideo officio sacro fungi prohibetur. Nam uarietas reprobatur, Specul. de arbi. s. sequitur uers. quid si compromissum Clem. 1. & ibi Cardi. de renunt. Et quòd mulier sit talis qualis supra idem Card. in capit. 6 forus de uerb. signific. † Hinc infertur, quòd ab officiis ciuilibus mulieres remouentur. Specul. in tit. de synd. uers. quid de mulieribus, & de cur. s. 5. uers. Sed nunquid quia mulierum sexus est fragilior, quam uirorum? Idem Specul. in tit. de actio. 7 uersic. item opponitur. † Ideo mulier inuatur per Senatus consultum Velleianum, ibi in toto ti. ff. ad Senatusconsultum Velleia. Hinc est, † quòd non potest esse iudex, Specul. de execut. s. 2. uers. Sed quæro tex. & glo. not. 12. q. 2. cap. cum de uot. s. mam. rallit in Clarissimis mulieribus, prout dicit, Paris. de Puteo

teo in tracta. de synd. in cap. 1. de offic. synd. in §. Dicitur autem
 syndicatus ubi ad hoc nō nulla dicit. Allegat gl. nemini notam
 secundū eū in Auth. de Iudiciis. §. sedebāt. Mulier prohibita est
 9 pro alijs aduocare, l. 1. §. sexum. ff. de postula. † Non potest
 legitimare filios, Bald. in l. mulierem in fin. C. de adop. Nec ado-
 10 ptare, l. si suscipita. §. si. & ibi, Bart. ff. de inoffic. testam. † Fœmi-
 na non potest esse testis in testamento de iure civili, & canoni-
 co, cap. forus de uerbor. signif. & ibi glo. & Doct. contra Abb. in
 cap. cum esses de testam. & per Alex. in 2. par. in conf. 176. & in
 conf. 86. in 4. part. l. qui testamento §. mulier, & ibi Doct. ff. de
 testam. Sed in Codicillis sic, secundum gl. Bar. & Bald. in l. si. C.
 de codicill. & glof. & Bart. in d. §. mulier & Abb. in cap. foras de
 verb. signific. Sed Bar. contra in l. in multis. ff. de stat. homin. Itē
 in testamento inter liberos, gl. in Auth. quōd sine, & ibi Doct. C.
 de testam. Bart. in l. ex imperfecto, & in l. hac consultissima. C.
 eod. tit. Barthol. Cepol. in capit. 1. de cognit. feud. Lanfranch. in
 cap. quoniam contra de probat. Bal. in d. §. mulier. Item quod
 dixi de codicillis, intellige si sit literata, ut se subscribat in eis,
 d. l. si. & ibi Bald. Item nisi in testi. ad piam causam, Bald. in l. 1.
 in fin. 20. col. C. de sacrosanct. Eccl. & Alex. in d. conf. 86. Vxor
 tamen non potest esse testis, in testamento uiri, ratione dome-
 11 sticatis, Glof. in §. in testibus inst. de test. † Nec potest esse te-
 stis de iure civili in causa criminali, l. ex eo. ff. de test. l. qui testa-
 mento. §. mulier de testa. Sed de iure canonico potest si agatur
 civiliter. Nō si criminaliter per uiam accusationis. Secus si per
 uiam inquisitionis, uel denuntiationis, secundum Innoc. in c.
 quoniam de test. Lanfranc. in cap. quoniam contra de probat.
 & Alex. conf. 176. in 2. part. Casus est in cap. forus de uerbor. signi-
 fic. quōd non in criminalibus, sed intellige, ut supra Specul. de
 12 test. §. 1. vers. Item quod est mulier Cald. † De uisu consuluis-
 se feminam non facere indicium ad torturam, quando est ha-
 bilitata per statutum. Quia dicitur in subsidium. Ergo non est
 omni exceptione maior, secundum Bal. in l. 1. C. qui & aduers.
 quos Paul. de Cast. dicit in conf. 295. & 118. ex dicto forminā,
 & socij criminis, & ex coniecturis posse torquent. Alexander
 in conf. 11. in 1. part. ibi etiam quid in crimine læsæ maiestatis
 conf. 19. in 1. par. quōd nō potest de iure canonico. Et per eum
 in conf. 99. in prima par. Marian. Soc. in l. 1. C. de summ. Trinit.
 13 & fid. cathol. in fi. † Et in casu quo femina est assumpta, in teste
 in casibus permisis, non æquualet testimonio masculi Abb.

- 14 in d. cap. forus de uerb. signific. † Nec potest esse testis in scriptura priuata, l. scripturas in fi. & ibi Doct. & bal. C. qui pot. in pign. hab. Nec in causa feudali, cap. 1. qui test. sunt nec ad pro-
- 15 bandum nou. inuest. & ibi bal. † Nec gaudent immunitatibus concessis mihi, & posteris meis. bartol. in l. 1. ff. de iur. immun. & in capit. ubicunque de penul. Adeo quod mulieres in his, quæ dicta sunt censentur esse deterioris conditionis. Et ex hac causa non debent subministrare sacra præbyteris. Ista igitur prohibitione, quod clerici in domo non retineant mulieres videntur argui de incontinentia, & positi in infamia. Cum ponatur etiam in dubio mater, & amita, soror, & consanguinea, nõne magis hoc considerandum esset in laicis? Et si uterque laborat pruritu carnis, tamen magis timendum est de clericis ob
- 16 sacramenta. † Cum in eis castitas florere deberet maior quàm in cæteris, & debent esse clerici remoti nedum à mala fama, uerum etiam a suspitione malefame. Sed uideamus an hoc proce-
- 17 dat † etiam in Episcopo habente matrem secum, uel aliam non suspectam? Ant. dicit quod non per gl. in cap. legitur disti. 81. Sed illa glo. mouetur per text. iuris ciuili in Authen. nullam C. de episc. & cler. Oppositum sentit Abb. per text. expressum in cap. interdixit 32. distin. Nec de iuri canonico nullibi contra-
- 18 rium reperitur. † Vnde non est standum iuri ciuili, quando canon oppositum sentit, & tenet. Veram calus hic de iure ciuili maiorem honestatem continet, propter alios clericos cum Episcopo morantes. Verum, gl. in cap. cum omnibus 81. distin.
- 19 tenet, † quod intra quartum gradum inter ascendentes, & descendentes secundum conditionem nostri temporis non potest esse incontinentiæ suspitio. Quia ascendens esset decrepitus. Hinc infertur, quod quando Ecclesia est dotata magni census, libenter ut fertur umbra campanilis adherent consanguinei, siue masculi siue femina. Et dicunt laudamus Dominum, qui pro nobis est etiã crucifixus. Vnde sapius ob beneficiatorum auaritiam obscuro oculo mirantur ab ipsis.
- 20 Licet potius † teneantur subuenire consanguineis de rebus Ecclesiæ quàm alijs, Nam magis tenentur diligere consanguineos quàm extraneos. Ideo † in erogando pauperibus, talis est, uel esse debet gradus. Ut primo sibi, quàm suis. Et primo suis, quàm extraneis. Et primo extraneis cognatis, quàm ignotis, text. est apertus in cap. non satis 86. distin. & text. cum gl. in C. quiescamus. 42. dist. Iura uero quæ loquuntur in contrarium, ut

22 ut in capit. peruenit l. q. 3. in quo habetur, † Quod Prælati
 comittunt peccatum dando consanguineis. Hoc non ita indi-
 stinctè est intelligendum. Sed locum habet, quia præsumuntur
 dare sine mensura illis, & extraneis nihil. Vel quando ita dant,
 ut fiant locupletiores, non ut uellent subuenire tanquam aliis
 indigentibus. Vnde ex hoc potest haberi quæstio quæ frequen-
 23 ter accidit. † An si alicui concessum est pauperibus aliqua di-
 stribuere, valeat illa erogare inter suos consanguineos paupe-
 24 res: Et dicendum, quòd sic, iuribus deductis. † Clericus est exe-
 cutor, & superflua distribuere inter pauperes tenetur, l. 6. q. 1.
 c. si. Tamè inter proprios consanguineos distribuere potest, ut
 supra. Et in l. si mandauero. ff. mand. Vnde ex his habes quomo-
 do clerici se habere debent in eorum habitationibus, & quod
 curent carere suspitione incontinentiæ mulierum, a quibus bo-
 num ualde existimo esse abstinendum, tam pro salutæ animæ,
 quàm corporis ac bonorum fortunæ. Recordetur igitur quod
 in hoc seculo tria sunt mala, ignis aqua, mulier. Teneant ergo,
 ut est in adagio asinum ligatum ad ostium, ut tempore eorum
 obitus, pulsando ostium paradisi, illud Angeli eis, & nobis ob-
 infinitam Dei pietatem patefaciant.

S U M M A R I V M.

- 1 Matrimonium non ualet si fuit contractum per clericum existentem in sa-
 cris seculis si esset in minoribus.
- 2 Ordo sacer impedit matrimonium, & dirimit contractum.
- 3 Clericus coniugatus ab administratione, & beneficio remouetur.
- 4 Apostoli habebant uxores ad seruiendum non ante ad coitum.
- 5 Græci clerici sine peccato retinent uxores.
- 6 Clericus in sacris constitutus priuatur beneficiis suis si de facto contrahit
 matrimonium.
- 7 Matrimonium non tenet ex tribus uidelicet quia clericus, uel furiosus, uel
 ex defectu ætatis, uel propter ordinem sacrum.
- 8 Matrimonium quare clericis sub dictione Romana non permittitur græ-
 cis autem permittitur.
- 9 Matrimonium græcorum laudant heretici, & magnopere decipiun-
 tur.
- 10 Heretici dant operam diuersimode sacris scripturis illas intelligendo &
 interpretandas non secundum spiritum, sed secundum carnem.

- 11 *Uouentes cōtinentiam ad subdyaconatum nec ad gradus superioris cen-
scendere possunt.*
- 12 *Ecclesia neminem cogit continere, sed in ordine quem dat potest impone-
re legem.*
- 13 *Ecclesia tenere debet, ut sacerdotes, & leuitæ cum uxoribus suis non mi-
sceantur.*
- 14 *Sacerdotes, & leuitæ seruare debent pudicitiam ex die ordinationis
suæ.*
- 15 *Castitas in clero cæteras virtutes in eo collocabit.*
- 16 *Clericis in ocio uiuere prohibetur.*
- 17 *Ociosum caue ne Diabolus te inueniat:*
- 18 *Iudith cum intrasset in conspectu Holofernis statim fuit captus in eius
oculis.*
- 19 *Senes uiderunt Susanam quotidie lauantem, & exarserunt concupif-
sentia.*
- 20 *Sine cerere, & Bacco friget uenus.*
- 21 *Homines sunt in conuiujs audaces, loquaces, maledicentes.*
- 22 *Homines incumbentes splendidis, & pinquioribus refectiōibus non
possunt orare nec uigilare.*
- 23 *Christus dixit post cenam discipulis suis non potuerunt una hora ui-
gilare.*
- 24 *Voluptas ad perpetuam damnationem conducit, Castitas ad aternam
salutem.*
- 25 *Deum ama, & eius mandata serua.*

Septuagesimum Sextum Priuilegium.

- E**CCLESIA gaudet priuilegio, quòd † Matrimonium non ualet, si contractum per clericū existentem in sacris. Secus si esset in minorib. q̄a tenet. Cogitur tamē dimittere beneficiū. Si aliquis dum esset in sacris ordinibus constitutus uxorem duceret, matrimonium inuaidum esset, eam dimittere teneretur, & penitentiam ageret. Et si noluerit per sententiam suspensionis, & excommunicationis compelleretur. Sed si infra sacros ordines uxorem acciperet, matrimonium ualere. Sed beneficia Ecclesiastica dimittere cogere, c. 1. de cleri. coniug. Ratio decisio-
nis hæc est, † Quia sacer ordo impedit, & dirimit matrimonium

nium contractum, & contrahendum c. 1. de uot. lib. 6. Et com-
 pellitur ad agendam pœnitentiam. Quia sicuti peccatum fuit
 publicum, ita pœnitentia debet esse publica, c. 1. de spons. & in
 c. fi. 26. q. 6. Et pœnitentia datur, q̄a p̄ multa decreta de quib. in
 dif. 28. & dif. 31. & dif. 32. Per totū olim in Ecclesia primitiua
 3 matrimoniū admittebatur, derogatū est. Ideo coniugatus cle-
 ricus non potest promoueri ad administrationem, & benefi-
 cium, sed ab illis remouetur, c. sanè & c. quod a te de cler. con-
 iug. Et quod dictum fuit de Ecclesia primitiua. Est uerum † q̄
 4 Apostoli habebant uxores ad seruiendum, nō autem ad coitū
 5 † Græci tamen clerici sine peccato uxores retinent, 31. dist.
 6 cap. nicena, & Abb. in c. omnes de pœni. & remis. † Ex decre-
 tis Sanctæ Roma. Ecclesie, constitutus in sacris priuandus est
 beneficiis suis, si de facto cōtrahit matrimonium. Propter de-
 lictum contracti matrimonii, datur pœna priuationis. Et an ua-
 care debeant ipso iure sicuti faciunt, quando matrimonium
 tenet? An uero requiratur sententia? Io. And. opinio fuit quod ip-
 so iure uacant, ne videantur melioris conditionis isti, qui illicitè
 contraxerunt, quam hi qui licitè, c. cum q̄ de præbend. li. 6.
 & c. nuper de bigam. ipsemet Io. And. contrarium sentit in c. Io-
 7 annes de cler. coniug. ubi latius tangit hunc articulum ibi mul-
 ta cumulat uerba, & concludit, † tria. Quandoque enim ma-
 trimonium non tenet ex defectu consensus, ut quia clericus
 erat furiosus & beneficia nō uacant. Et hoc est sine dubio quia
 non peccat. Quandoque non tenuit ex defectu ætatis sponsæ,
 vel spōsi. Eo est idem, quia ista sunt potius sponsalia de futuro,
 ca. 1. de spons. li. 6. Quandoque matrimonium non tenuit pro-
 pter ordinem sacrum. Et hoc casu dicit, quod est beneficiis pri-
 8 uandus per sententiam. † Sed quare nostri clerici sub hac di-
 ctione Romana, & quare clerici Græci uni denegatur, & alteri
 permittitur, matrimonium? Omnes habent characterem sacer-
 dotalem. Fortasse cum sint in partibus Oriētalibus timeretur de
 eorum inobseruātia. Credo iudicio meo quod ista sit ratio. Nā
 cum Ecclesia primitiua fuerit Græca, & cum sub illa lege con-
 trahendi matrimonium fuerint nati, & educati coniugium per-
 9 mittit. † Vnde prauī hæretici laudant, & approbant hanc
 iniquam, & detestatam consuetudinem. Asserentes matrimo-
 nium esse sacrum, cum à Deo fuerit ordinatum, & ab Ecclesia
 inter sacramenta connumeratum. Et q̄ fructus matrimonii ual-
 de considerandi, cum iussum fuerit à Summo Patre crescite, &

- multiplicamini, & replete terram, & c. Genes. c. 1. & ita uti lumine cęci ambulant in tenebris, Zizaniam hanc seminando, quod vera continentia carnis sit nubere. Allegātes Apostolum qui conquæstus cum Deo ob stimulos carnis. Respondit Paule tibi sufficit gratia mea. Quasi quod noluerit eū liberari. Vnde
 10 idem Apostolus ait. Melius est nubere quam uri. † Et ita diuersimode dant Operam sacris scripturis, illas intelligendo, & interpretando non secundum spiritum, sed secundum carnem. A deo quod in profundum pelagi miseriarum incidunt. Et ibi absque nulla spe redemptionis excruciantur, cum non videāt nec uidere uellent decreta in nomine spiritus sancti, in quibus
 11 † Sancta Ecclesia iussit, quod nolentes uouere continentia, nec ad subdiaconatum nec ad gradus superioris conscendere possunt. Auctoritate tamen Gregorii subdiaconi accedentes sine uoto castitatis iubentur admitti, cap. 1. dist. 28. Sed quæro quomodo Ecclesia imponit alicui necessitatem continendi, cum continentia sit res uoti non præcepti? Ut 32. q. 2. c. integritas
 12 Dico, † q̄ Ecclesia neminem cogit continere, sed in ordine quę dat potest imponere legem quam uult, sicut quilibet alius in
 13 traditione rei suę, ut ff. de pac. l. in traditionibus. † Ideo tenere debet Ecclesia, ut omnino sacerdotes, & leuitę cum vxoribus suis nō misceantur, q̄a ministerii quotidianis necessitatibus occupātur. Scriptū est enim. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus uester. Nam priscis temporib. anno uicis suę de templo non discedebāt, sicut de Zacharia legimus. Nec domum suam omnino tangebant, quibus utique propter sobolis successionem vxoris usus fuerat relaxatus. Quia ex alia Tribu præterquam ex semine Aaron ad sacerdotium nullis accedere
 14 re p̄mittebatur; † Quanto magis hi sacerdotes, & læuitę pudicitia, ex die ordinationis suę seruare debent; quibus, uel sacerdotiū, uel ministerium sine successione est. Nec præterit dies, qui uel a sacrificiis diuinis uel a baptis. natis officio uacent. Nam sicut Apostolus ad Corinthios scribit, dicēs. Abstineret uos ad tēpus, ut expeditius uacetis orationi. Et hoc utique præcepit laicis, multo magis sacerdotibus, quibus orandi, & sacrificandi iuge sacrificium est, semper debebūt ab huiusmodi consortio abstinere. Nam sola castitas representat Deo animas Bar. in au
 15 th. de Lenon. nu. 2. † Vnde castitas in clero cæteras virtutes in
 16 eo collocabit, † clericis in ocio uiuere prohibetur. † Audite
 17 Bernardum dicētem. Semper facito aliquid boni, ut Diabolus
 te

te non inueniat ociosum. Clericos per uicos uagari vetate. Vagando enim possunt in pulchritudine mulierum, † illaqueari. Cum intrasset Iudith in cōspectu Holofernis, statim captus est in oculis eius. Iudith, c. 10. Scribit aliunde in Ecclesiastico. Quis tetigerit picem, & non coinquinabitur ab ea: viderunt duo † Scenes Susannā quotidie se lauāntem, & exarserunt cōcupiscentia eius, Danielis cap. 13. & † Quia sine cerere, & Bacco friget Venus: Reprobatur clericos inter conuiuia epulari Iudith cum, c. 9. Et in conuiujs, † sunt homines audaces, & loquaces maledicentes, Matth. 26. Luc. 22. † Post splendidas, & pingues refectiōnes, homines non possunt orationibus, & Vigilijs uacare. Et ibi scribitur quod discipuli Christi post cōnam non potuerunt una hora Vigilare. Itaque beneficiati purgatis oculis videant, & legant instituta allegata iuris diuini, & canonici. Ex quibus percipient quid agere, & dicere ualeant videbunt. Et cognoscent † quod voluptas ad damnationem perpetuam, & castitas ad salutem eternam eam seruantes conduxet. Omisissis hereticorum ambagibus in præsenti subiecta materia, bene uiuant si diutius uiuere intendunt. Tunc enim bene uiuent agendo, ut in Ecclesiastes, c. fi. † Deum ama & eius mandata serua. Hoc est enim omnis homo. Institutiones, & decreta sunt Dei cum ex afflatu sui sancti spiritus oribus sacerdotum conspirata fuerint. Studeāt ergo illi, qui sacerdotio incumbere uellint abstinere à matrimonio. Cum ex decreto non ualeat cōtractū per existentem in sacris, secus in minoribus constituto cum priuatione tamē beneficiorum suorum. Vterque igitur caueat ne pro fetore, amittat odorem suauitatis sancti paradisi.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopo sine licentia Papæ non licet transire ad alium Episcopatum sub pœna priuationis.
- 2 Episcopus nullus reperitur transire de maiori ciuitate ad minorem, & ita detegitur manifesta ambitio.
- 3 Episcopus est adeo matrimonialiter obligatus, ut etiam causa religionis Episcopatum deserere non potest.
- 4 Cardinalis sancti Marcelli fuit depositus ex quo per annos quinque deseruit Ecclesiam qua non cōfertur nisi residēti, & uolenti eam regere.
- 5 Clericus non residens in beneficio priuatur si absens, & nescitur ubi sit trib. edictis citabitur & si non comparuerit infra sex mēses priuabitur sua Ecclesia.
- 6 Clericus nisi habeat iustum impedimentum à residentia remouebitur.

Cle-

- 7 Clerici in Gymnasio causa Studendi, & qui præstat seruitium in curia Episcopali percipiunt præbendam.
- 8 Clerici, Prælati, Episcopi, Cardinales, & cæteri possidentes beneficia debent facere residentiam alias priuantur.
- 9 Apostolica sedes stetit Auinioni in regno Francia.
- 10 Residentia est maximi momenti.
- 11 Clericus residens debet habere curam suæ Ecclesiæ.
- 12 Consuetudo excusat non residentem, ut debilitas, deformitas, morbus, sine culpa.
- 13 Clericus senex permutans beneficium pingue cum tenui eius nepotis an fraus præsumatur?

Septuagesimum Septimum Priuilegium.

- E**CCLESIA gaudet priuilegio, † quòd Episcopo non licet transire sine licentia Papæ ad alium Episcopatum, ipsum acceptando, alias priuatur habito, & ambito. Concilium ita statuit, ut Episcopus de ciuitate sua ad aliam nõ transeat cap. i. de cler. non resident. Ratio prohibitionis est manifesta ambitio. † Quia nullus Episcopus de maiori ciuitate reperitur transire ad minorem. Nec ex quacunque causa potest dimittere suum Episcopatum sine licentia Papæ, sine electus siue postulatus ab alia Ecclesia uacante.
- 3 Est † adeo illi matrimonialiter obligatus, ut etiam causa religionis non potest Episcopatum deserere. Capit. ueniens de Ren. Cardinalis Sancti Marcelli fuit depositus ex quo per annos quinque contra canonum instituta deseruit. Quia Ecclesia non confertur nisi residenti, & uolenti eam regere, alias illam perdit. Idem est etiam in † clerico non residenti in beneficio, quantumcunque minimo. Quia illo priuatur, & si esset absens, & nescitur ubi sit, tribus publicis ædictis citabitur in Ecclesia sua. Et si infra sex menses non comparuerit, Ecclesia sua priuabitur. Et idem si citatus non comparuerit
- 6 in tempore limitato in citatione † (nisi iustum impedimentum habuerit) A residentia remouentur. † Illi qui sunt in publico Gymnasio studendi causa habent fructus præbendæ idem

Idem est in eo, qui præstat seruitium Episcopo. Nam sua præbenda gaudet, non obstante contraria Ecclesie constitutione. Idem seruatur in familiari Papæ, qui & ipse quoque percipit fructus suæ præbendæ. Denique Papa mandat omnes clericos non residentes in Ecclesia, quæ exigit residentiam si sine licentia ad aliam dioccesim morandi causa transferint, si moniti nõ redierint beneficiis priuandos esse, si rationabilem excusationem non proposuerint, cap. fin. de cler. in resid. Conclusio stat in hoc. Quod ¶ Clerici, Prælati, Epi, Cardinales, & ceteri possidentes beneficia exigentia residentiam, in eis sub pæna priuationis resideat, cum sit de forma vnde videri potest. Cum ¶ sedes apostolica translata fuisset Auinioni Regni Franciæ, ex causa illius pestis facionum Gibellinorum, & Gelforum, quæ in Italia vigeat cum maxima iactura; Vnde cum quidam Episcopus à Papa argueretur. Cur non resideat in eius Episcopatu? Cui cum satis audacia respondit, de eo, quod me arguis, Santitas V. quoq; argui potest. Cum tot annis Romam expoliatam pastore suo tenuerit. Et verba hæc vt testantur historici ita potuerunt, quod iterum Romæ (vbi commoratur) sedem affixit.

10 ¶ Nam residentia est maximi momenti, & residere in Ecclesia nihil aliud est, quam deseruire beneficio & Ecclesie curam habere. Cap. conquerente de cler. non resid. ¶ Parum enim est residere nisi residens Ecclesie curam habeat, in qua beneficium habet, vel personarum curam, vt in cap. non nullum eo. tit. Debet autem residere per se ipsum non per Vicarium, d. cap. non nulli. Nam per Vicarium deseruire non licet, nisi in casibus, vt cum ex indulgentia speciali competit alicui non residere. Vel cum ¶ consuetudo excusat non residentem. Vel cum ecclesia dependet, ex præbenda. Vel cum persona sine culpa sua incidit in debilitatem deformitatem, vel morbum, vt per se deseruire nõ possit. Vel cum necessaria profectio imminet. Vel etiã voluntaria utilis tamen & honesta, vt studiorum vt supradiximus. Vel peregrinationis causa, cum licentia tamẽ Prælati, vel consensu capituli. Goffr. in sum. de off. Vic. §. Nunc videndum. Sunt ergo clerici nõ residentes, qui in Ecclesiis in quibus intulati non faciunt residentiam, & si personaliter resident. Non tamen deseruiunt beneficio, nec Ecclesie curam habent. Et quamuis Vicarius nõ det Vicarium, cap. clericos de off. Vicar. Cum illud sit satis absonum, & absurdum, tamen Ioan. And. in Clem. vnica de off. Vicar. in glo. super verb. Sacerdotum putat contrarium,

contrarium,

contrarium, per cap. cum ex eo de elect. li. 6. Vbi Episcopi generaliter cum his qui obtinent Ecclesias dispensant. Et ubi rō communis ibi idem ius, capit. translato de constitu. Et sic cum per septēnium dispensatur cum Vicario Vicarius non dat Vicarium, sed Episcopus dispensans dat eū, secundum, Io. And. ibidem. Ex his infertur esse necessariam residentiam. Cum transitus de loco ad locum non fiat nisi ex motu ambitionis, & avaritiæ humani generis morbofi fines vti radices infectarum hominum voluntatum. Hinc est, quod sæpius multi clerici, & alii similes profitentes uitam sacerdotalem, verbis & non re cum omni cura, & sollicitudine dant operam, modo ad beneficia acquirenda: modo ad illa permutanda: & modo ad transitum de loco ad locum. Adeo quod semper uiuunt in motu tantæ infelicitatis, remanent ueluti naues in mari proceloso uentis agitatae. Vel ueluti palumbus super lapide, qui frequentius eum unico contextu pedibus circumdat. Aut anguis in terra. Nam ex istis iter quo tendant ignoratur. Cogitant bona pro corpore, sed agunt mala pro anima. Cum ex prædictis eorum actionibus multoties detegatur fraus. Nam propositio quod quis nō præsumitur dimittere beneficium suum pro uiliori, unde hoc
 13 reduci potest ad notabilem quæstionem. Quidam † clericus senex permutauit beneficium suum pingue cum tenui cuiusdā sui nepotis. Nūquid ex hoc deat præsumi fraus: ut sic renunciauerit affectui carnali, ut post mortem suam beneficium pingue remaneat penes nepotem Io. And. in cap. 2. de renunt. sentit quod sic. Pro hoc concurrunt enim tres præsumptiones. Prima coniunctio sanguinis, arg. c. graue de præbend. Secunda ratio senectutis. Tertia quia nō est uerisimile, quod quis uelit beneficium pingue dimittere pro tenui, arg. cap. super hoc de renunt. & l. cum de indebito. ff. de probat. Ioan. de Lig. sentit contrarium. Nec obstat secundum, eum dictum cap. 2. quia ille ibi fuit usus iure prohibito: Ille autem utitur iure concesso. nec ob stare debet consanguinitas, ex quo ille aliàs est idoneus, arg. 36. dist. cap. nasciet 86. dist. cap. non satis. Moderniores magis uidentur, inclinare in opinionem Io. Andr. Vnde dici potest. Quod aut insunt aliquæ præsumptiones elidentes, seu obfuscatæ prædictas. Et tunc non sufficiunt ad fraudem probandam, Exemplum. Beneficium pingue exigebat curam magnam, forte huic sceni intollerabilem. Vel locus beneficii non erat sibi tutus, seu aer non conferebat sibi, pro hoc ca. ad supplicationem
 de

derenunt. & c. cum venerabilis de excep. facit c. ad qōnes de rer. permut. Sed cesantibus his cōiecturis, præsumere fraudē propter prædictas rationes, & per tex. in d. c. 1. de cler. non resid. Concilium ibi mouetur ex eo quod communiter episcopi facere solent. Nam uidemus quid in clericis frequentatur, qui non de facili solent dimittere beneficia pingua pro uilioribus. Immo omni eorum conatu student crescere in beneficiis, quod percipi potest, quando ex aeris intemperie, uel alia iusta de causa contingit permutatio, apponit pensionem. Unde ex his præsumptionibus potest inferri sententia, quod permutatio fuerit facta ex fraude, ut hic & cap. afferte de præsumpt. & l. indicia C. de re. ven. Caueant igitur residendi in eorum beneficiis residere, ne illa amittant. Sit igitur eorum cordibus affixum Catonis cāmen. Sis contentus eo quod tua fors dederit.

S V M M A R I V M.

- 1 Iure consanguinitatis in bonis Ecclesie nemo succedit.
- 2 Nullus de clero aut de populo succedit: quia bona Ecclesiastica sunt pure spiritualia relicta Ecclesie uti bona propria.
- 3 Bona Ecclesiastica relicta sunt pro uictu ministri: pro resarcienda Ecclesia, & etiam, ut erogentur pauperibus.
- 4 Eleemosyna non datur, ut reddatur in terris, sed in celo.
- 5 Clerici dicuntur vsuarii, quia bona Ecclesiastica non possunt uendere nec de eis testari, nec ea donare.
- 6 Prælati non possunt soluere debita ex redditibus prouenientibus eis ratione Prælationis nisi essent pro utilitate Ecclesie.
- 7 Christianorum genera duo sunt, clerici, & laici.
- 8 Clerici, & Deo deuoti nihil proprium habere debent, sed uictu, & restitutu contenti esse debent.
- 9 Filius sacerdotis etiam legitimus non potest habere beneficium paternum.
- 10 Substitutus in beneficio non causat ius à defuncto, sed a superiore illud conferente.
- 11 Ius patronatus prouenit ex tribus, scilicet fundatione, donatione, & adificatione.
- 12 Ius patronatus habens si Ecclesia non est collegiata presentat.
- 13 Ius patronatus habens in Ecclesia collegiata eius assensus postulatur.

- 14 Ius patronatus habens, primus incedit in processione.
- 15 Ius patronatus habens, tenetur defendere Ecclesiam ab omnibus oppressionibus.
- 16 Ius patronatus habens si migret, seu uergat ad inopiam, alendus est de bonis Ecclesie.
- 17 Ius patronatus habens præter egestatem aliquos redditus moderatos habere potest ab Ecclesia.
- 18 Ius patronatus quandoque Aduocatio, quandoque Vicedominatus, uel custodia, uel guardia, uel ius est frequentationis, uel processionis, & quædoque gratia.
- 19 Ius patronatus non perdit per damnationem, uel confiscationem iudicis secularis.
- 20 Ius in confiscatione bonorum, quod non confiscatur non transit ad heredes extraneos, sed ad filios tantum.
- 21 Ius patronatus libertorum, uel emphyteosis Ecclesiastica, uel feudum non confiscatur.
- 22 Ius patronatus transfertur in alium gratuito titulo cum sit spirituali annexum.
- 23 Ius patronatus donare intelligitur qui uitur hoc uerbo dono tibi Ecclesiam uel concedo.

Septuagesimum Octauum Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet priuilegio, † quod in bonis Ecclesie non succeditur iure consanguinitatis. Nullus ergo bona Ecclesiastica debet quærere iure consanguinitatis, c. 1. de præb. dignit. Ratio autem quare † nullus de clero aut de populo succedat Ecclesie est. Quia bona Ecclesiastica sunt pure spiritualia relicta Ecclesie, uti bona
- 2 propria ipsius Ecclesie, quæ semper est eadem. † Et cui talia bona relicta sunt, ut altaris ministri vivere ualeant. Et ut pro refarcienda, & pro manutenenda Ecclesia census expendatur. Et etiam pauperibus erogetur. Quia bona ecclesiastica ad hunc finem fuerunt relicta, & destinata pro eleemosyna. Nam si quis in ea posset succedere, non esset amplius eleemosyna, sed efficeretur patrimonium succedentis. † Eleemosyna enim non datur ut reddatur in terris, sed in celo. Vnde Ecclesia ait. Centum per unum accipietis, & uitam æternam possidebitis. Hinc est
- 3
- 4

5 est. † Quod clerici dicuntur usurari prout sunt etiam omnes possidentes talia bona, quia non possunt vendere vel testari siue donari de bonis Ecclesie, sed victu tantum, & uestitu debet esse contenti, 10. q. 1. c. Episcopus habeat, & c. cum constet de pign. secundum aliquos Doct. possunt clerici usufructuario comparari ad quem pertinet omnium fructuum perceptorum ius diuidendi, scilicet quantum usufructuari in morte & in uita sunt suorum domini. Et ex eis debita ex quacunque causa soluere possunt. † Tamen fallit in Prælati secularibus, qui ex redditibus suis prouenientibus eis ratione Prælationis soluere non possunt debita, nisi essent pro utilitate Ecclesie contracta. Competit ergo usurario ius, & usus, sed non potest vendere, locare, uel alienare, sed solum ad usum suum, & familie sue potest uti seruitute tali, ut in hortis, fundis, & similibus, si quis habeat in his seruitutem usus. † Nam duo sunt genera Christianorum. Clerici, uel similes, & laici, 12. q. 1. c. duo sunt genera tex. in c. si sententia de sent. excomm. lib. 6. † Clerici, & Deo deuoti nihil proprium habere debent, sed uictu, & uestitu contenti esse debent. Quinimo ut in Ecclesia Dei successio non notetur † statutum fuit, ut filius sacerdotis etiam legitimus non possit habere, etiam ab Episcopo beneficium paternum, ut in c. extramissa quasi per totum de filiis præby. Vnde in bonis Ecclesie non habet locum successio iure sanguinis. † Sed substitutus in beneficio non causat ius à defuncto, sed à superiore illud conferente. Non obstante hac conclusione uidetur contrarium cum ius patronatus sit ius Ecclesiasticum, & spiritualibus annexum, ut in c. quanto de Iud. & tamen in eo succeditur iure sanguinis, c. quoniam & c. 1. de iur. patron. 16. q. 7. c. Pia mentis solutio potest esse, quia ius patronatus non est mere Ecclesiasticum sed habet de temporalitate rationem, cuius habet locum successio. Ita sentiunt Doct. Hic gl. no. in d. c. pia mentis. Sed animaduertendum, quod laici mero iure non possident. Sed succedunt in iure patronatus ex quadam gratia ipsis concessa ab Ecclesia, ut de facili laici inducerentur ad fundandam Ecclesiam, ut probatur, in c. 3. de iure patro. Dicendum est ergo, quod in iure patronatus succeditur gratia, sicut gratiosè possidetur. Sed aliud est in beneficiis, quæ sunt purè spiritus alia. Ideo Ecclesia ius tam pingue noluit conferre laicis sed duntaxat concessit ius patronatus propter utilitatem inde prouenientem, hoc laicis dispensauit Ecclesia. † Quia ius patronatus est auctoritas,

siue potestas proueniens ex beneficiis ante consecrationem
 Ecclesiæ collatio, & peruenit ex tribus. Scilicet. Fundatione,
 Donatione, & ædificatione. Vel sola collatione, c. filii 13. q. 7.
 & capit. quicumque 18. q. 2. cap. Abbates unde patronum
 faciunt dos, ædificatio, fundus, competit autem patrono, ali-
 12 quid honoris. † Vt si Ecclesia non fuerit collegiata, præ-
 13 sentet. † Sed si fuerit collegiata, tunc non electioni Prælati
 faciendæ, sed iam factæ honestius patroni postulatur assensus.
 Nisi ex speciali concessione obtineat, ut partes suas imponere
 14 debeat electioni tractandæ, c. nobis de iur. patro. † Item ha-
 bet aliquid honoris quia primus in processione incedit, vt 16.
 15 q. 12. cap. piæ mentis. † Habet aliud oneris quia tenetur de-
 fendere Ecclesiam ab omnibus oppressiõibus, d. capit. filiiis,
 16 † Et habet aliud utilitatis. Quia si migret, seu aliàs uergat ad
 inopiã allendus est de bonis Ecclesiæ, d. c. filiiis, & d. c. Quicum-
 que. Vnde patrono debetur honor, onus, utilitasque Præsentet,
 17 præsit, defendat, alatur egenus. † Potest etiam patronus præ-
 ter egestatem aliquos redditus moderatos habere ab Eccle-
 sia, cuius patronus existit. Sine præsentatione institui quis nõ
 debet in ea Ecclesia, quæ patronum habet. Et si spretis patro-
 nis hoc factum fuerit, secundum rigorem iuris institutio est re-
 tractanda, cap. illud de iur. patron. Vel irrita nuntianda, & ad
 instruents verecundiam institutus amouendus est. Et alius
 quem patronus dignum elegerit ordinandus, ut 16. q. 7. cap.
 decernimus. Sed si laicus præsentet unum, & postea variet aliũ
 præsentando, videtur à primo discedere, posteriorem præsen-
 tando, l. sicut. §. si. ff. de procur. Et tunc videtur arbitrio Episco-
 pi relinquendum, quis eorum alteri præferatur, capit. Eccle-
 18 siastici 2. distinc. † Item ius patronatus quandoque aduoca-
 catio, quandoque vicedominatus, vel custodia, vel guardia,
 vel ius est frequentationis, vel processiois, & quandoque
 gratia, glos. in capitul. quia clerici de iur. patronat. & nota.
 19 † Quòd ius patronatus non perdit quis per damnationem,
 vel confiscationem iudicis secularis, glo. in captu. pastoralis in
 20 Clemen. de re. iudi. & est memoria dignum, † Quia ubi fit
 confiscatio bonorum non confiscatur ius, quod non transit ad
 ad hæredes extraneos, sed tantum ad filios, l. 1. & ibi glo. C. de
 21 bon. quæ liber. † Ideo non confiscatur ius patronatus liber-
 torum, uel emphyteosis Ecclesiastica, uel feudum, secundum
 Bald. in l. qui se patris. C. und. libe. Item si præsentatus ab eo
 qui

qui ius præsentandi habet, & idoneus non admiffus à Præla-
to, fi patronus non uariet, habet ius in re, & potest agere con-
tra institutum à nemine, uel à falso patrono præsentatum, ca.
cum Bertoldus de re iud. Si patronus uariat, primus præsentat-
us non habet ius ad agendum contra secundum præsentatū,
& institutum, sed agere potest contra Prælatum, qui perpe-
ram idoneum non admiffit, ut prouideat ei in competenti be-
22 neficio, d. cap. pastoralis. † Item ius patronatus transfertur
in alium gratuito titulo, cum fit fpirituale annexum. Nifi cum
vniuerfalitate tranfeat. Item plerique hoc nomen Ecclesia pro
23 iure patronatus fupponit, cap. i. de iur. patrona. Ergo † fi quis
vtatur tali uerborum fimplicitate dono tibi Ecclefiam. Vel cō
cedo intelligitur donare ius patronatus, quod habet in ea, c.
Quod autem de iure patro. Ex his habetur quas uires habeat
ius patronatus & per confequens quare uadit per fucceffio-
nem fanguinis apertè percipitur ex ferie prænarata, & con-
cludenter habes, quòd non datur fucceffio in bonis Ecclefie.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus infirmus percipit fructus beneficij fui.
- 2 Clericus infirmus Ecclesie feruire intelligitur.
- 3 Clericus non debet priuari beneficio sine causa.
- 4 Papa non est tollerandus uolens turbare statum Ecclesiasticum sine ratio-
nabili causa.
- 5 Clericus priuari potest ex causa suo beneficio.
- 6 Clericus ex tribus etiam criminibus degradatur.
- 7 Clericus imputatus de affaffinio potest puniri per Iudicem secula-
rem.
- 8 Clericus ad hoc ut puniatur de affaffinio requiritur fententia declarato-
ria per quam Iudex pronuntiet ipsum esse affaffinium.
- 9 Clericus incorrigibilis per Iudicem fecularem absque ulla degradatione
puniri potest.
- 10 Clericus monitus non rediens priuatur beneficio.
- 11 Clericus uigore uehementis infamie potest fufpendi à benefi-
cio.
- 12 Debitor non tenetur inuenire creditorem uagabundum, & ei foluere
debitum.
- 13 Emphyteota fi cæpit uagari per mundum priuatur emphyteofi.

Dominus

- 14 Dominus si concedit liberam administrationem seruo, qui cepit vagari administratio intelligitur finita quia habetur pro mortuo.
 15 Usurarius tenetur prestare usuras illi à quo extorsit si uorit ubi habitat secus si ignorat.
 16 Vxor non tenetur sequi virum uagabundum.

Septuagesimum Nonum Priuilegium.

- E**CCLESIA gaudet priuilegio, quòd † Clericus infirmus percipit fructus beneficii sui. Vnde cum quidam sacerdos infirmitate laboraret, adeò quod Ecclesiæ deseruire non poterat, quare Episcopus subtrahebat ei sua sibi pendia consueta. Itaque cõquestus Papa mandat episcopo, quòd propter hoc consueta sibi pendia non subtrahat, sed omnia sibi tribuat, ut si sanus esset, c. i. de cleric. egrot. vel delib. Et ratio fuit hæc ne alii huiusmodi exemplo deterriti, inueniri possint qui in ecclesia militarēt.
- 2 Et hoc quia † infirmus ecclesiæ seruire intelligitur. Ideo omnia percipere debet, ac si sanus esset. Nam satis quòd infirmitate affligitur. Et si priuarētur distributionibus in humaniter tractarentur, & alii terrerentur à clericatu. Hoc enim videtur turbare statum ecclesiasticum, nedum præsentem, sed etiam futurum. Vnde ex hoc proponi potest ratio satis not. † Quod clericus non debet priuari beneficio sine causa èt per Pontificem Maximum. Nam si stante infirmitate, & sic impotentia seruiendi non subtrahitur beneficium. Ne ex hac causa turbetur statutus ecclesiæ. Ergo multo fortius ubi nulla subest causa rationabilis. Hinc est, quòd † etiam Papa non est tollerandus, uolens turbare statum ecclesiasticum sine rationabili causa. In no. in c. quanto de consuet. Verum clarum est, † quòd à nemine clericus priuari potest beneficio suo, ex causa tamen priuari potest. Nam beneficia clerici etiam notoriè criminosi, quia homicidæ non uacant ipso iure, sed demum per sententiam, Bal. in l. cum fratrem in ult. colum. in prin. in uers. circa instrumentum vnum sias. C. de his quib. ut indig. † Sciendum est quòd clericus ex tribus etiam criminibus degradatur, & successiue amittit beneficium, scilicet. Hæresis: Falsi cõmissi in litteris apostolicis: & conspirationis in proprium Episcopum, &
- hæc

hæc est communis theorica, Doc. vt ait Guliel. de benedic. post
tertiam partem repetitionis, cap. Raynucius in quæst. de homi
cid. nu. 3. & seq. quem refert Boller. in pratic. crimin. canon. fol.
7 272. nu. 23. † Clericus imputatus de assassinio potest etiam
puniri per Iudicem secularem. Nam tales assassini sunt diffida
ti à toto populo Christiano, & possunt à quocūque offendi, tex.
8 in c. vnico de homic. li. 6. † Sed ad hoc ut puniatur requiritur
sententia declaratoria, per quam Iudex pronunciet ipsum esse
assasinum. Et est communis opinio, vt dicit praticus carer. fol.
289. nu. 2. c. decis. 112. nu. 2. Qua declaratione facta non requi
ritur alia sententia per quam imponantur penæ contentæ, in
d. c. unico. Sed statim illas incurrit ipso iure, & facto. Et ita di
cit communiter tenere omnes Docto. Alex. in conf. 166. nume.
9 5. lib. 7. ergo beneficio priuatur. Quid etiam † si clericus sit
incorrigibilis? Scias quod eo casu etiam per Iudicem secularē,
absque vlla degradatione puniri potest. Et hoc habet locum
etiam si esset in sacris constitutus, hanc opinio. attestatur esse
communem Didacus prac. in quæst. 32. nume. 2. vers. Secundo
est notandum si absque degradatione puniri potest, quod per
consequens puniri potest in amissione beneficii. Pariter priua
tur publicè aleator. Ipso facto priuatur à promotione, & à be
neficio, si monitio præcedat, de vit. & honest. cleri. c. ut clerici
10 num. 2. immo fortius. † Clericus monitus non rediens priua
tur beneficio, nisi iustam causam absentiaæ alleget, cap. si. nu. 1.
11 de cleric. non resident. † Immo uigore vehementis infamia
potest suspendi a suo beneficio, cap. accedens num. 2. de accu
sat. Sed si esset clericus qui ex natura beneficii non tenetur re
sidere, nō potest per hoc uagari: aliàs priuabitur, licet etiam ha
buerit licentiam vagandi. Vel ita sit consuetudo, ca. ex tuę nu.
14. de cleri. Non resid. Vnde ad delictum vagationis perpetuę
memoria dignum, not. celebrem tex. in l. quod nisi §. ex pro
uincia. ff. de oper. lib. Vbi libertas non tenetur insequi patro
num uagabundum ad præstandas operas, & ibi Nic. de Neap.
dicit uasallum, qui tenetur seruire domino si incipit uagari
non tenetur. Vide quid dicat idem Nic. Neap. in l. item illa. ff.
12 de const. pecu. vbi dixit. † Quod debitor non tenetur inuenire
creditorum uagabundū, & soluere ei debitum, licet aliàs secus,
ut ibi plenē, & vide Specul. in titu. de loca. §. Nunc aliqua. Vbi
13 dixit, † quod si emphyteota cœpit uagari per mundum priua
tur emphyteosi, quem refert Bald. in Authen. si quas ruinas.

C. de

- C. de sac. sant. eccl. text. in l. libera peculii administratio. ff. de
 14 pecul. ubi si. † Dominus concessit liberam administrationem
 peculii seruo, qui incepit uagari. Intelligitur finita eius admi-
 nistratio quia habetur pro mortuo, glos. in capit. non oportet
 de consec. dif. 5. gl. in c. cum tu de vsur. quam reputauit singu.
 15 And. Barb. Quod licet † vsurarius teneatur prestare usuras
 illi à quo extorsit, illud est verum si norit ubi habitat, secus si
 ignorat, ubi sit creditor. Puta quia uagatur per mundum, quia
 tunc non tenetur inquirendo uagari, gl. in capit. una quæque.
 16 13. q. 2. quæ dicit, † Quod uxor non tenetur sequi uirum vaga-
 bundum, Io. de Imo. in rub. ff. solu. matr. cap. 1. de coniug. le. p.
 & in cap. 1. qui mat. accus. non pos. Sed limitatur nisi scienter
 mulier duxisset in uirum aliquem histrionem, quem solet vaga-
 ri, quo casu tenebitur sequi uirum. Ita dicit gl. in d. ca. unaqua
 que, & ita tenet Bar. in l. Mæuia. §. uxorem. ff. de ann. leg. & scri-
 bentes in d. rub. & Io. de Imol. in l. si cum dotem §. si maritus.
 ff. sol. matr. Ex his igitur habetur ex aliquibus casibus clericum
 priuandum esse beneficio stante firma regula, quod infirmus
 priuari non possit beneficio, sed immo fructus percipiat.

S U M M A R I V M.

- 1 Institutus scienter in beneficium uiuentis deponendus.
- 2 Institutus in beneficio uiuentis excommunicandus est.
- 3 Institutus in beneficio uiuentis eius pœna est, quod repellitur à commu-
nione Ecclesiastica.
- 4 Beneficium uiuentis non potest conferri alteri siue fiat collatio ab inferiore,
siue à Papa.
- 5 Beneficium impetrans primo uacaturum non debet habere uacaturum
per renuntiationem.
- 6 Impetratio subreptitia non tenet etiam si sanctus sit ille qui impetret.
- 7 Non est recedendum à iuris dispositione propter meritum uitæ.
- 8 Impetrans beneficium uacaturum intelligitur de uacaturo per mortem.
- 9 Vacatio quando est per renuntiationem renunciatio facta in fauorem
certæ personæ dicitur simoniaca.
- 10 Matrimonij causa spiritualis transit in rem iudicatam.
- 11 Sententia est priuatiua, quandoque declaratiua.
- 12 Sententia priuatiua à qua non fuit appellatum facit beneficium uacare,
& per consequens potest conferri.
- 13 Probatio admittitur contra præsumptionem iuris, & de iure.

Septima

Octuagesimum Privilegium.

1 **E**CCLESIA gaudet privilegio, † quòd in-
 2 stitutus scienter in beneficium uiuentis de-
 ponendus est. Dicitur ergo quòd † qui per-
 mittit scienter se institui in beneficio uiuen-
 tis excommunicandus est, c. 1. de concess.
 præbend. Ratio fuit hæc quare repelluntur
 à cõmunionem Ecclesiasticam? Quia uiuis sacerdotibus passi sunt
 successores adhiberi. Nam cum clericus non possit deponi nisi
 causa cognita, & lata sententia, ut supra dixi; ita ergo eius be-
 neficium impetrari non potest. Quia beneficia sunt perpetua
 cap. satis peruersum 66. dist. & per tot. tit. de cler. ægrot. Et lex
 non patitur aliquem locupletari iniuria, uel iactura alterius.
 Regula locupletari de reg. iur. in 6. Et quia est in culpa immi-
 scendo se rei ad se non pertinenti, ut in l. culpa. ff. de regu. iur.
 Cum etiam alteri per alterum nõ debet iniqua conditio infer-
 3 ri, l. non debet. ff. de reg. iur. Hinc † est, quòd imponitur pœ-
 na ei qui se substitui facit in beneficium uiuentis. Debet enim
 repelli à cõmunionem Ecclesiasticam. Dic etiam quod debet de-
 poni, ut in capit. in primis 2. quæstio. 1. Item efficitur infamis
 3. quæstio. 2. capit. audiuius nec potest amplius illud benefi-
 cium obtinere. Vnde credendum est, quòd solus Papa potest
 cum eo dispensare. Nam ut hic dicunt Docto. & bene. Quem-
 admodum non potest eam ducere in uxorem, cum contraxe-
 rit uiuente marito, ut in capitu. fina. de eo qui dux. in mari.
 Ita nec consequi uxorem spirituales cum qua uoluit con-
 trahere uiuente sponso suo, & quoddammodo illam adulteran-
 do, 7. quæstio. 1. in capitulo sicut nota. Innocen. in capitulo
 post electionem de concess. præbend. Immo fortius, quod si
 quis occupauerit, ut supra & postea à Papa illud benefi-
 cium impetrauit, cum vacaret non habita mentione præteri-
 tæ occupationis collatio talis non ualet, tanquam subrepti-
 tia. Nam si de tali occupatione Papa non ignorauisset, be-
 neficium non concessisset, cap. postulasti de rescrip. Hic igitur
 4 venit notandum, quòd † beneficium uiuentis, non potest conferri
 alteri, siue fiat collatio ab inferiore, siue à Papa cum beneficia
 sint ut supra dixi perpetua. Et cum sine causa clericus non sit

Dd pri-

- 5 priuandus. et animaduerte quod ꝑ impetrans beneficium primo uacaturum non debet habere uacaturum per renuntiationem. Quia impetratio intelligitur de uacaturo per mortem gl. ordinaria in c. susceptum de rescript. in 6. licet Bald. arguat contrarium per tex. ibi & Io. de Imo. in l. si quis sic. ff. de leg. Item nec beneficium curatum, nec dignitatem Bal. in l. eam quam 15. col. C. de fideic. Sed quid si post mortem impetrans mitteret procuratorem ad acceptandum beneficium intra mensem: et procurator moriatur in scio dño? Restituitur in integrum ad lapsum mensis, si res est integra. Vt quia beneficium non sit alteri collatum alias secus quia satis est, quod remanet sibi ius ad aliud beneficium, Card. in Clem. 1. s. si in 8. q. de concess. præbend. & nota.
- 6 ꝑ Quod impetratio subreptitia non tenet, etiam si sanctus
- 7 sit ille qui impetret. ꝑ Vnde propter meritum uitæ non est recedendum à iuris dispositione, ut pulchrè not. Bal. in c. si. in fi. ut lit. pend. refert Ias. in l. præscriptione in fin. C. si cont. iu. uel
- 8 util. publ. ꝑ Sed cum dictum fuerit superius, quod impetrans beneficium uacaturum intelligitur de uacaturo per mortem. expedit scire, quibus modis beneficium uacatur. Multis modis dicitur uacare. Modo uacat per mortem Prælati. Modo per renuntiationem: modo per priuationem: modo per translationem. His enim modis dicitur beneficium uacare, ut not. in d. susceptum de rescript. in 6. c. quamuis el ij. de præben. c. extramissa de renunt. & c. ad petitionem de accus. & ibi Abb. & Fel. & c. si quis iam translatus 21. q. 2. In istis casibus illi ad quos de iure communi priuilegio, aut consuetudine pertinet electio possunt ad electionem procedere. et per electionem, seu postulationem de dignitate electiua prouidere. Pro hoc bonus tex. c. post translationem de renunt. Ideo uacante Ecclesia cathedrali alicuius ciuitatis, Romanus Põtifex remittit electionem. Præposito ac Canonicis eiusdem Ecclesiæ, tex. in c. post petitionem de elec. & in c. bonæ in primo de postul. prælat. Vnde Papa dicit mandamus quatenus cum his qui uocem in electione habere noscuntur per electionem, postulationem, seu nominationem canonicam, in personam idoneam conuenire curetis, c. in
- 9 pragmatica. s. ad regimen de elect. ꝑ Sed aduerte quod quando uacatio est per renuntiationem, quod renuntiatio facta in fauorem certæ personæ dicitur simoniaca, hoc tenet Abb. Inn. in capit. uniuersorum de rer. permut. Abb. in c. dilecto de præbend. quam inferior Romano Pontifice non potest admitte-

re immo beneficium sic renuntiatum potest impetrari tãquã
 uacans. Pro quo idem dicit Abb. in c. ex parte el. 1. de off. deleg.
 & in d. c. dilecto, & d. c. cum uniuersorum. Et ita adde quod ua-
 cante sede apostol. per priuationem, ut puta quia Rom. Ponti-
 fex per Concilium fuit priuatus. Aut per renuntiationem, per
 eum factam, quòd ad Cardinales pertinet electio, & non ad
 Concilium. Hoc tenet, Fely. in c. ad petitionem de accus. col. 2.
 pro quo est Abb. in Clemen. Ne Romani de elect. ubi dicitur,
 uel moriente, uel cedente. An autem de modo uacationis sit fa-
 cienda mentio in impetratione beneficiorum Ecclesiasticorũ?
 Dicendum, quod non secũdum Arch. in d. c. susceptum. Quem
 sequitur Phil. Fran. in d. c. susceptum col. 3. pro quo glo. in Cle-
 men. 1. in uerb. quamuis de præbend. gl. in capit. cupientes in
 uerb. uacationibus in 6. & ita tenet Fel. quem uide in c. in no-
 stra. Correlario trigesimo septimo, de rescri. ubi in materia ad-
 ducit multa iura. Et cum in prædictis occurrit aliquando con-
 trouersia inter partes propter quam nascitur sententia, ideo
 10 uidendum est. † An causa matrimonii spiritualis transeat in
 rem iudicatam? et dicendum, quod sic. Nec retractari potest
 post lapsum decennii, quod secus est in matrimonio carnali,
 ut in cap. lator & in c. consanguinei de re iud. Inno. tamen in c.
 cum olim de dol. & contum. & in c. cum Bertoldus de re iudic.
 Sentit idem esse in matrimonio carnali, quod est in spirituali,
 sed in c. ad aures de rescrip. sentit contrarium. Sed conclu-
 do, & dicta Doc. plenius explicando aduertendum. Quia quan-
 11 doque in istis beneficiis † sententia est priuatiua. Quãdoq; est
 declaratoria. Primo casu si is cui facta est collatio postea fuit
 conscius fraudis non potest saltem in foro animæ cum bona
 conscientia illud beneficium retinere. Argum. in c. fi. de iniu.
 Si autem non fuit conscius iniustitiæ, & fraudis, & sententia
 merè transit in rem iudicatam, & iustè potuit isti conferri be-
 neficium adiudicatum per sententiam. Nam sententia lata in
 matrimonio spirituali transit in rem iudicatam, quatenus tan-
 git beneficium priuatum, tex. in c. cum dilectus de elec. Nam
 cum posset quis beneficio suo renuntiare, tot. titu. de renunt.
 Ita acquiescendo sententiæ priuatiuæ poterit iuri suo præiudica-
 12 re. Nec est opus præscriptione. Quia † sententia priuatiua à
 qua non fuit appellatum facit beneficium uacare, & per con-
 sequens potest conferri, quod est secus in matrimonio carnali.
 Quia non potest quis directè renuntiare cum illud sit indiffo-
 Dd 2 bile

bile etiam cum consensu partium, quia nō dependet ab eorū facultate, cap. super eo. de eo qui consang. cogn. & c. debitum de big. Sed quādo est sententia declaratoria. Exemplum. Duobus litigantibus super beneficio Iudex pronuntiavit beneficium pertinere ad alium iniustè, tamen hoc casu si is pro quo lata fuit sententia iniusta, si de ea habet notitiam, nunquam potest salua conscientia illud beneficium retinere. Cum beneficium sit retinendum ex institutione canonica, vt in reg. i. de reg. iur. in 6. vnde Inno. in c. Quia plerique de immun. Eccles. Quòd si is pro quo lata est sententia iniusta, si post transitum in rem iudicatam fatetur eam iniustam, debet talis sententia retractari per superiorem. Quia posset procedi per uiam denuntiationis Euangelicæ. † Nam contram præsumptionem iuris, & de iure admittitur probatio per confessionem illius, de cuius commodo tractatur, ut in Authent. sed iam necesse C. de donatio. ant. nupt. & in capitulo is qui de sponsa. Et ex his habes quod est licitum, uel illicitum in impetrando beneficium. Sed in specie caue ab impetratione beneficii uiuentis. Quia plures sunt pœnæ, in quibus incidit impetrās, inter quas adest pœna excommunicationis, quæ multum timenda ex omni capite. Nec omitto pœnam infamix, quæ admodum inspectanda adeò quod una respicit animam, alia uero corpus. In utroque igitur res est periculosa.

S V M M A R I V M.

- 1 Depositum factum apud clericum Ecclesiæ non obligat Ecclesiam nisi in eius utilitatem sit uersum.
- 2 Actio restitutionis debet intentari aduersus personam non autem aduersus Ecclesiam.
- 3 Actio dirigitur contra furem. & ut restituat quæstionum carcerisque pœnam imponit.
- 4 Fur dicitur qui depositum restituendum denegat, uerum, & ille qui utitur deposito contra uoluntatem deponentis.
- 5 Depositarius tenetur in quinque casibus.
- 6 Depositarius si habet rem custodiendam arbitrio suo non tenetur de interitu si adhibuit custodiam, ut in rebus suis.
- 7 Depositarius si est creditor. An possit uti cōpensatione? Fallit in deposito.
- 8 Exceptio compensationis non admittitur quando petitum non est liquidum & ex causa depositi, & rapina.

Eccle.

- 9 Ecclesia si recipit aliquod lucrum potest dici contractus initus gratia u-
triusque merito Ecclesia obligari debet.
- 10 Verba que important consilium non obligant.

Octuagesimum Primum Priuilegium.



- 1 **E**CCLISIA gaudet priuilegio. Quod ꝑ depositum factum apud clericum Ecclesiæ, non obligat Ecclesiã, nisi in eius utilitatem sit uersum. Ideo cum Episcopus deposuisset apud canonicum cuiusdam Ecclesiæ, qui pluries interpellatus, ut depositum restitueret, illud denegauit pecuniam subripuit, & asportauit. Vnde Episcopus conquestus fuit cum Papa. Cui respondet: Cum non constat pecuniam furatam, non fuisse conuersam in utilitatem Ecclesiæ, canonici alii non tenentur restituere. Cum depositum non fuerit penès Ecclesiam, sed duntaxat penès vnum ex canonicis Ecclesiæ. Et ita suadet, ut dirigatur actio contra furem. Mandatque illum furem subiici duris quæstionibus, & in vinculis detineri, ut pecuniã restituat. Sed si amicabiliter de redditurum perceptione pacisci potest, acceptam nobis erit ait, cap. i. de deposit. Ratio decisionis fuit, quia pecunia furata nõ fuit conuersa in utilitatem ecclesiæ. Nec ꝑ actio restitutionis debet intentari aduersus alios canonicos, cum pecunia personæ, & non Ecclesiæ fuerit commendata. Et ex hac causa mandat, ꝑ ut dirigatur actio contra furem, & ut restituat quæstionum carcerisque pœnam imponit. Hic considerandum venit ecclesiam non teneri de deposito facto personæ, secus Ecclesiæ quatenus in eius utilitatem pecunia conuersa fuisset, quo casu non dirigeretur actio depositi sed de in rem verso. Nec duntaxat dicitur fur ille ꝑ qui depositum restituendum denegat, uerum & ille qui utitur deposito contra uoluntatem deponentis & si condemnatur efficitur infamis, l. qui furtum. ff. de condit. fur. l. qui depositum C. de fur. Idem est in pignore quia eo utès contra uoluntatem domini committit furtum, & ad hoc pauci & minus bene animaduertunt, l. si pignore. ff. de fur. Ne igitè depositarius hoc agat, cautum est de iure, quod statim pòt cogi ad restituendũ depositum, l. si quis uel pecunias, & ibi Bal. C. depo. Salyc. ibi dicit, quod Bald. tenet ibi requiri libellum, & ordi-

ordinem iudicarium, sed Bald. in l. acceptam col. r. C. de usur. dicit, quod immo executione uide in l. r. §. est autē, & ibi Bar. ff. de pos. Nisi causa de nouo emergat, ut ibi in l. r. §. si deposue- ro, & ibi Bar. eod. tit. Item uerum summarie, & sine dilatione etiam si sibi facta sit protestatio in contrarium, d. l. si quis, & ibi Bal. scilicet extra iudicialiter secundum Bald. sed iam cautum C. eo. tit. Sic ergo non habet depositarius quadrimestre, secū- dum Bal. in l. pen. vers. ideo C. de de pos. & Alexan. in l. r. §. si prae- sens. ff. de verb. oblig. Saly. in d. l. pen. refert Bal. tenere contra- rium, uide Fely. in c. quarenti de offic. deleg. Hæc ultima opi- nio, Bal. mihi satis placet. Quia si depositarius uti non potest de- posito, & si furtum committit, illud retinendo præter mentem

5 deponentis, iuribus superius allegatis. † Incidit etiam in hoc periculo, illud obiter requisitus, nō restituendo quod tenetur in quinque casibus, de casu fortuito, & leuissima culpa. Pri- mus si pactum interuenit, l. iur. gentium. §. ite si quis. ff. de pa- ctis. Secundus si mora præcedat casum, l. si in asia. §. si. ff. de pos. Ter- tius si culpa, l. quod neutra. ff. eod. Quartus si dolus, l. r. §. si re eod. tit. Quintus si gratia tantum accipientis sit depositum, l. si quis in si. ff. si certum petatur. Quos postea uide, in glo. in l. r. §. si sape. ff. de pos. depositarius non est dubium, quod de dolo, & lata culpa tenetur, l. r. §. sape allegato, & ibi Bart. & Alex. in l. quod nerua inst. quibus mom. re. cont. oblig. §. præterea in gl. l. sicut certo. §. Nunc uidentum. ff. commod. l. quæ fortuitis. C.

6 depig. act. † Nisi habeat rem custodiendam arbitrio suo, quo ca- su nō tenetur de interitu, si adhuc illi parē custodiā, sicut in re- bus suis, Bar. in l. 4. ff. de sol. Alex. idē tenet in l. si ut §. Nunc uidentum, ff. com. mod. Bal. in l. r. C. de solu. Rectē, & ritē facit deposti- rarius requisitus depositū restituere. Nā si ita fecerit de nihilo


7 argui poterit. Sed quid esset † si depositarius esset creditor? An possit uti cōpensatione: regulariter admittitur cōpensatione. fallit in deposito. Nā fuit privilegiū inductū, ne in fraudem allegare- tur compensatio, causa differendi restitutionem. Et sic contra- ctus depositi, qui est bonæ fidei redundaret in perfidiam. Tamē distinguendum arbitror. Aut debitum incontinenti liquida- ri potest, & tunc admittitur exceptio compensationis. Aut in- continenti non potest, & tunc denegatur. Non obstante etiam

8 hac distinctione dico. † Exceptionem compensationis non esse admittendam. Nam illa non admittitur, quando debitum petiturum est liquidum, & exceptio requirat altiore in-
nem.

nem. Item si debetur ex causa depositi. Item si debetur ex causa rapinae, uel furti, l. compensationes, & ibi Bal. C. de compensatione. Sed pro conclusione istius præpositi privilegii, videamus quando depositum dicatur factum apud Ecclesiam. Quod est quando fit in præsentia Prælati, & Capituli. Nam Prælati, & Capitulum repræsentant Ecclesiam cap. requisisti de test. iuncto c. seire 7. q. 1. Sed Io. And. distinguit. An depositum sit factum apud sacrilegam deputatum ad custodiam uasorum Ecclesie? An apud deputatum ad custodiam depositorum? Nam in quibusdam Ecclesijs deputatur unus specialiter ad custodiam depositorum, ut est in hospitali sanctæ Mariæ in ciuitate Senesi. Nam multi transeuntes, & peregrini etiam præciosa deponant, quæ fidelissimè restituantur. Etiam post multum tempus ex hac distinctione sentit Io. And. quod si depositum sit apud custodem uasorum, non dicitur factum Ecclesie, sed oportet, quod interueniat præsentia Prælati, & Capituli, ut in gl. c. 1. de pos. Sed in alio casu non requiritur eorum præsentia, satis est, quia principio illum deputauit ad deposita recipienda. Ita sentit Ioan. And. & gl. prædicta Ecclesiam obligari ex tali contractu inuito gratia deponentis tantum. Sed Innoc. quod cum fiat Prælati, & Capituli, non tenetur etiam Ecclesia, nisi aliquod lucrum sit inde secutum, per l. licet §. si filius. ff. de pecul. quod uti om. i. sum. a Doct. non uenit considerandum. Quia quando Ecclesia recipit aliquod lucrum, potest dici contractus inuitus gratia utriusque, merito Ecclesia obligari debet, sicut in alijs contractibus. Sed quoniam fit gratia deponentis tantum, tunc ex qua ratione Ecclesia debet teneri eo maxime cum sit perueniendum ad distractionem rerum Ecclesiasticarum ex contractu Prælati, & Capituli non inuito ad utilitatem Ecclesie, contra capitulum sine exceptione 12. q. 2. c. & rationem l. præses. C. de transac. Vnde ex istis concludendum arbitror, ut in d. c. 1. de depos. Ecclesiam non teneri de deposito nisi uerso in eius utilitatem. Verba autem in fi. d. c. 1. ibi. † Si autem amabilius poteris de reddituum perceptione pacisci noueris id nobis acceptum. Hæc uerba important consilium, non autem obligationem, prout sunt etiam illa uerba Luc. in cap. 18. uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus. Reside in hac conclusione, quod Ecclesia non teneatur, sed deponens dirigat actionem contra depositum detinentem.

- 1 Princeps potest rem Ecclesia per permutationem acquirere data re meliori vel aequali
- 2 Concessionem factam ab antecessore in damnum Ecclesie possunt reuocari.
- 3 Mentio in iure canonico de Principe, intelligitur de Pontifice Maximo.
- 4 Papa Paulus III. permutauit statum Camarini in Parmam, & Placentiam.
- 5 Verbum de Principe intelligitur de Imperatore.
- 6 Imperator non potest de rebus Ecclesie etiam temporalibus disponere.
- 7 Imperator catholicus non est p[re]sul, sed filius Ecclesie.
- 8 Benefacienti benefacere de omni aequitate, & iure statutum est.

Octuagesimum Secundum Privilegium.

- 1  CCLESIA gaudet privilegio. † Quod Princeps potest rem Ecclesie per permutationem acquirere data re meliori, uel aequali. Vnde quesitum fuit, in Concilio. Vtrum Ecclesia posset rem immobilem permutare cum Principe? Statuit Concilium, quod si Princeps uoluerit permutare rem immobilem, cum sanctis locis, & ab eis rem aliam accipere, & de communi uoluntate permutationem facere hoc licitum sit, dummodo causa rationabilis hoc exoptulat, & res quam Princeps prestiterit maior fuerit, uel saltem aequalis, c. 1. de rer. permut. Ratio fuit hæc. Dummodo causa rationabilis exposcat, id est ut utilitas Ecclesie in hac permutatione procuretur. Alias non debet fieri. Et quod ita res se habeat, habetur in c. 2. eo. ti. † Quod concessionem factam ab antecessore in damnum Ecclesie, poterunt reuocari a successore. Dummodo igitur Ecclesia non ledatur Princeps potest rem suam immobilem cum re Ecclesie permutare. Et hic ualde considerandum casum notabilem, in quo fit permutatio cum Ecclesia cessante necessitate, & utilitate, ipse satis enim est, quod Ecclesia non deterioretur. Hoc est inductum in fauorem Principis. Sed de quo Principe intelligunt
- 2


gunt Doctores de Principe, idest Imperatore. Sed animaduer-
 3 tendam est, quod superius deduxi, uidelicet, quod † quando
 fit mentio in iure canonico de Principe, intelligitur de Ponti-
 ce Maximo. Qui cum sit Dominus Ecclesiasticarum rerum, nō
 habet locum permutatio respectu eius personę. Et si diceretur
 4 quod † Papa Paulus III. Permutauit statum Camerini cum
 statu Parmę, & Placentiæ. Fuit in euidentem utilitatem Eccle-
 się. Cum status Camerini Affixus in corde status sedis Aposto-
 licę sit. Et cum status Parmę, & Placentiæ sit quasi sub regimi-
 ne Regis Hispaniarum. Vnde utilitas Ecclesie satis per testes
 fuit probata. Ideo permutatio locum habuit. Quidquid igitur
 5 fecerit de iure facere potuit. Et in isto casu de quo verba facio
 intelligitur † de Principe. Idest Imperatore cui conceditur
 hoc. Quia ipse muniuit Ecclesiam multis Priuilegijs. Ideo
 non fuit magnum hanc compensationem ei tribuere, glos. in
 6 Clemen. unica de baptism. verē. † Tamen Imperator non po-
 test de rebus Ecclesie etiam temporalibus disponere contra
 uoluntatem Ecclesie. Ratio enim hæc est. Quia ex illa donatio-
 ne qua Imperator se & sua donauit, & subiecit Ecclesie, cum
 omnibus satrapis, & uniuerso Senatu factus est filius ecclesie.
 7 Si enim † Imperator catholicus est quod (salua pace eius) dici-
 non presul Ecclesie, sed filius. Et quod ad religionem competit
 discere ei conuenit, & non docere, c. si catholicus 96. dist. Non
 8 est ergo mirum, quod Ecclesia uoluerit fauere filio suo. † Cum
 de omni æquitate, & iure statutum sit benefacienti, beneface-
 cere. Ideo ei permittitur permutatio modo de quo supra in
 d. c. 1. de uer. permut.

S U M M A R I V M.

- 1 Arbitri dicuntur Iudices qui assumuntur ad contentiones sedandas.
- 2 Arbitri in dispari numero eliguntur.
- 3 Arbitris discordantibus statur maioris partis sententia.
- 4 Arbitrum unum, vel tres eligant ad disiniendam questionem.
- 5 Res sunt futurae sine exitu propter naturalem hominum ad dissentien-
 dum facilitatem.
- 6 Arbitri duo electi eorum arbitrium tenet.
- 7 Arbitri tres electi sententia duorum ualet presente tertio dissentiente
 secus eo absente quia sententia non ualet.
- 8 Arbitrorum species sunt duę, idest iuris, & qui a partibus eliguntur,
 Ee qui

- qui proprie non sunt arbitri, sed communes amici.
- 9 Arbitri iuris assumuntur ex necessitate: alij ex nuda partium uoluntate.
 - 10 Arbitrum, & inter arbitratorem est differentia. Arbitrator de iure: Arbitrator de iure, & de facto.
 - 11 Arbitrator Monachus eligi non potest sine utilitate monasterij, & consensu Abbatis.
 - 12 Arbitri sententia emologatur, & approbatur taciturnitate decem dierum.
 - 13 Arbitrator non potest ferre sententiam in Ecclesia sicut nec Iudex.
 - 14 Arbitrator si est excommunicatus non potest esse arbitrator.
 - 15 Excommunicatus non potest esse procurator nec officium arbitratoris assumere.
 - 16 Arbitrator laicus in re spirituali esse non potest.
 - 17 Laico causam spiritualem Papa solus committere potest.
 - 18 Arbitri clericus, & laicus simul possunt eligi.
 - 19 Laicus potest esse assessor Iudicis Ecclesiastici.
 - 20 Arbitrator & arbitrator an pro bono pacis possint dare de iure unius alteri?
 - 21 Lucratur qui a lite recedit.
 - 22 Arbitrator postquam pronuntiauit an possit mutare sententiam suam?
 - 23 Arbitri suspecti, & multum remoueri non est facienda electio.
 - 24 Compromissum debet fieri ex libera uoluntate.
 - 25 Arbitri non sunt compellendi ad accipiendum: at postquam acceptauerint compelluntur pronuntiare.
 - 26 Arbitros eligere in certis causis statutum disponit: statutum est pars iuris ciuilis.
 - 27 Arbitri iuris nunquam assumuntur nisi in casibus a iure expressis.

Octuagesimum Tertium Privilegium.

- 1  CCLESIA gaudet privilegio, & Arbitri dicuntur Iudices. Quia assumuntur ad contentiones, legendas. Vnde statutum fuit, ut & Arbitri in dispari numero eligantur, & & eis discordantibus statuerentur sententia maioris partis. Ex Africano Concilio fuit ita terminatum. Ut & si quaestio uerteretur inter Episcopos, & ipsi uoluerint eligere arbitros. Aut unum eligant, aut tres quorum trium, aut duorum sententiam
- 2
- 3
- 4

tiam sequuntur cap. 1. de arbitr. Fiat igitur de dispari, numero, electio, hac enim ratione. † Quia res sine exitu futura est, propter naturalem hominum, ad dissentiendum facilitatem, l. Item si vnus s. principaliter. ff. de recep. arbitr. Hęc est causa, ob quam fit electio de dispari numero. † Si tamē compromittitur in duos arbitros tenet arbitrium, & si non essent concordēs, coguntur ad concordiam, vel ad assumendum tertium, cap. suspitionis s. vltimo de offic. deleg. † Sed si sunt tres arbitri electi, an sufficiat sententia duorum, presente tertio, licet ipsi dissentiant? Eo absente non valet. ff. eo. tit. l. si tres. Et hoc nisi fuisset in compromisso expressum, vt duo sine tertio procederent. l. non distinguemus s. plures. ff. eo. tit. cap. prudentia de offic. deleg. † Speties arbitratorum ut in cap. Quintauallis de iur. iur. Sunt duę scilicet iuris, & qui a partibus eligantur. Qui propriè non sunt arbitri sed sunt cōmunes amici. Vnde ab istis arbitris nō receditur nec quo ad electionem nec quo ad appellationem, cap. a Iudicibus 2. q. 6. Sed a sententia arbitratorum iuris benè appellatur. Et ratio diuersitatis. † Quia isti arbitri iuris assumuntur ex necessitate, & habent iurisdictionem. Et ex eorum sententia potest agi. Arbitri autē cōpromissarij eliguntur ex nuda voluntate partium. † Nec habent iurisdictionē. Longa. n. differentia est inter arbitrum compromissarium, & arbitratorē. Nam arbiter debet de iure iudicare, secundum ordinem iudiciorum. Arbitrator vero est, qui sumitur de iure, & de facto. Est & alia differentia. Arbiter eligitur loco iudicis. Ita quòd debet procedere iuris ordine seruato. Vnde coram eo debet dari libellus, & fieri litis contestatio, ac etiam fieri sequentia, & præsertim sententia debet fieri in scriptis. Quę omnia secus in arbitratorē. In facto proprio quis non potest esse arbiter sed benè arbitrator. Et hęc dicta sint quo ad arbitrum, & arbitratorē. † Sed an in arbitrum possit eligi Monachus, sine vtilitate Monasterij, & Abbate imperante? Et videtur dicendum, quòd non cap. ij. de postul. & cap. Monachi xvi. q. 1. Verum potest esse arbitrator, ex sola licentia Abbatis. † Sententia autem arbitri emologatur & approbatur taciturnitate decem dierum, & postmodum datur actio, & exceptio, l. penult. C. de arbit. intellige si sine pœna fuit compromissum, capit. per tuas de arbitr. Dictum autem arbitratoris non emologatur prædicto modo. † Arbitrer non potest ferre sententiam in Ecclesia, sicut nec

iudex, & lata, non tenet, de immunita. eccles. capit. decet
 14 lib. 6. secus in arbitratore. † An si arbiter est excommunica-
 tus, non potest esse arbiter, sicut nec Iudex, capit. ad proban-
 dum de re iudic. Et hoc intelligitur de excommunicato noto-
 riè. Nam in eo non cadit arbitramentum. Ioan. Andr. in regu-
 la de dolo de reg. iu. lib. 6. Et hæc opinio est contra Bar. in l. cū
 pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. Et in l. ex facto. §. si quis roga-
 tus. ff. ad Treb. sed Doc. contrarium tenent, in c. post cessionē
 15 de probat. Vbi habetur, † quod excommunicatus non potest
 esse Procurator nec officium arbitratoris assumere potest, cū
 tali casu, debeat arbitrari, ut bonus uir. Sed cum sit excommu-
 16 catus non potest dici bonus uir. † Sed an in laicum ualeat cō-
 promissum tanquam in arbitrum, uel arbitratorem, de re spi-
 rituali? Et videtur dicendum quod non ca. contingit de arbit.
 Quia laici non possunt tractare negocia Ecclesiastica, ex glos.
 17 d. capit. colligitur. Quod nullus citra † Papam potest com-
 mittere causam spiritualem laico. Item nullus citra Papam
 potest auctorizare, ut in solum laicum possit compromitti
 de iure spirituali. Et hoc uidetur verum, quia nullus dispensat
 contra constitutionem Papæ, nisi in casibus concessis c. dile-
 18 ctus de temp. ord. † Cum ergo sit iure expressum, ut auctori-
 te superiori possit in laicum, & clericum compromitti, c. per
 tuas de arbit. Ergo in solum non potest compromitti auctori-
 te superioris. Ratio autē quare laicus prohibetur arbitrari in
 causa spirituali, Doct. in d. c. per tuas dicunt, quod est non pro-
 pter incapacitatem, sed ratione honestatis. Honestas autem sa-
 tis seruatur ex mixtura clerici, qui sociatus laico facit eum ca-
 pacem. Etiam si essent plures laici, & unus clericus. Nō tamen
 extenditur casus huius c. ad actum spiritualement, quia laicus nō
 potest effici capax iuris spiritualis, per mixturam clericorum
 cap. Massana de elect. An Episcopus possit causam spiritualement
 committere clerico, & laico? Et dicendum, quod non, licet va-
 leat compromissum, in clericum, & laicum. Nō tamē pōt causa
 spiritualis delegari clerico, & laico. Ratio diuersitatis est, quia
 ut dicit Io. Andr. in d. c. per tuas. Arbitrium de re spirituali non
 est actus spiritualis. Meritō in clericum, & laicum potest cōpro-
 mitti. Sed iudicare de causa spirituali, est qd spirituale, c. quā-
 19 ciato sibi clerico, ut in d. c. Massana. † Verum laicus potest es-
 20 se esse sfor iudicis Ecclesiastici, ita tenent Doc. † Sed utrum ar-
 biter

biter, p bono pacis, possit de iure unius capere, & vel alteri tra-
 dere: c. Quintauallis, dicit quod licet iudex, uel arbiter, non
 possint salua conscientia dare de iure unius alteri. Cum da-
 re debeant unicuique quod suum est. Secus in arbitratori-
 bus, qui eliguntur tanquam boni uiri, ad componendum inter
 partes, & pro bono pacis. Possunt de iure unius dare alteri, dū-
 modo enormiter non lēdant. Quod si fecerit, potest eorum ar-
 bitramentum per superiorem reduci ad bonam æquitatem,
 per notata in d. c. Quintauallis Bald. In usibus fraudorum te-
 tenuit, q̄ si arbitrator ex certa scientia de alieno largitur nō va-
 let. Quia non est permittum sibi dare quod est alienū. Impro-
 bat hoc dictū à Doc. ueluti falsum, qui dant pro bono pacis, li-
 cet de alieno donāt. Vñr de hoc habere mādatū, dūmodo enor-
 miter non lēdant. Dictum autem Bal. intelligitur, & saluari po-
 test qñ faciunt sine causa. Vel qñ nō. Imò dico lēdunt. Nā qñ in
 21 modico pars lædit † satis lucratur, q̄ ui à lite recedit, l. Lucius
 ff. ad Treb. Quantumcunque uerba latè concipiuntur in perfo-
 nas arbitrorū, ut puta q̄ possint de iure unius dari, alteri in to-
 tū, vel in partē, & c. Nihilominus enormiter deceptus poterit
 cōtrauenire. Licet nō appareat de dolo, ex proposito, sed tantū
 re ipsa. Quia tālia uerba effuso sermone emanata vñr, & plata
 sub quadā cōfidēria psonę, & amicitia arbitrorū. Et ut capent
 amicitia eorum ad non lædendum. Spec. in ti. de emp. & vēd. s.
 22 Nūc † alia qō est cōsideranda. An postq̄ arbiter pronunciauit
 possit mutare sñiam suā: Et dicēdū, q̄ nō, ex quo semel sup toto
 pñciauit seruādo formā cōpromissi siue benè siue malè iudi-
 cauerit functus est officio suo. Vnde nō pōt mutare sñiam suā.
 diē. ff. de recep. arb. Sunt & aliqui quod in arbitratore ex quo
 corā eo non sit iudicium nō habet locū c. n. literis de offi. deleg.
 23 Animaduertendū est, q̄ † non fiat electio de arbitro suspecto,
 aliās pōt sicut iudex recusari. Item nō est faciēda electio de ar-
 bitro multum remoto, c. 2. requiris de appe. Sed est faciēda ele-
 ctio de arbitro cōmorāti in loco cōpetenti, ut de eo possit ha-
 beri copia c. statutū de resc. Huiusq; dictū fuit de arbitro, & ar-
 bitratore, & cū auctoritas sit ipsa concessa p cōpromissū, vidē-
 24 dū est à quo fonte scaturire deat. † Vnde cō pmissū det pcedē-
 re ex libera uolūtate cōpromittētū, nō dēt partes cōpelli ad
 25 cōpromittēdū. † Nec ēt pōt arbiter cōpelli ad accipiēdū, sed
 postq̄ acceptauit, cōpelli pñtiare l. 3. ff. de recep. arb. Est ergo
 à principio cōpromissū liberū, tā ex parte partiū, q̄ arbitri assu-
 mendi

mendi, an aliquo casu possit quis cogi ad compromittendum: Et uidetur quod sic. In arbitros iuris, quis compellitur compromittere. Idest ubicunque ius decernit, vel disponit, ut fiat compromissum. Exemplum in cap. suspicionis de offic. deleg. & in cap. ab arbitris de arbitra. libro 6. l. spiritualis. C. de iudi.

26 Ex quibus inferitur ualere statutum, † ut inter certas personas seu in certis causis fiat compromissum. Nam si ius hic disponit in quibusdam causis, ita statutum potest disponere. Cum statutum sit pars iuris ciuilibus, l. omnes populi. ff. de iusti. & iure not. Io. And. unum quod est menti tenendum, in capit. Pia de

27 except. lib. 6. † Vbi dicit, quod arbitri iuris, nunquam assumuntur nisi in casibus à iure expressis, sed adest glo. nota. in d. cap. statutum potest princ. de rescrip. libro 6. Quæ uult idem esse in casibus consimilibus. Consilium igitur istius ca. 1. de arbitri est mente tenendum. Quòd assumantur arbitri in dispari numero, uidelicet de uno, vel tribus fiat electio ob facilitatem hominum dissentientiorum, d. l. Item. si unus s. principaliter Et præsertim quia communiter eliguntur compadres, vel amici partium, qui beneuolentia, vel aliquo alio respectu ducti, in maiorem discordiam aliquando, & sæpius disceptantes ducunt quod ab homine ingenuo cauendum est.

S V M M A R I V M.

1. *Compromissum in Regiam Francorum ualet licet mulieres sint remota ab omnibus officijs ciuilibus.*
2. *Compromissum Ecclesia permittit in mulierem de rebus temporalibus Ecclesiasticis habentem iurisdictionem.*
3. *Mulier ab officijs non uirilibus quæ deferuntur in Republica tenetur subire sicut masculus.*
4. *Arbitraria sunt redacta ad instar iudiciorum.*
5. *Mulier non potest iudicare ita nec arbitrari.*
6. *Compromissum an fieri possit in mulierem communem amicam, & amicabilem compositricem.*
7. *Consuetudo ualet contra honestatem.*
8. *Mulier non habet iurisdictionem in uasalos, potest tamen de consuetudine.*
9. *Mulier præcellit, quia habet dignitatem non iure proprio, sed ex radijs mariti.*
10. *Mulier habens iurisdictionem, vel comitatum, vel alium principatum pos-*

posset de iure communi omni consuetudine cessante iurisdictionem in subiectos exercere.

- 11 Pœna potest apponi in compromisso etiam inter religiosas personas.
- 12 Spiritualia non recipiunt estimationem.
- 13 Compromissum soluitur pœna soluta.

Octagesimum Quartum Privilegium.

ECCLIA gaudet priuilegio, † Licet mulieres ab omnibus officiis ciuilibus sint remotæ; tamen in mulierem arbitratricem compromitti potest. Si mulier de iure commun, uel de consuetudine habet iurisdictionem. Eo compromissum ualet de rebus temporalibus Ecclesiasticis. Fuerat quæstio de quodam usurario cuiusdam nemoris, inter quendam Abbatem, & conuentû, Cisterciens. ordinis ex parte una, & hospitalarios ex parte altera. In Regnam Francorum fuit compromissum. Et ipsa auditis partibus de cons. aliquorum Episcoporum sententiam promulgauit, cum pœna. Et cum Monachi coram Papa conquæsti fuissent, quod hospitalarii contemnebant arbitrium. Mandauit Papa sub pœna de qua in compromisso appellatione remota, quod sicut arbitrium prouidè latum, & ab utraque parte receptum obseruent. Et præcipuè cum ex episcoporum consilio fuerit roboratum cap. dilecti filii de arbit. Si sceminae sunt remotæ ab officiis ciuilibus, quare † Ecclesia permittit in mulierem compromitti de rebus temporalibus ecclesiasticis? Omnis regula patitur exceptionem. Nam hoc fallit in muliere, quæ de consuetudine habet iurisdictionem, prout Regina Francorum. Et tanto magis, quod eius arbitrium licet ex se uti illiterata illud ferre potuisset ut in l. certi C. de Iud. Tamè hoc noluit. Sed de consilio episcoporum sententiam promulgauit, quam Papa approbavit, iubendo quod appellatione remota eam obseruent. Sed hic animaduertendû, quod ista propositio, quæ est, ut regulariter, sceminae sint remotæ ab omnibus officiis uirilibus, ab officiis autem nõ uirilibus, quæ deferuntur in Republica, ita mulier tenetur subire sicut masculus, de quo tamen dicendum, ut plene not. Bar. in l. 1. C. de mul. in quo loc. mun. lib. 10.

4 Hic autem, arbitrium est officium uirile. † Quia arbitraria sunt

- 5 sunt reddacta ad instar iudiciorum l. i. ff. de arbitr. † Mulier ergo non potest iudicare. Ita nec arbitrari, vt in d. c. dilecti, & l. fi. C. eo. Sed in hac presentia quaestione, respectu iurisdictionis potest. † Vtrum compromissum fieri possit, in mulierem communem amicam, & amicabilem compositricem? Nam tale compromissum potest mulier acceptare, quia coram arbitratore non est iudicium. Sed procedit extraiudicialiter, de hoc est tex. Apertus de muliere in c. Quintauallis, de iur. iur. Sed quare muliere iudicare non potest? Non ratione in capacitatis prohibetur. Nam tunc consuetudo non posset eas habilitare, arguendo cap. licet de for. comp. & in c. causam de praescript. Sed prohibetur propter honestatem, cum non sit honestum, vt mulier officiis virilibus se implicet, cap. Sciscitatus de rescrip. ex hoc tex. colligitur. † Vnum mirabile, quod valet consuetudo contra honestatem, quod est contra cap. causa decorem, & c. Cui ab omni. De vit. & honest. cler. Sed potest dici, quod istud admittitur ratione dignitatis, quam mulieres praecellentes habent. Sicut admittitur Abbatisa. Quae ratione dignitatis habet iurisdictionem, vt in cap. dilecta de excels. praelat. † Videatur quando femina videatur habere iurisdictionem de consuetudine; vel de iure communi. De iure mulier non habet iurisdictionem in vassallos. Potest tamen de consuetudine, & intelligitur cap. dilecti. † De muliere, quae nupta sit alicui Principi, licet principatus pertinet ad virum, & non ad mulierem. Tamen mulier praecellit. Quia habet dignitatem, non iure proprio, sed ex radiis mariti, vt no. in l. si anguste. ff. de leg. 2. Et ita largo modo, omnes subiecti mariti dicuntur subiecti vxoris. Verum vxor non potest in subiectos exercere iurisdictionem, sed consuetudo potest sibi tribuere iurisdictionem. † Nam alias si mulier haberet iurisdictionem: vel comitatum: vel alium principatum, posset de iure communi, omni consuetudine cessante iurisdictionem in subiectos exercere, tex. in c. cum deuotissimam, r. 2. q. 2. cap. ex parte el 3. de priuil. † Poena potest apponi in compromissa etiam inter religiosas personas. Quia licet possunt clerici etiam religiosi exigere poenam. De iure canonico non compellitur compromittens obseruare simpliciter laudum, sed compellitur, per exactionem poenae appositae in compromisso. Sed quid si poena apposita non fuisset? Innoc. Hic tenet, quod in spiritualibus tenetur pars obseruare simpliciter laudum. Quia non potest agi ad interesse, † cum spiritualia non recipi-

recipiant estimationem. Moueri potest quaestio si poena appo-
 sita in compromisso fuerit soluta, an possit agi, vt senten-
 tia pareat: Et concluditur quod non glos. in l. si duo s. fe-
 mel. ff. de recep. arbit. † Ibi dicitur, quod semel poena solu-
 ta soluitur compromissum. Nec amplius potest poena exi-
 gi. Hoc dictum limitatur nisi fuerit clausula appo-
 sita in compromisso, ut poena soluta stet arbitrio, glos. in capit. potuit
 de loc. Conclusio haec est, quod cum mulieres sint ab officio
 uirili remotae, & ita per consequens ab officio iudicandi, non
 possit fieri compromissum in mulierem singularem, secus si
 mulier habet iurisdictionem, de iure communi, vel consuetu-
 dine, tunc super rebus temporalibus Ecclesiasticis potest in
 mulierem compromitti.

S U M M A R I V M.

- 1 Clerici de omni crimine debent coram Ecclesiastico iudice conueniri nec
 consuetudo contraria ualet.
- 2 Fures ex consuetudine regia puniebantur à Iudice laico quam consuetu-
 dinem Papa damnat.
- 3 Clericus debet conueniri de omni crimine coram Iudice Ecclesia-
 stico.
- 4 Consuetudo contra Ecclesiasticam libertatem, & statum Ecclesie non
 habet locum.
- 5 Leges ciuiles sequuntur canonum dispositionem.
- 6 Clericus nec lege nec consuetudine conuenitur coram Iudice secu-
 lari.
- 7 Clericorum causa non ueniunt nec in ciuili nec in criminali coram secu-
 lari iudice terminanda.
- 8 Ecclesia si permetteret Iudices seculares habere potestatem in clericos
 priuaretur libertate Ecclesiastica.
- 9 Clericus ex haeresi, & falsitate literarum Apostolicarum, &
 conspiratione in proprium Episcopum potest degradari.
- 10 Clericus committit crimen laesae maiestatis.
- 11 Clericus in habitu seculari praesumitur seclavis.
- 12 Clerici reperti cum armis prohibitis ex forma proclamationum armis
 spoliantur.
- 13 Iura quae tribuunt potestatem contra loquuntur de sacerdote incor-
 rigibili.

14. *Agentes contra decreta in peccatum incidunt, quia decretis non obediunt.*

Octuagesimum Quintum Privilegium.



ECCLESIA gaudet privilegio. Cum de prædiis quæstio esset inter clericos. Vnus uocauit alium corā Iudice seculari. Reus autem uolebat stare nisi corā Ecclesiastico iudice. Actor auctoritate Iudicis ciuilibus, illum à possessione sua deiecit. Quod cum peruenisset ad aures Episcopi, eum ab officio suspendit. Ille contēpta sententia, officium suum ministravit. Hoc comperto, Episcopus sine spe restitutionis, in eum sententiā dedit. Quia nemo vnquam Episcopum, aut reliquos clericos, apud iudicem secularem accusare præsumat. Nullus Iudicū condemnare præsumat clericum, sine licentia Pontificis 11. q. 1. c. 1. 2. 3. Indubitati iuris est, † quòd clerici de omni crimine, debent coram Ecclesiastico Iudice conueniri. Nec consuetudo contraria ualet capit. clerici de Iudic. Hæc enim ratione † ex consuetudine regia, omnes fures puniebantur à Iudice laico. Hanc consuetudinem Papa damnat. Nam dicitur in text. ibi, quòd leges non dedignantur sacros canones imitari, in quibus generaliter traditur † ut de omni crimine clericus conueniatur coram iudice Ecclesiastico. Nec ex consuetudine canonibus est inferendum præiudicium. Quia iuri scripto consuetudo non præiudicat, capit. consuetudinis 11. distinctio. † Consuetudo quantumcunque tempore obtenta esset, non haberet locum, quia esset contra libertatem Ecclesiasticam, & statutum Ecclesiæ. Capitulo ad audientiam de consuetu. & capitulo cum inter capit. causamque de elect. & melius in capitu. Cum terra. Hic considerandum uenit, † quòd leges ciuiles sequantur canonum dispositionem, & sic in effectum non potest dari contrarietas inter canones, & leges, quòd debet intelligi in materia spectante ad Ecclesiam. † Nam lex ciuilibus, nec consuetudo, potest facere, quòd clericus conueniatur de aliquo crimine coram iudice seculari. Et cum in isto proposito tractetur de cle-

clerico, debet intelligi in quocunque ordine constituto, c. cū non ab hoīe de iud. Et quod dictū est de crimine, idem dicēdū in causa ciuili, Doct. idem tenent, quōd nec in criminali, nec in ciuili, potest clericus conueniri coram seculari, c. qualiter eo. ti. & cap. si diligenti de foro compe. de iure ciuili probatur in Auth. statuimus C. de epis. & cler. Adducit etiam potest, quod causa Ecclesiastica est tractanda, & fienda secundum canones, & sacras regulas, nulla contradictione obstāte, in Auth. de sant. Episcopis, s. Si autem Ecclesiastica, & sequenti vsque ad s. pro omnibus. Et in Auth. de mand. prin. s. Si uero canonicū. Et Episcopi possunt quamcunque personam transgredientem sacra regulam punire, in Authen. de sant. Episcopis, ut autem omnis Ecclesiasticus. An detur locus, quōd clericus puniri, possit per Iudicem secularem? Et dicendum, quōd sic, capit. cum non ab homine scribentes, dicunt quod ibi loquitur de clerico, qui fuerat depositus, & excommunicatus, & in corrigibilis. Nam tunc permittitur per Iudicem secularem compri
7 mi. Ab hoc canone non est recedendum, quōd † causæ clericorum non veniunt nec in ciuili nec in criminali coram seculari Iudice terminandæ, sed coram Ecclesiastico. Nec aliqua consuetudine subsistente, mandat Papa canonibus in hac
8 parte præiudicium generari. Quia si † Ecclesia permetteret Iudices seculares habere potestatem, & auctoritatem in clericos priuaretur libertate Ecclesiastica. Verum clerici non debēt ta
9 li Clypeo se tueri. Quia † ex hæresi, & falsificatione literarum apostolicarum, & conspiratione in proprium Episcopum possunt degradari, & postea tradendi Iudici seculari ad puniendū. † Quid autem si committit crimen læsæ maiestatis? In rei
10 veritate clericus non committit crimen læsæ maiestatis, cum non sit subditus Principi seculari. Et licet ipsi de facto faciant clericos suspēdere pro tali crimine, se tali Clypeo tuētes, q̄ tractatur in tali crimine de ipsorum vita, & statu. Et licet Doct. dicant, quod fortasse possunt excusari, per not. in c. perpendimus de sent. excommuni. excusatio per illud c. non bene se habet, Quia ibi loquitur de clerico, qui dimisso habitu clericali, fuit percussus ob eius enormitates. Nam isto casu, percutiens non
11 tenetur pro habenda solutione accedere ad sedem Apostolicam. Ratio hæc est. † Nam talis esse præsumitur in quali habitu reperitur, l. Item apud Labeonem. s. si quis uirgines. ff. de iniur. & famos. libell. & ibi Bar. Hinc infertur ad illam quæ
Ff 2 stionem,

12 sione si clerici reperirētur cū armis prohibitis, ex forma pro-
 clamationum de nocte. Tunc armis spoliari possunt, nec eis
 sunt restituenda, cum de iure ciuili, & canonico, vsus armo-
 rum sit interdictus. Ita passim obseruatur. Et in specie in Hi-
 13 spania ita attestatur Didac. in lib. 2. resolut. q. 33. Regula igi-
 tur talis est. Quod omnia iura quæ tribuunt potestatem, &
 auctoritatem sacerdotes, vel clericos, Iudicibus secularibus
 puniendi, vel per eam, qua ipsi ex eorum opinione vtuntur.
 Intelligi debet iuxta not. per d. cap. Cum non ab homine, vide-
 licet quando est depositus, incorrigibilis, excommunicandus
 anathematizandus, & si sic non resipuerit, per Iudicem secu-
 larem comprimendus est. Et hæc est communis opinio, vt at-
 14 testatur Abb. in c. At si clerici de Ind. Et si Principes agerent
 in contrarium. † Agentes contra decreta, in peccatum inci-
 dunt. Quia decretis non obediunt, & secundum legem anti-
 quam incurrunt in pœnam mortis lapidationis, vel decapita-
 tionis. In nouo testamento debent anathematizari, cap. abfit
 vndecima quæstione tertia. Ab hac regula in iudicando, non
 est recedendum.

S V M M A R I V M.

- 1 Quæstio de privilegijs Romana Ecclesia solus Papa, de ipsis iudicare potest.
- 2 Quando dubitatur de verbis obscuris, & ambiguis interpretatio est, Papa.
- 3 Papa potest esse Iudex in sua causa sicut Imperator in causa fiscali.
- 4 Princeps presumitur velle in re dubia quod iuris est, ex causa rationabili.
- 5 Nemo cognoscit sine mandato Papæ privilegium, indulgentiam, vel confirmationem ab ipso.
- 6 Papa an in causa proprii delicti possit esse iudex?
- 7 Papa in duobus casibus potest iudicari. In causa, hæresis vel quando delictum est notorie scandalosum, & ipse sit incorrigibilis.
- 8 Papa an possit accusari alienando bona Ecclesiæ absque causa honesta?
- 9 Excessus Papæ de quo Ecclesia possit scandalizari accusari potest in Concilio.
- 10 Sententia lata a Iudice inferiori qui cognouit, vbi cognoscere non poterat

- an valeat?
 11 Si in sententia interuenit iuramentum, & an sit seruandum, nec ne ad quem spectat decernere?
 12 Episcopis potest interpretari iuramentum.
 13 Papa ita peccat aliquid faciendo contra precepta diuina sicut ceteri homines.

Octuagesimum Sextum Privilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet privilegio. † Quòd quando oritur quæstio de privilegijs Romanæ Ecclesie, de ipsis iudicare non debet nisi solus Papa, cap. Cum venissent de iudic. Dicitur ibi in tex. Volumus de ipsis per alios iudicari. Ergo per se ipsam. Et tamen de iure cautum reperitur, neminem sibi esse iudicem vel ius sibi dicere debere. In re enim propria, iniquum admodum est alicui licentiam tribuere sententię l. i. C. Ne quis in sua causa Iud. Sed quare hoc sibi reseruat Papa? Nam hic tractatur quando dubitatur de verbis obscuris, & ambiguis. Tunc eius est interpretatio, cuius est condere. Nam si verba essent clara, & aperta potest iudex dicere obstat, vel non obstat privilegium. Papa in tali casu litigat per
 2 procuratorem, cap. cum dilecta de confirm. vtil. † Et potest esse iudex in sua causa, sicut Imperator in causa fiscali. ff. de his quæ intest. delent. l. proximè, & ibi Bar. cap. nunc autem 2 r.
 3 dist. † Princeps præsumitur uelle quòd iuris est. In dubio præsumendum est, quòd Papa ex causa rationabili gl. in cap. non est de vot. & l. si. C. si cont. ius vel vtil. pub. Illa verba apposita in tex. Nolumus iudicari, per alios nisi, per delegatos
 4 a nobis, & sic est planum. † Quia ex quo Papa dat privilegium, vel indulgentiam, vel etiam confirmationem. Nullus de illis cognoscit sine eius mandato, de confirmat. vtilit. vel inutilit. capit. primo, & secundo. † An Papa in causa
 5 proprij delicti possit esse Iudex? † Quia à nemine potest iudicari nisi in causa hæresis, vel nisi delictum sit notoriè scandalosum, & ipse sit incorrigibilis, text. cum glos. not. in cap. si Papa. Quadragesima distinctio. Secus autem si non habet istas qualitates, quia non potest de isto delicto accusari.
 6 † Sed quid si Papa alienaret an poterit accusari? Dicitur quòd

quòd si alienaret bona Ecclesiæ sine causa rationabili, & honesta. Ut quia consumit in turpes usus, vel dat consanguineis, ut diuites fiant, mortaliter peccat, c. qui abstulerit 12. q. 2. capit. Monemus 86. distin. cap. non satis. Ad hoc responderi potest, quod quicquid Papa facit, præsumitur factum inspiratione diuina. † Verum si Papa in hoc excederet, & notoriè esset incorrigibilis. Et cum ex hoc possit Ecclesia scandalizari, quòd poterit de hoc accusari in Concilio gl. singu. in d. capit. si Papa

9 AN autem sententia lata à iudice inferiori, qui cognouit ubi cognoscere non poterat? Aliqui dixerunt quod non ualet quia hic est defectus potestatis. Credo tamen sententiam tenere, quatenus tangit præiudicium litigantium, c. cum tempore de arbit. & c. ad audientiã de præscrip. capit. inter dilectos de fid. instr.

11 † Quid si in sententia interueniret iuramentum? Et an sit seruandũ nec ne ad quem spectat decernere ad iudicium apostolicum? Specu. de leg. §. Nunc ostendendum, † quòd etiam Episcopus potest interpretari iuramentum c. significante de pig. ad c. venerabilem de elect. respondetur. Quod procedit in negotio arduo, & inter personas magnas. Et denique animaduertendum est, † quòd Papa ita peccat aliquid faciendo contra præcepta diuina, sicut cæteri homines, Cardi. in Clemen. 1. in prin. de sum. Trin. & fid. cathol. Ideo cum tractetur de eius conscientia, & cum præsumatur agere motus inspiratione diuina, meritò dubia priuilegiolorum sedis apostolicæ iudicium sibi ipsi reseruauit.


S V M M A R I V M.

- 1 Clericus non potest sibi constituere Iudicem laicum, etiam si accedat iuramentum proprium, & consensus aduersarij.
- 2 Fauori suo vnusquisque renuntiare potest.
- 3 Quilibet est moderator, & arbiter in re sua.
- 4 Pactum priuatorum, non ualet in præiudicium eorum quæ in publicum fauorem statuta sunt.
- 5 Illud quod potest fieri per pactum potest fieri per statutum.
- 6 Pactum factum per filiam in vim Iuramenti de non succedendo patri ab intestato, non ualet.
- 7 Contractus puberum iuramento firmati, non possunt infirmari nisi vis vel iustus metus interuenerit, vel nisi &c.
- 8 Clericus expressè, nec tacitè iurisdictionem prorogare non potest.

Scho-

- 9 Scholarium privilegium de pluribus iudicibus aduendis quando sublatum, & nullum.
10 Clericus non potest, sine consensu Episcopi iurisdictionem laici nec Clerici prorogare.
11 Consensus expressus, plus operatur quam tacitus.
12 Imperator non potest statuere, de Clericis, vel Ecclesijs sine consensu Papa.
13 Privilegia data ab Imperatore Clericis, vel Ecclesijs tenent.

Octagesimum Septimum Privilegium.

- 1  CCLESIA gaudet privilegio. † Quod clericus non potest sibi constituere iudicem laicum etiam si proprium iuramentum, & aduersarii consensus accedat, dicitur in c. si diligenti de foro competen. Quod tam Episcopi quam Diaconi, & quilibet clericus in criminali, seu civili negotio, si de relicto Ecclesiastico iudicio, voluerint se purgare publicis iudicijs, etiam si pro eis lata fuerit sententia locum suum amittant. Et hoc in criminali actione. In civili uero perdant quod euicerint, si locum suum obtinere uoluerint. Ex quibus manifestè apparet, quod clerici nec inuiti, nec uolentes possint pacisci, ut secularia iudicia subeant. Quia hoc non est beneficium personale, cui renuntiare possint, sed potius toti collegio Ecclesiastico publicè est concessum, cui pactum priuatorum de negare non potest. Et iuramentum licitè seruari non potuit, quod contra statuta canonica illicitis pactionibus informatur. † Si unus quisque renuntiare potest fauori suo, capit. ad apostolicam de regu. & transac. capit. 1. de iureiurand. Barto. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuf. autem sacramenta puberum. C. si aduer. vend. l. Seius & augerius. ff. ad l. Falc. † Quare clericus qui est moderator, & arbiter in re sua, l. in re mandata, & ibi Bal. C. manda. Et qui in contractu inuito iurauit conuenta cum renuntiatione seruare non debet. Ratio hæc fuit. † Quia pactum priuatum non ualet in præiudicium eorum, quæ in publicum fauorem statuta sunt: secus si sit pactum circa ea quæ statuta sunt in fauorem priuatum, l. pacisci, & l. iurisdictionum s. si paciscar, ff. de pact. c. ad apostolicam de regular. Et ex hoc & text. infero

ro contra gl. in rubr. C. de decre. decu. lib. 10. & gl. in cap. 2. de
 5 consti. li. 6. Quæ dicit, † quòd illud quod potest fieri per pactū,
 potest fieri per statutum. Nam per pactum non derogatur iuri
 publico, ut hic, sed per statutum sic, nisi sit de reseruatīs Prin-
 cipi, vel contra bonos mores, not. Bar. in l. omnes populi. ff. de
 iust. & iur. Quòd clericus non possit declinare forum etiam cū
 iuramento, & iuri principaliter introducto in fauorem publi-
 cum. Non potest persona priuata renunciare, licet concernat
 utilitatem, & honorem priuatum. Nec talis renunciatio iuuat-
 ur iuramento. Nam renunciatio causatur ad abdicandum ius
 quod est in ipso renuntiante, & non penès alium. Argumento.
 l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. & in c. ab eo de elect. lib. 6.
 Secus quando commodum concernit singulos singulariter, ut
 in cap. dilecti, de foro comp. Quid autem si primariè concernit
 commodum priuatum, & secundario publicum? Dic, vt not. Ab-
 6 ba. in c. cum contingat de iureiurand. Nonne saltem ualere de-
 bet, † pactum in uim iuramenti si filia dote contenta pactum
 fecit de non succedendo patri ab intestato, non ualeat, l. pactū
 dotali C. de coll. Licet pactum per se non ualeat, tamen firma-
 7 tur iuramento, cap. quamuis de pac. in 6. † Contractus pu-
 berum iuramento firmati nequeunt infirmari, nisi uis, vel iu-
 stus metus interuenerit. Vel nisi sit iuratum, de non exponen-
 da quærela maleficiorum, autem sacramenta puberum C. si ad
 uers. vend. Idem in donatione. Nam quemadmodum isti con-
 tractus firmantur iuramento, ita & clericorum contractus iura-
 8 mento uallati, locum obtinere deberent. Sed argumentum nō
 procedit. Nam illi contractus iuramento firmantur quia respi-
 ciunt duntaxat commodum, uel eorum incommodum, quod
 secus est in clerico, in quo considerandum uenit ius publicum,
 8 inductum fauore speciali, vt in d. cap. si diligenti. † Et si cleri-
 cus expressè prorogare non potest iurisdictionem. An tacitè
 possit? Et dicendum quòd non. Sed Ioan. Andr. in c. inolita 11.
 9 q. 1. tenet quod tacitè potest. Nam si non potest † tacitè, tunc
 sublatum, & nullum est priuilegium scholarium de pluribus
 iudicibus aduendis per constitutionem in autem habita, C.
 10 ne fil. pro pat. quidquid enim dicit Ioan. Andr. † Clericum non
 posse prorogare etiam tacitè iurisdictionem laici. Nec etiam
 clerici sine consensu Episcopi, ut in cap. significasti de for. com
 peten. Idem tenet Host. & hoc uerum, quia si nō potest expres-
 11 sè fortius nec tacitè. † Quia regulariter plus operatur ex-
 pressus

pressus compensus, quàm tacitus, ita not. Ioan. And. in regula
 sciente de reg. iur. lib. 6. respectu d. Auth. habita, Doct. tenent
 illam Auth. Locum non habere in scholaribus clericis. Vel si lo
 cum habet in clericis, non tamen in ciuilibus. Qui habent ibi
 proprium Episcopū, licet sint scholares, sed in alienigenis, qui
 12 ibi proprium Episcopum non habent. † Clarum est Imperato
 rem de clericis, vel Ecclesijs statuere non posse, sine consensu
 13 Papæ. † Tamen si per sua statuta priuilegia dat clericis, vel Ec
 clesijs, dicimus illa statuta tenere. 10. q. 2. cap. 1. in princ. Ergo
 illa Authen. habita cum sit priuilegium studentium debet ele
 ricis competere. Sed alio respectu quo per illam legitur dio
 cœsani iurisdidio, quòd Imperator facere non potest. Illa Au
 then. habita videtur dumtaxat habere locum respectu Docto
 rum, vel Magistrorum Clericorum, si sunt in studio de licen
 tia suorum Episcoporum. Argumento capit. cum pastoris 2.
 q. 7. cap. Ex parte de aconsat. Et ita cessat, quod dicitur de prz
 iudicio diocœsani. Et hæc est communis opinio. Omnibus istis
 omiſſis clarum est, quòd clericus non potest renuntiare foro
 Ecclesiastico etiam cum iuramento.

S Y M M A R I U M.

- 1 Usurpantes iura Ecclesiastica veluti sacrilegi compelluntur, per Eccle
 siasticum, & per violentiam.
- 2 Inuadentes Ecclesiasticarum rerum tanquam sacrilegi sunt excommuni
 candi vsque ad debitam satisfactionem.
- 3 Collata Ecclesia pro remedio peccatorum alijs vsibus non sunt appli
 canda.
- 4 Semel Deo dicatum ad vsus humanos non applicantur.
- 5 Detinentes bona Ecclesiastica, etiam sine violentia contra tamen volun
 tatem Ecclesie dicuntur sacrilegi.
- 6 Relicta Ecclesie in dubio videntur data in remissionem peccato
 rum.
- 7 Sacrilegum non esse ipso iure excommuniatum sed excommuni
 candum.
- 8 Violatores Ecclesiarum an sint ipso iure excommunicati consideratur:
 an cum incendio? an cum effractione?
- 9 Occupantes custodiam siue guardiam Ecclesiarum vacantium, & bona
 ipsarum usurpantes ipso facto sunt excommunicati.



Octuagesimum Nonum Priuilegium.

- I** **C**ELESTIA gaudet priuilegio, † quod laici
 usurpantes iura Ecclesiastica veluti sacrilegi,
 per Ecclesiasticum compelluntur per uiolen-
 tiam. Communitas Bononien. usurpabat iuris-
 dictionem in quibusdam Castris, & vilis, tem-
 poralem, quæ pleno iure pertinebat ad Bono-
 nienfem Ecclesiam. Et in eius possessione Ecclesia ipsa erat
 Episcopus D. Papæ conquestus, unde mandauit, quod cum ini-
 quum sit, et quæ pro remedio peccatorum Ecclesiæ relicta,
 2 sunt, uel aliter iuste acquisita, humanis usibus applicari. † In-
 ualores ipsarum rerum, tanquam sacrilegi sunt excommuni-
 candi usque ad debitam satisfactionem. Vnde si constiterit ei
 de praemissis monitione praemissa per censuram Ecclesiasticam
 appellatione remota, compellat inuasores praedictos ab huius-
 modi cessare, & de praeteritis damnis, & iniuriis, satisfacere co-
 petenter, c. conquestus de foro competen. Ratio quæ impellit
 3 ad ita decretandum, fuit hæc. † Nam ea quæ collata sunt Ec-
 clesiæ pro remedio peccatorum, aut alio modo iuste acquisita,
 aliis usibus non sunt applicanda. Et illarum rerum inuasores
 sunt anathemates usque ad satisfactionem. Ecclesia igitur ha-
 bet hanc iurisdictionem, quod malefactores suos coram Iudice
 Ecclesiastico cum sint sacrilegi, quod crimen est Ecclesiasti-
 cum, potest conuenire. † Nam regula iuris est. Quod semel Deo
 4 dicatum est, amplius ad humanos usus applicari non debet. Et
 sciendum est, quod sacrilegium committitur in rebus non so-
 lum quando occupantur & usurpantur. Sed etiam quando Ec-
 clesia in eius bonis, seu possessione illorum bonorum molesta-
 tur, & turbatur. Et ita competit iurisdicatio Ecclesiæ contra lai-
 cos ratione sacrilegii. Nec dum in ui expulsua, & ablatua,
 sed etiam in ui turbatiua. Potest ergo agi contra laicum in fo-
 ro Ecclesiastico, interdicto uti possidetis. Quoniam molestan-
 5 do laici sacrilegium committunt, cap. cum sit generale de foro
 competen. cap. licet de probat. † Quinimo, & detinentes ipsa
 bona Ecclesiæ sine uiolentia, contra tamen uoluntatem Ec-
 clesiæ, dicuntur sacrilegi, cap. si quis principium 16. q. 7. Paru-
 enim interest quo ad Deum iniuste detinere, uel alienum in-
 uade-

6 uadere cap. sꝑe de rest. spol. † Nam ea quæ collata, uel relicta sunt Ecclesie in dubio videntur data in remissionem peccatorum. Et ita debent iudicari tãquam ad pias causas relicta quod apertè probatur in capitu. Pontifices. 12. q. 3. Et in c. requisisti, de testam. Sed an isti tales sacrilegi sint excommunicati ipso iure: Et dicendum, quòd non, sed quod ueniunt excommunicandi, per sententiam, donec satisfecerint, gl. in d. c. cap. conquestus tenet. † Sacrilegium non esse ipso iure excommunicatum, sed excommunicandum. Quòd an hoc sit simpliciter, Doc. uario modo dicunt obstat quod habetur in cap. Non minus de immunit. Eccles. Et 11. q. 3. cap. canonica capi. cum pro causa de sententia excommunicat. Aliqui dixerunt, quod † uiolatores Ecclesiarum sunt ipso iure excommunicati, alii non, ut 17. q. 4. c. Quisquis, alii dicunt incendiarios, & violatores excommunicatos, alios non, Abb. & Pet. distinguunt. Aut sacrilegium committitur in personam Ecclesiasticam, & tunc sacrilegus est excommunicatus ipso iure, c. si quis suadente 17. q. 4. Aut in rem Ecclesie, & tunc excommunicandus. Aut in ipsam Ecclesiam. Tunc subdistinguitur. Aut cū incendio, & effractione, & excommunicatus est. Vnde dari potest exemplum in eo qui fregit fores Ecclesie, uel in ipsa Ecclesia aliquè oppressit. De sententia excommunicationis cap. cum pro causa, & cap. conquesti. Aut sine his, ut quia librum, uel calicem incautè dimissum ab ecclesia abstulit, tunc non est excommunicatus ipso facto, argumento cap. si. de furt. excipitur casus in cap. generali de elect. lib. 6. Vbi patet † quod occupantes custodiam sue guardiam Ecclesiarum vacantium, & bona ipsarum uacantium vsurpantes. Nam ipso facto sunt excommunicati. Item excipitur casus secundum Archidiaconum in cap. quia sꝑe de elect. lib. 6. & sequitur in laicis occupantibus, & vsurpantibus sibi bona Ecclesiarum uacantium, cap. de laicis. 12. q. 2. Constitutio nouiter edita duo requirit. Vt quis incurrat ipso facto in excommunicationem: Vt occupet custodiã, seu guardiam, & ipsa bona. Item in quantum excommunicatio est fori contentiosi, debet strictè intelligi not. Inno. in c. cum tu de test. & idè not. in c. ad audientiam de homicid. Caueant igitur bona Ecclesiastica usurpare. Nam ueluti sacrilegi per iudicem Ecclesiasticum de satisfactione compelluntur. Et donec satisfaciant sunt anathemati ueluti sacrilegi, quia talia bona collata, uel acquisita aliis uisibus non sunt applicanda.

SUMMARIUM.

- 1 Actor non admittitur ad litigandum nisi prius offerat libellum.
- 2 Petitio uerbalis sufficit scribenda in actis.
- 3 Libellus est quedam scriptura in qua continetur res petita.
Et quis, a quo, quid & quare petit ibi.
- 4 Libellus dicitur à libro, & alij à libra, id est iustitia.
- 5 Libellus est de substantia iudicij.
- 6 Libellus an possit omitti de consensu partium?
- 7 Libellus nec tacite nec expresse omitti potest.
- 8 Quae inducunt solemnitatem in actibus hominum non possunt consensu partium tolli.
- 9 Arbitri sine libello cognoscere possunt & sine litis contestatione, & in scriptis & sine.
- 10 Papa & Imperator dantes iudicem possunt remouere solemnitates.
Reclamatio est libellanda.
- 11 Libelli oblatio non est semper necessaria, fallit & quando ibi.
- 12 Causa uilis quae dicatur relinquitur arbitrio iudicis.
- 13 Libellus cuius expensis detur actoris.

Nonagesimum Priuilegium.

- 1 **E**CCLIA gaudet priuilegio, † quod iudei non admittit actorem ad litigandum, nisi prius libellum in scriptis offerat. Aliqui fratres conquirebantur in Concilio de quibusdam suis aduersariis. Fuerunt interrogati ab Episcopo si habebant libellum reclamatorium, vel postulationis? Responderunt libellum aliquem non habere. Fuit illis per Episcopum responsum oportet nos habere reclamationem uestram in serie libelli, & synodo porrigere, ut uobis canonicè possit respondere. Et tunc fratres sui conscripserunt, & synodo porrexerunt cap. 1. de libel. obl. Quare libellus est necessarius, † cum petitio uerbalis scribenda in actis sufficiat? Bald. in l. 1. C. ut in pos. leg. Item in causis summaniis Clem. 6. cap. 1. Et ibi Card. de uerbo. signific. Nam secundum auctoritatem Ecclesiasticam oportet reclamationem in serie libelli declarare. Dicit ibi in text. oportet. Cuius uerbi natura importat necessitatem, Bart. in l. 1. in prin. ff. de iust. & iur. l. pen. ff. de ali. iud.

ind. mut. causa fac. l. cum oportet C. de bon. qua. libe. Ex iussu
 auctoritatis Ecclesiasticae oportet libellum porrigere. Et haec
 3 fuit ratio ut sancta synodus valeat respondere canonicè. ¶ Sed
 videamus quid est libellus. Est quaedam scriptura in qua conti-
 nentur res quae petitur, & causa petendi, & nomen actoris, &
 rei. Host. dicit quod quamvis libellus multa debeat continere
 de consuetudine approbata, tamen sufficit, quod appareat
 quis petit, à quo, quid, & quare, & coram quo c. quare rel. de elec.
 & arg. l. si procurator. ff. de procur. Et quod det dari in scriptis
 probat in Auth. offeratur canonizata 3. q. 3. inducit s. c. offerat.
 4 Nec debet esse obscurus. ¶ Unde autem dicatur libellus? Dic
 quod à libro. Alii dicunt, quod dicitur à libra, idest iustitia. Nā
 ille qui iudicat, stateram gerat in manibus, cap. omnis 45. dis.
 Nisi igitur offeratur libellus in scriptis alias actor audiri nō de-
 bet. Et si agit actione reali debet in eo exprimere rem quā petit.
 Si agit personali actione, similiter det eam exprimere. ecce ergo,
 5 ¶ q. libellus est de substantia iudicii, qui nec tacite nec expres-
 se omitti potest. Nec valet quid quid agit sine libello. Et ita te-
 net gl. in d. c. 1. de lib. obl. In hoc Doct. varia dicunt de quibus
 apparet per Io. And. in Clem. saepe de verb. signif. Prima opinio
 est, q. tacite libellus possit omitti, expresse non sicut in simili
 dicimus de iur. cal. c. 1. li. 6. Hanc opinionem gl. refert & fuit. Ae-
 6 turh, in d. Auth. offeratur quam multi prosequuntur. ¶ Secun-
 da opinio, q. possit omitti tacite, & expresse de consensu partiū.
 Et hanc opinionem tenuit Accurs. in Auth. de exhib. & introd. re.
 7 in gl. magna. ¶ Tertia opinio fuit, q. nec tacite nec expresse pos-
 sit omitti, & q. nihil valet quod agitur sine libello, & hanc tenet
 gl. & Inn. sequitur, qui allegat quod habetur in auth. de temp.
 non solut. pec. s. contestationem. Erant. n. alii qui vocantes aduer-
 sarios ad iudiciū, & eis negatibus dicebant litē contestatā. Quā
 improbat Imperator statuēs, q. libellus offerat, & q. lite contesta-
 ta omissa hac oblatione habeat pro nulla. Et sic sū eū nec tacite
 nec expresse remitti pōt. Eandem opinio. sequitur Bar. cū mul-
 tis aliis scribentib. in auth. offerat. Nam haec solēnitas non solū
 utilitatē partis respicit, sed et utilitatē iudicis, ut ipse valeat nō
 ignorare. Sup quo ei liceat ferre sūam. Ideo consensu partiū nō
 pōt renuntiari, c. ad apostolicā de reg. & c. si diligēt de for. cōp.
 8 Considerādū est, ¶ q. ea quae inducunt certā solēnitatē in acti-
 bus hominū, non possunt consensu partium tolli, l. nemo pōt ff.
 de leg. 1. & l. ius publicū. ff. de pac. c. si. de re. iur. li. 6. utrobique no-

partes nō posse renuntiare istis solēnitatibus iuris. Nec obstat, quōd quotidie praticatur contrarium coram ꝑ arbitris, qui
 9 cognoscere possunt sine libello, & litis contestatione, & pronuntiare in scriptis, & sine scriptura. Et ita renuntiant istis solēnitatibus iuris. Nam aliud est iudiciū arbitri. Aliud iudicium
 10 iudicis ordinarii. Quando ꝑ Papa, vel Imperator dant Iudicem in eorum potestate est remouere à iudice istas solēnitates, c. pastoralis, & c. secundo requiris de appella. & l. r. ff. a quibus appel. Non hic igitur in arbitros potest compromitti sine istis solēnitatibus l. diem præferre. §. si quis litigatorum. ff. de recept. arbitr. Hic igitur fuit statutum auctoritate Ecclesiastica,
 11 ꝑ reclamationem libellandam, ut ualeat synodus canonica respōdere. Sed an semper oblatio libelli sit necessaria: Fallit regula quando partes conueniunt, quod Iudex non in figura iudicii, sed de plano ex officio ueritatem audiat, & inquirat: Et secundum reperta iudicet. Et sic intelligunt casum quem aliqui faciunt specialem C. de priuileg. schol. l. quoties libro 12. in Authen. ut differen. iudi. §. si uero. Fallit si consuetudo adesset. Ut non detur libellus consuetudo ualeat in his quæ sunt circa iudicia l. fin. C. de priuileg. schol. l. quoties, libro duodecimo. Fallit quando causæ sunt uiles, & maxime uilium personarum tunc enim nec libellus, sed nec nulla scriptura requiritur aut
 12 then. nisi breues C. de sent. ex pericul. recit. ꝑ Quæ autem dicatur causa uilis relinquitur arbitrio iudicantis consideratis qualitatibus personarum glos. in capit. fin. de re. iudi. libro 6. Bart. in l. mediterraneæ C. de ann. & trib. lib. 10. Dicitur etiam causam esse uilem si plus expenderetur in litigando quam esset id quod petitur. Et utrunque dictum potest sustineri, quod est uerum. Quia aliàs nulla specialitas esset in uilibus personis. Cum inter quoscunque in causa uili non requiratur scriptura, in d. auth. nisi breues. Fallit si petitur sententia mādari executioni manu militari aliàs enim non esset licitus finis; Et finis unius litis esset principium alterius l. terminato C. de fruct. & lit. exp. l. si quis C. de reb. cred. Item in notorio non est libellus necessarius cap. quoniam de fil. præbyte. Item fallit quando duo contendunt eandem rem possidere, & quilibet uadit ad possessionem, & ex indignatione nemo uult libellum offerre. Tunc iudicis officium est recipere testes sine libello, & adiudicare possessionem clarius probanti, & uetare ne alter alteri uim faciat quominus utatur l. liberis. ff. de lib. causa. Sed

13. † Sed cuius expensis sit dandus libellus: Actoris expensis autē offeratur C. de lit. contest. & ibi Bar. gl. in Clem. sape de verbo. signific. Demum tene menti quod Iudex claudit aures actori nisi offerat libellum in scriptis cum iure canonico ita cautum sit.

SYMMARIUM.

1. Testes an sint recipiendi ante litem contestatam.
2. Contestatio est de substantia iudicij qua si caret processus est nullus.
3. Testes in aliquibus casibus sunt recipiendi.
4. Testes in criminalibus non recipiuntur lite non contestata.

Nonagesimum Primum Privilegium.



CETERA gaudet privilegio. Dubitabatur
 † Vtrum lite non contestata testes sint recipiendi. Statuit Papa verū esse, quod lite non contestata non esse ad receptionem testium procedendum c. quoniam frequenter, ut lite non contest. non proced. Huius propositionis generalis ratio fuit. Quia per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam fit litis contestatio. Quia omissa nullus est processus c. r. de lit. contest. Litis ergo, † contestatio est de substantia iudicij qua si caret processus dicitur nullus. Sed cum hæc regula sit maximi momenti & cum evenire possunt casus in quibus non ita de facili testes examinari possunt lite contestata. † Idcirco fuerunt multi casus exceptuati in quibus etiam lite non contestata testes recipiuntur videlicet. Quando timetur de morte. Vel absentia testium: vel ubi agit de electione: vel matrimonio & in causa inquisitionis, & publicationis. Item in causa denunciationis cap. nonit de iud. Item in actoris absentia præsentem reo recipiuntur. Testes lite non contestata. C. quomodo & quando iud. Authen. qui semel. de dol. & contūma. cap. causam quæ. Item ubi actor non potest agere propter iuramentum quo iuravit non repetere usuras cap. ad nostram de iureiurand. Item cum minor ab hæreditate se absteat officio iudicis in authen. ut sponsal.

sal. largian. s. Ad hec. Item aliquid iudicis officio expeditur. C. ut min. ab h. a. redi. se abst. in Auth. ibi possit. Item cum in integrum restitutio incidenter postuletur officio iudicis c. 2. de of. iud. Itē cum agitur de iniquitate iudicis in casu de quo habetur in c. interposita s. ulti. de appell. Item in petitione legati vel fideicommissi l. 2. C. de usu. fruc. Nam iste casus non debet excipi de regula cum ibi dicitur post litem non contestatam. Item cum agitur finium regundorum iudicio l. 3. C. si. regund. Item in Trebellianica restitutione l. penul. s. cum autem. C. ad Trebel. Item in causa hæresis post mortem 24. quæstio. 2. cap. sanē el 2. Item ubi offenditur commodum publicum 3. q. 3. c. quia ea. Item cum persona est incerta. diffamari. C. de ingen. & manumiss. Item ubi agitur de beneficio obtinendo Ecclesiastico c. eum qui de eo qui mit. in poss. re. ser. libro 6. Hæc enim
 4 quærelata sunt loquuntur in causa civili. † In criminalibus nunquam recipiuntur testes lite non contestata. Quia in tali casu probationes strictissimæ requiruntur. C. ap. Epiphanium de probat. l. ult. C. de probatio. qualiter in criminali causa procedatur dicitur 3. quæstio. 9. capitu. in summa capitu. veritatis de dol. & contuma.

S Y M M A R I U M.

- 1 Omnes iurare tenentur de calumnia in exordio litis.
- 2 Ordo clericalis est immunis, à iuramento calumnie.
- 3 Tutor tenetur directa actione tutela si administrat, vel administrari faciat.
- 4 Industria hominis electa facit cessare regulam illam, quod aliud sit facere per se & per alium.
- 5 Clericus non obstante consuetudine potest iurare de calumnia.
- 6 Clericus quando tractatur de causa suæ Ecclesiæ iuramentum calumnie potest alteri committere, cum sine licentia superioris iurare non possit.

Nonagesimum Secundum Privilegium.

ECCLESIA gaudet privilegio. In legibus inveniuntur ut nullus clericus iurare præsumat, & tamen in lege reperitur, † quod omnes principales personæ in primo litis exordio de calumnia iurare teneantur

neantur, ex hac diuersitate in dubium refricatur. Vtrum clericus iuramentum hoc præstare debeat an alij officium illud committere: Et quia prohibitio fuit facta ex constitutione diui Marci, vt clerici non iurarent. Fuit quæsitum ab Imperatore Henrico, qualiter hæc contrarietas sit intelligenda. Vt auferatur dubietas constitutio prædicta ita interpretatur, ut ad omnes clericos Ecclesiarum generaliter pertinere iudicetur. Hanc interpretationem confirmat Honorius asserens, quod ad omnes clericos pertinet generaliter. Dicitur, Imperator Iustinianus decreuit, vt canones vim legum obtineant, & in canonibus pactum reperitur, ut clerici iurare non audeant. Et ꝑ ideo clericalis ordo à præstando iuramento calumniæ sit immunis. Ex hoc enim Imperator Hêricus statuit, quod Episcopus nec præbyter nec cuiuscuiuscunque ordinis clericus, nec Abbas nec Monachus, nec monialis in quacunque causa criminali, uel ciuili iurandum calumniæ subire cogatur. Sed aliis defensoribus hoc officium committatur. Papa autem dicit, quod si iurare uoluerint nullus Episcopus inconsulto Romano Pontifice, uel aliquis clericus in consulto suo Episcopo iurare audeat. Et quicumq; in hoc edictum commiserit ueniam sibi nouerit denegandam sicut alij mandat ad subeundum iuramentum habetur ac si ipse iurasset. ꝑ Nam tutor tenetur directa actione tutelæ quando administrat sic & quando administrari mandat. Quia qui facit per alium perinde est ac si faceret per se ipsum l. ita §. quod si quis ff. de administr. tnt. sicut tenetur interdicto unde ui qui deiecit per se ita si deiecit per alium l. prima. §. deiecit ff. de ui. & ui arm. & de reg. iur. l. hoc iure. §. qui deiecit item sicut tenetur l. Cornel. de sic. Qui occidit per se ita & qui occidit per alium C. de accus. l. non ideo. ff. de Senatusconsult. Syl. l. Et si certus sit percussor l. i. §. pen. ad Treb. Item sicut tanquam calumniator qui per se detulit, & non probatur: ita & qui per alium ff. de iur. fisc. l. 2. §. Diuus pius l. non tantum, & à die potest induci l. postulare. ff. de fideiuss. ꝑ Sed opponitur, & uidetur, quod longe aliud sit facere per se quàm per aliũ. ff. de sol. l. inter artifices. Sed dicendum est, quod ubi eligitur personæ industria regula non procedit l. una. §. ne autem. C. de caduc. toll. Sed ubi non eligitur personæ industria tunc procedit effectus regulæ. Opponitur etiam & uidetur impossibile esse factũ per aliũ pinde haberi ac si fuerit per se ipsũ, quia iure cauet, quod est factũ ab eodem diuersis

temporibus representaret identitatem eiusdem facti, ut ff. de condit. indeb. l. si non fortem §. liberis, & in Authen. de fide instrum. Dicendum est quantum ad quantitatem, & veritatem impossibile factum esse unius dici factum alterius. Sed de quodam iuris interpretatione procedit, quod factum unius alterius intelligatur. In nemo ff. de duobus rer. eadem ratio est clerico. Nam eius persona est electa, quia clericus ordinatur. Et cum tractetur de Ecclesia sua merito decretum fuit, ut à iuramento se abtineat. Potest opponi, quod clericus etiam in eius causa non obstante contraria consuetudine iurare potest de calumnia, cap. ceterum de iuramen. calum. sol. Ibi praestitum fuit iuramentum ambabus partibus ad eliciendam veritatem. Conclusio hæc est, quod clericus in causa sua Ecclesie iuramentum calumnie potest alteri committere. Et per se iurare non cogitur nec debet sine superioris licentia.

SYMMARIUM.

- 1 De preemtorio assignare cum agitur de rebus Ecclesiasticis nisi necessitas immineret non expedit.
- 2 Prima dilatio non est danda preemtorio.
- 3 Dilationes duæ dantur actori, & tres reo.
- 4 Dilationes plures dantur quando causa examinatur in Concilio Principis.
- 5 Dilationis datio limitatur, & quando.
- 6 Cautela est in dilationibus ut iudex faciat scribere in actis presentibus ambabus partibus, & non contradicentibus.
- 7 Consensus inducitur in iudicialibus ex non contradictione.
- 8 Dilatio est arbitraria iudici, habito respectu ad locum, ad personam, & ad causam.
- 9 Dilationis in causis summarijs sunt breuianda.
- 10 Dilationem breuiorem si sine causa iudex dat, litigans sit cautus protestari, uel appellare.
- 11 Dilatio probatoria quæ datur in iudicijs est semper communis.
- 12 Terminis datus ad probandum, & probatum habendum sunt testes examinandi infra terminum alius postea non admittuntur.

Nonagesimum Tertium Privilegium.



ECCLESIA gaudet privilegio. Vertebat que-
 stio inter Monachos, & moniales de quadam
 Ecclesia coram decano a sede apostolica dele-
 gato. Qui ad petitionem monialium citavit
 Monachos peremptorie. Quibus nimis brevis
 terminus fuit assignatus. Timētes Monachi se
 a iudice gravari posse, eo quod prima vice terminum pe-
 remptorium, & nimis brevem statuit ad sedem predictam ap-
 pellauerūt. Rescribit Papa ad iudicē quia nō spectat ad iuris
 ordinem diem peremptorium taliter maturare, & presertim
 cum agitur de rebus Ecclesiasticis, nisi necessitas immineret.
 Unde Papa mandat quatenus si ita est, quicquid factum est
 post illā appellationem totum debeat in irritum reuocari, &
 iuxta tenorem primarum literarum in causa procedi. Ratio
 autem quæ impellit Papam ad ita constituendum. † Quia
 in prima citatione non est danda dilatio peremptoria, nisi ex
 magna causa. Et appellatio facta super hoc ualet, ut in capit.
 1. de dilat. Et quod unica tantum dilatio sit danda est text. in
 l. oratione ff. de fer. & dilat. Nisi causa cognita. Obstat tamen.
 † Quia dilationes duæ dantur actori. Et tres reo, l. fina. ff. eo-
 dem titu. solu. Ibi loquitur in casu criminali. Regula igitur,
 quod unica tantum dilatio sit danda, limitatur non habere
 locum quando extaret iustum impedimentum in prima dila-
 tione. Nam tunc potest dari secunda d. l. oratione. Et quomo-
 do hoc procedat uide Bart. & Moderniores in d. l. fina. eodem
 titu. Bald. in consilio 33. in uolum. 3. Idem si elapsa prima di-
 latione superuenissent litiganti nouæ probationes. Nam ad il-
 las producendas potest dari noua dilatio, secundum Barto.
 in l. admonendi. ff. de iureiurand. Salyc. in l. i. C. de dilat. Ias.
 in d. l. fina. ff. de fer. & dilat. Et de hoc statur iuramento pe-
 tentis, quod de nouo superuenissent nouæ probationes, capit.
 4. pastoralis de excess. Limitatur etiam quando † causa exa-
 minatur in Concistorio Principis, quia tunc possunt dari
 plures dilationes, l. in offerendis, & ibi Barto. C. de appella.
 † Limitatur quando quis habuit dilationem, & impedire-
 tur facto alterius, ut si est datus terminus actori ad proban-
 dum,

dum, & reus opponit multas exceptiones, & subterfugia. Nā interim non currit dilatio actori, secundum Alexand. in Consilio 72. uolum. 1. Ias. in l. si cum §. si iniuriarum ff. si quis caut. Cautela tamē est, ut actor protestetur. limitatur quando actor additur aliquid. Quia ad illud datur noua dilatio, Angel. in l. 1. §. si quis stipulante, ff. de uerborum obliga. Et idem quando noua actio cumulatur, ut nota, glos. & Barto. in l. edita. C. de eden. Limitatur quando in iudicio emergit aliqua noua exceptio, vel aliud incidens. Quia semper peti potest dilatio noua ad probandum id quod consistit in facto super illo emergenti, ut habetur in tit. de excep. capit. pastoralis. Nam ea quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio l. de etate. §. Ex causa. ff. de interrog. actio. Limitatur quando Iudex daret secundam dilationem presente utraque parte, & non contradicente. Quia tunc cōsetur data ad uoluntatē ambarū partium, & ualet, ita tenet Bald. in l. si. ff. de fer. & dilat. Et ideo semper quando Iudex dat secundam dilationem, uel eam prorogat, debet altera pars contradicere, vel protestari, alias censetur consentire, Barto. in l. 1. C. de relat. Quo casu quando altera pars contradicit non ualet ipso iure, dilatio, & probationes infra eam receptæ nihil ualent secundum Alex. & Modern. idem tenet Bal. in cons. 3. in uol. 5. Sed si probationes recipiuntur in iudicio sine dilatione ualent, secundum Bar. Bal. Alb. & Moder. in d. l. si. similiter. ¶ Est cautela pro iudice, ut semper in dilationib. faciat scribi in actis, presentib. ambob. partibus, & nō contradicentib. uel nihil dicentib. ¶ Quia ex non contradictione inducitur consensus in iudicialibus, per ea quæ dicit Bar. in l. 1. C. de rela. Limitatur quā dilatio est data absenti, quā nō currit nisi a die quo fuerit absenti intimata, & ille dies quo intimatur non imputatur. Tenet Bar. Alex. & Moder. in l. La beo ff. de inre iur. Bal. in l. si ea. C. qui accus. non poss. Et in l. 1. in fi. C. de temp. app. Sed querendum censeo quanta debeat esse dilatio, quam Iudex cōcedit ad probandum: Dic, quod de iure communi, ¶ omnis dilatio est arbitraria Iudici. Nam habito respectu ad instantiam loci, ad qualitatem personarum, & causæ, potest breuiorem, uel longiorem dilationem concedere. Ita tenet Spe. de cit. §. nunc de temporum, c. quo ad consultationem de re iud. tex. & ibi Bar. in l. 1. C. de dilat. Immo et dilationē legalē potest ex cā Iudex breuiare, uel prorogare not. Alex. & Doc. in l. 2. ff. de re iud. Abb. in c. cum sit de appel. uerū in

9 ¶ in causis summaris debent dilationes breuiari, prout est
possibile ut habetur in Clem. saepe verb. sign. Sed hodie est sta-
tuta certa dilatio ad probandum, uidelicet dierum quindecim
si p partes declaratum fuerit se habere testes infra uiginti mi-
liaria, alias si nihil partes declarent de testibus dilatio est vigin-
ti dierum. Et ille est terminus quem iudices appellant termi-
num iuris. Et si partes declamauerint se habere testes in remo-
tioribus partibus Iudex potest dare longiorem dilationem
10 dummodo non excedat tres menses. Sed si testes essent extra
regionem Iudex pro motu animi sui potest longiorem dilatio-
nem statuere. ¶ Sed qñ Iudex sine causa daret breuiorem dilatio-
nem, sit cautus litigās, ut contradicat, & protestetur, vel appel-
letur, ut hic in d. c. r. de dila. Nam alias si sponte recipit dilatio-
nem breuiorem censetur iuri suo renunciare, Abb. in d. c. quo
ad cōsultationem de re iud. Vtile est contradicere ad hoc prae-
sertim quia postea potest petere secundā dilationem, quae de
iure dari debet sine alia causae cogitatione quādo prima nō fuit
integra. Quia ista secunda non vī noua dilatio, sed potius inte-
gratio, & suppletio primae. Ita tenet Inn. in c. ultra tertiā de te-
11 sti. & Bar. in l. 1. C. de dilat. Ias. in l. si. ff. de fer. & dilat. ¶ Ista dila-
tio probatoria quae datur in iudicijs est semper cōis, adeo q̄ si
datur uni parti, prodest etiā & alii, l. petente, C. de temp. in in-
teg. rest. Bal. Fel. in c. prudentiā de mus. pet. Hic enim dubitari
pōt an infra terminū datū ad probandū debēt testes omnino
examinari: Dic q̄ qñ datur terminus ad probandū sufficit q̄ te-
stes sint iurati, & citati infra terminum. Nā possent postea exa-
minari lapsō termino, & censentur eorū depositiones factae in-
fra terminū. Quia depositio testis retrahit̄ ad tps iuramen-
12 ti, Rom. 443. Abb. in c. licet cām col. 6. de prob. ¶ Sed qñ datur
terminus ad probandū, & probatū habendū, & tūc dēnc testes
ēt examinari infra terminū, alias postea nō admittuntur. Ita te-
net Abb. in c. licet cām col. 6. Soc. in cons. 47. uol. 4. Bal. in cons.
33. in 5. uol. Post propositionem, limitationes, & dubitatio-
nes concluditur, quod citatio vocatoria, cum peremptoria
non debet esse, nimis breuis, maximē ubi agitur de rebus Ec-
clesiasticis, nisi fortē necessitas vrget.

S V M M A R I V M.

1 Dominici dies sunt de uespere ad uesperam feriandi, & ab omni opere ser-
uili obseruandi.

Die

- 2 Die Dominica mercatum nec placitum aliquis ad mortem, vel ad
penam sanguinis iudicari, nec sacramenta nisi pro pace, aut alia neces-
sitate praestentur.
- 3 Multa in necessitate licita sunt quae aliis non licerent.
- 4 Dominici dies sunt ordinati à Deo.
- 5 Deus post separationem Elementorum, & post creationem mundi, so-
olis Luna Stellarum, & Planetarum, & creationem Adae, & Euae ser-
mptima die requiescit.
- 6 Papa indulget piscatoribus, quod diebus Dominicis possint Piscium ca-
pturam mendere.
- 7 Die Dominico iudices plebes, officia quiescant, & cultus agrorum sus-
sensus tempore periturae eis operam dare conceditur.
- 8 Die Dominico emancipare, & manumittere potest.
- 9 Lites & causa quiescant à die octavo Iulij usque ad Calendas Augusti,
& usque ad decimum Calendarium Septembris, & ante diem Pascha-
& Natalis, & Epiphaniae.
- 10 Actus iudicialis nullus in diebus festiuis celebrari potest, secus si vo-
luntarius.
- 11 Opus servile materialiter formaliter, & finaliter quando prohi-
bitum.
- 12 Artifices stutores, & alij qui laborant usque ad mediam noctem sunt cor-
rigendi non autem condemnandi de peccato mortali.
- 13 Consuetudo ad hoc ut inducatur requiritur, quod maior pars populi
utatur.
- 14 Consuetudo quae respicit laicalia servatis servandis obtinet vim le-
gis.
- 15 Praeceptis synodalibus non parentes mortaliter peccant: equiparantur
inobedientes Idololatrae.
- 16 Abusio omni iure reprobatur.
- 17 Venari, piscari, aucupari, si propter lucrum prohibetur ad recreationem
licet, etiam si resultat utilitas pro usu.
- 18 Operari licet in quatuor casibus, in casu necessitatis ne fruges pereant
cessat peccatum in laucionibus: in barberijs, & paratoribus aequo-
rum.
- 19 Rectores peregrinorum in vehiculis, & iumentis die festivo conducendo
non peccant.
- 20 Laborare licet cuilibet in diebus festiuis pro sustentatione fami-
liae.

Nonagesimum Quartum Priuilegium.



L ECLESIA gaudet priuilegio, quòd † dies
 Dominici sunt de uesperè ad uesperà ferian-
 di, & ab omni opere seruii obseruadi. † Nec
 in eis mercatum, uel placitum fieri debet:
 nec aliquis ad mortem, uel penam sanguinis
 iudicari: nec sacramenta nisi pro pace, aut
 alia necessitate præstentur, cap. 1. de fer. Hic
 admodum considerandum uenit, quòd † multa in necessitate
 ueniunt licita, quæ alias non licerent. Sed ex qua causa dum-
 taxat dies Dominici sunt obseruandi, & feriandi, cum & alià
 festa solemnia sunt in honorem Dei instituta: Ratio fuit hæc.
 Quia festa solemnia ab hominibus fuerunt introducta. † Dies
 uero Dominici, ut obseruetur fuerunt ordinati à Domino Deo
 nostro. Maiorem enim uim obtinet institutum à Deo, quàm
 quod ab hominibus decretatum fuit. † Nam uidemus, quòd
 Deus post separationem elementorum, & post creationem mun-
 di Solis, Lunæ, Stellarum ac omnium Planetarum, & creatio-
 nem Adæ, & Euxæ, septima die requiescit. Et sic die Dominico
 opponitur. Et si tam uetere, quàm noui testamenti pagina se-
 ptimum diem ad humanam quietem deputauerit, indulget
 tamen † Papa quibusdam piscatoribus, quòd diebus Domi-
 nicis & aliis festis minoribus cogente necessitate possint pi-
 scium capturæ intendere. Ita quòd de captura illa Ecclesiis
 circumpositis, & pauperibus congruam portionem faciant, c.
 licet de fer. & l. omnes C. de fer. Nam ibi dicitur, quòd † om-
 nes iudices urbaneq; plebes, & artium officia, cunctarum ue-
 nerabili die solis quiescant. Ruri tamè positi agrorum cultura
 liberè licenterq; inseruiant. Solutio. Illa iura loquuntur quan-
 do sumus in re tempore peritura. Et ita in illa l. omnes. Nam
 ibi conceditur ministerium in rebus ruralibus, ne occasione mo-
 menti pereat commoditas cœlesti prouisione concessa. Dum
 igitur necessitas urget, ab Ecclesia conceditur. † Sed an liceat
 die Dominico emancipare, uel manumittere? Et dicendū, quòd
 sic. † Sed reliquæ causæ, & lites quiescant, prout etiam quie-
 scant à die octauo Iulij, usque ad Klendas Augusti ob meilem
 & à Klendis Augusti, usque ad decimum Klendarum Septem-
 bris

bris ob vindemiam & ante diem Paschæ, & Natalis Domini, & Epiphaniæ, per septem dies præcedentes, & totidem subsequentes; l. vt in die Dominico C. de fer. Actus tamen voluntarij iurisdictionis possunt explicari quolibet tempore etiam feriato. l. actus C. eo. † Nullus tamen actus iudiciarius exerceri potest in diebus festiuis. Detestatur quis voluptatibus occupari, & obscenis operam dare, scena theatralis, aut circense certamen, aut ferarum lachrymosa spectacula quiescant. Pacta tamen confici possunt, & transactiones fieri, & inter partes concordie celebrari l. dies festos C. de fer. Negotia tamen militaria quolibet tempore expediri possunt, l. diuus Taianus. ff. de fer. & ibi Bar. Sed à quibus debent homines abstinere in festis, vt melius diuinis incumbant: Ab omni opere seruili, id est non solum à peccato mortali sed etiam à mechanicis, & agricultura & huiusmodi, vt nec mercatum fiat, nec placitum, nec aliquis ad pœnam iudicetur, vel ad mortem, nec iuramenta fiant, nisi pro pace. Hæc tamen intellige quo ad iuramenta iudicialia. † Sed quid est opus seruile prohibituū. Quoddam est opus seruile materialiter, sed non formaliter seu finaliter, vt est scribere vel portare ligna, vel lapides, non propter lucrum sed ad ædificationem Ecclesiarum. Et tale opus seruile non prohibetur hoc præcepto. Quoddam est opus seruile formaliter, & finaliter, sed non materialiter. Vt cum quis in corde suo meditatur, aliquod scientiale ordinatum, vt ad proximum & propriū finem. Ad lucrum tēporale, vt est in aduocato, qui propter lucrum studet. Hoc enim opus seruile non prohibetur; sub pœna peccati mortalis. Quoddā est opus seruile materialiter, & finaliter, seu formaliter. Quando scilicet ordinatur ad lucrum tanquam ad proximum, & proprium finem, vt portare ligna, uel lapides, vel scribere, principaliter propter lucrum, & huiusmodi. Et hoc opus seruile prohibetur sub pœna peccati mortalis.

12 † Sed an sutores & alij artifices, qui laborant vsque ad mediā noctem vel vsque ad mane diei festi: licet sint corrigendi vt desistant. Non tamen cōdemnandi de mortali, ex quo sic est consuetudo, dummodo protrahant festum postea vsq; ad sequens mane, ita quòd per horas 24. Ipsum seruent. Hoc est valde periculosum, nec iuribus conuenire videtur: cum nec vna ars, nec dua, vel tres, consuetudinem facere possint. Habetur enim in

13 glo. in c. fin. de consuetud. & ibi Abb. † Quòd ad inducendam consuetudinem requiritur, quòd maior pars populi vratur illa consuetu-

cōsuetudine, q̄ sanè intelligēdū de maiori parte populi habē-
 te cōsensum habilē ad introducendū cōsuetudinē. Nā mulie-
 res infantes, & furiosi nō cōputant̄ in numero ex quo infertur
 q̄ licet futores Barbitonfores, & ceteri laborarēt vsque ad ma-
 ne diei, nō p̄pter hoc introducta esset cōsuetudo, q̄ eos excusa-
 ret à peccato mortali. Sed an cōsuetudo possit aliquē excusare
 à peccato mortali, & distinguēdū cēseo, aut cōsuetudo est, sup
 14 reb. laicalibus, aut Ecclesiasticis, p̄t est obseruare festa. † Si
 respicit laicalia tūc seruatis seruādis cōsuetudo pōt̄ introduci
 & obrinet vim legis, l. de quib. ff. de leg. Nā nō pōt̄ induci cōsue-
 tudo in reb. Ecclesiasticis, nec in festis introductis in honorē
 15 Dei siue in p̄ceptis, à sanctis synodis introductis. † Sancitū
 est igitur, vt festa seruentur, & qui p̄ceptis synodalibus non
 parent mortaliter peccant, quia inobediens equiparatur idolo-
 latre cap. sciendum 8. q. 1. Non esset igitur cōsuetudo ea quę
 16 fuisset introducta. † Sed abusio quędam, quę omni iure repro-
 batur gl. in clem. 1. §. Quia vero de stat. mon. Clem. 2. de penit.
 & remis. Idcirco tales artifices non possunt se tueri cōsuetudi-
 ne, immo incidunt in peccatum mortale, festa non obseruan-
 tes, & tanto magis, quia incidunt in peccatum, ratione lu-
 17 cri. † Sed quid si in festis licitum sit venari, piscari, uel au-
 cupari si quis talia operatur principaliter propter lucrū, tunc
 prohibetur quia tunc est ministerium seruale materialiter, &
 finaliter, secus si non principaliter propter lucrum. Sed ad re-
 creationem, licet in consequentiam resulet aliqua tempora-
 lis vtilitas, pro vsu suo, omnia ministeria seruilia, quę sunt
 lucri causa in diebus festiuis est peccatum, quia sunt contra
 18 decreta sanctę Romanę Ecclesię, excipiuntur. † Tñ quatuor
 causę in quibus licitum est operari, prima est necessitas vn-
 de fruges in pratis, & terris arratiuis existentes, si imminet
 periculum grandinis, vel alterius tempestati possunt inde re-
 moueri, etiam die festiuo in honorem Dei, in istis cessat pec-
 catum, pro vt secundo loco cessat in lanionibus, & similibus
 qui p̄parant carnes, vel alia comestibilia pro die crastino
 comedenda si non potuerunt in die p̄cedenti commode p̄-
 parare, aut p̄parata sine periculo reseruare. Item ob neces-
 sitatem excusantur barberij ac paratores æquorum si in festis
 hoc faciunt principaliter propter necessitatem eorum qui-
 bus seruiunt, secus si propter cupiditatem lucri, sed, & illi
 qui de talibus requirunt eos excusant, aliter sibi non po-
 tuerunt

tuerunt commodè præuidere alioquin nõ excusantur mihi nõ videtur causa rationabilis barbitonorum, quia possunt differre, idem dicendum de vectoribus peregrinorum in vehiculis aut iumentis, qui non propter quæstum tantum. Sed principaliter propter necessitatem eorũ quibus huiusmodi opera impendunt, Archi. in sum. tenet, † quod cuilibet licitum sit laborare pro sustentatione suæ familiæ in festis, quando alio modo non potest sustentari, ita tñ quod non dimittantur diuina, & hoc etiam licet in maioribus solemnitatibus, erit tamen bona cautela hoc facere cum dispensatione Episcopi, firma igitur conclusio est, quod in diebus Dominicis mercari, litigari, iudicare, vel iurari quis non debet, sed de uespera in uespera debent celebrari nisi necessitas urget.

S U M M A R I V M.

- 1 Nuptiæ impediuntur à tribus diebus Rogationum ante Ascensionem Domini usque ad octauam diem post Pentecostes sunt ibi diuersæ opiniones.
- 2 Verba in statuto Principis ponuntur quandoque impropria.
- 3 Matrimonium omni tempore contrahitur, sed solemnitates traditionis ad domum prohibentur ne carnaliter coniungantur.
- 4 Matrimonium contrahentes tempore prohibito peccant.
- 5 Nuptiæ Impediuntur à die Dominica Aduentus, usque ad diem Epiphaniæ, & à Feria 4. Cinerum, usque ad octauam Paschatis inclusive, cætera sublata ex Concilio Tridentino.

Nonagesimum Quintum Priuilegium.



ECCLIA gaudet priuilegio, in canonib. dicitur, quod nuptiæ celebrari non dēt in trib. hebdomadis ante festum beati Io. Bapr. quidā dicebant septimanas illas sine aliqua interpretatione continuandas ipsi festo, alii uolebant facere interuallum inter ipsum festũ, & illas hebdomadas, & ob reuerentiam festiuitatis Pentecostes fuisse statutum, quæ festiuitas Pentecostes solet in septimanis ipsis interuenire. † Quandoque & sic à tribus diebus rogationum ante Ascensionem Domini usq; ad octauam diem post Pentecostes, computatis illis septimanis illo tantum temporis spacio

cionuptiæ impediuntur celebrari, fuit quæsitum, quæ istarum opinionum, melior esset respondet Papa, quòd consuetudo Romana Ecclesie est, vt quocunq; tempore matrimonium contrahatur per consensum legitimum de præfenti, tamen à septuagesima vsque ad 7. Diem post Pentecostes nuptiæ celebrari non permittuntur, & postea sine differentia celebrantur siue sint tres septimanæ, vel plures ante festum Beati Io. Bap. Et ideo posterior sententia est melior, & siue secundum canones à septuagesima vsq; ad octauam Paschæ siue post 7. dies festi Pentecostes nuptiæ suspenduntur à Dominica, quæ sequitur. Et deinceps licite celebrantur. c. Capellanus de fer. Hic considerandum venit, quod dicitur fieri ante aliquem terminum non solum quod fit immediatè, sed etiã mediatè, unde istæ tres septimanæ prohibitè sunt ante festum S. Io. Bap. Non tamè semper immediatè, sed aliquñ mediatè sicut per prius cadit festum Ascensionis. † Et cum èt iu statuto Principis verba ponuntur quæque impropiè secundum, quod vulgares vtuntur, vt in c. 1. de torneamento. n. de quo fit mentio hic qui habetur in cap. Non oportet 33. q. 4. Fecit mentionè de festo S. Io. Bap. Ex quadam cõi locutione vulgariū dicentium circa festum S. Io. sunt tres septimanæ temporis feriatæ, non quod in veritate haberetur aliqua cõtemplatio ad festum S. Io. Sed quia ut plurimum solent ille tres septimanæ accidere, sicut vulgariter hodie dicitur de quadragesima beati Martini, in qua non habetur respectus ad beatum Martinum, sed ad Aduentum Christi, qui venit illo tempore, & ex hoc arguitur, quòd etiam verba legis debent intelligi secundum communem usum vulgariū, Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Hoc enim decretatum fuit, vt tempus dictarum hebdomadarum, & vt cã proposita apertè cognoscatur dicitur. † Hic quod matrimonium omni tempore contrahitur interueniente consensu, & postea dicit quod certis diebus nuptiæ non permittuntur contrahi, solutio glo. Est quod ipsum matrimonium per legitimum consensum non prohibetur aliquo tempore contrahi, sed ipse solemnitates traductionis ad domum prohibentur ne carnaliter cõiungantur ita sentit glo. quod his diebus feriatæ ne cõsolènitates nuptiarum dent fieri, nec matrimonium consumari, videtur tamen consentire, quod non principaliter prohibetur consummatio matrimonii, sed solènitates ne perueniatur ad actum consumationis, aliqui Doc. dicunt etiam matrimonium non esse contrahendum, quia cõ-

trahentes peccāt c. r. & per tot. tit. de matr. cont. cōtr. interd. Eccl. Ex his declaratur, q̄ ille tres septimanæ in quib. nuptie fieri prohibentur ante festum S. Io. Bap. Non continuantur festo, sed intelligitur de septimana Ascensionis cum duabus sequentibus. Sed hoc est sublatum ex Concilio Tridentino, q̄a prohibitio fit duntaxat à prima Dominica Aduētus usque ad diem Epiphaniæ & à feria quarta Cinerum, usque in octauam Paschatis inclusiue.

S V M M A R I U M.

- 1 Restitutio non potest peti nisi à spoliatore.
- 2 Restitutionum iudicium contra spoliatorem tantum competit.
- 3 Spoliatio inspicitur quando est obiecta in modum actionis aut in forma exceptionis.
- 4 Qui prior appellat prior agat.
- 5 Spoliatus ante restitutionem spoliationis respondere non cogitur.
- 6 Spoliatus ante omnia restituendus.
- 7 Spoliatus non debet restitui quando constat de dominio spoliantis & in multis casibus ut ibi.

Nonagesimum Sextum Priuilegium.



HIC CLESTA gaudet priuilegio quidam Abbas ad presentiam Papæ conueitit fuit, quod quidam viri nobiles manu armata ad castrum monasterij accesserunt, monasterium damnificauerunt in prædiis, animalibus, & rebus alijs, super quibus, iustitiam administrare postulauit, ex parte dictorum nobilium in modum exceptionis fuit responsum, quod ipsi per dolum, & violentiam ipsius Abbatis amiserunt castrum, quod ipsi, & progenitores ipsorum tenuerunt, & possiderunt, petentes illud sibi restitui priusquam petitionibus Abbatis responderent, ex quo habebat te ites presentes pro eorum intentione fundanda, ex parte Abbatis fuit replicatum, q̄ quod ab ipso restitutio petere non poterat, qui non fuerat spoliator, præsertim cum illud castrum ad ius, & proprietatem monasterii pertineret, quod ab aduersariis non erat denegatum, unde cum ad ipsum monasterium sicut ad verum vnum res ipsa redierit, ab alio possessa retentionis

com-

2. commodum obtinere debet etiam post longiora tempora. Et
 iudicium restitutionum contra spoliatores tantum compe-
 3. rit, Papa partibus auditis, distinguit. † An spoliatio nobi-
 lium obiecta sit in modum actionis ad restitutionem peten-
 dam, an in forma exceptionis ad intentionem aduersarij re-
 pellendam, si est proposita in modum actionis, tunc intelli-
 4. guntur mutue petitiones, sese tamquam diuersę minimę con-
 tingentes. † Et secundũ regulam illã, qui prior appellat, prior
 agat, illa quęstio, quę primo ponit primo debet tractari. Et vi-
 cissim tractata eadem sententia terminari debet, sed quia illa
 spoliatio intentata à nobilibus fuit proposita in modum exce-
 ptionis, interloquendo pronuntiat, vt eorum probationes
 super ipsa exceptione primitus audiantur, & ea Abbati pro-
 5. bata respondere non compellantur donec restituantur ab
 ipso, quia spoliatus ante restitutionem spoliationis responde-
 re nõ cogitur, sed spoliatio in modum exceptionis tantum
 probata, non est propter hoc restitutio facienda, sicut si in mo-
 dum exceptionis crimen testi opponitur, vt à testimonio re-
 pellatur, & si crimen contra testem probatum fuerit civili-
 ter. Non ideo pœna ordinaria sibi debet infligi, sed testimo-
 nio eius duntaxat credi non debet, & hoc ideo contingit quia
 in ipsam accusatio non procedit, & inter infames, quasi ex
 falso testimonio non habetur testes quorum testimonium re-
 probatur, cap. cum dilectus de ord. cogn. ita Papa decreuit
 quod qui prior appellat prior agat sed apposta spoliatio in
 modum exceptionis primitus probationes audiantur, & quę-
 stio prima, & vicissim tractata eadem sententia terminatur, &
 6. rō fuit, vt videatur, q̄s eorũ spoliatus fuerit. † Quia regula est,
 vt spoliatus sit ante oia restituendus si consimilis exceptio op-
 ponitur, nisi causa cognita iudicari non potest, q̄ spoliatus sit
 restituendus, habetur in l. si quis ad se fundũ C. ad l. Iul. de vi.
 Oldra. conf. 223. Alex. in l. naturaliter s. nihil cõmune. ff. de ac-
 7. quir. poss. Vbi habetur ibi multę fallentię † spoliatus nõ debet
 restitui quã constat de dominio spoliantis cap. cũ Ecclesia de
 causa poss. & propr. c. decimas de rest. spol. lib. 6. Pau. de Cast.
 in conf. 40. Bal. in l. pen. C. si a non comp. Iud. quod est verũ et
 si spoliatus probet de possessione, & spoliatione gl. in c. 2. in fi.
 de rest. spol. Item verum nisi spoliatus non patiat aduersa-
 rium probare de dominio Inn. in c. cum Bertoldus de re. iud.
 Cep. in caut. 154. Itẽ d. regula in reo nõ in actore. Itẽ verũ nisi
 pra-

præsumptio de dominio sit contra spoliatum nisi probet, quòd
 iusto titulo possedit, cap. 2. in fi. de rest. spoliat. in vi. Item ve-
 rum si spoliatus probat possessionem, & spolium, cap. cù olim
 de rest. spol. gl. & Doc. in cap. fi. eo. ti. in vi. Nisi possessio sit al-
 teri quæ sita non iustè quo casu, si bona fide quæ sita est, primus
 bonæ fidei possessor debet restitui, etiam si de spoliatione non
 doceat, Inn. in cap. sæpe. in gl. ver. restitutionis de rest. spol. Itē
 nisi spoliatus ad vltiora procedat, quia sibi imputet Bal. in l.
 1. C. de appel. l. Chirographis §. 1. de administ. tut. Item nisi
 intruso. 23. dist. c. In nomine Domini. Etiam si sit Papa intru-
 sus, qui spoliatus non debet ante omnia restitui vt ibi. Item ni-
 si in dilapidatore cap. quia eadē 1. q. 2. Item nisi in enofmibus
 2. q. 6. c. super causa. Itē nisi in infamia, & criminis euidencia
 2. q. 5. c. præbiter. Item nisi in crimine simonię cap. accusatus
 & cap. tanta de simon. Item nisi in contumacia 3. q. 9. cap. de-
 cernimus. Item nisi ex causa scādeli 2. q. 1. cap. in primis. Item
 nisi fornicator cap. significasti de diuort. Item nisi reus sit ab-
 sens cap. cōsultationibus de offi. deleg. Item nisi cum quis nō
 possidet cap. olim de rest. spol. Item nisi spoliatio sit probata
 per modum exceptionis cap. cum dilectus de ord. cogn. Item
 nisi in casu cap. literas, & cap. ex transmissa de rest. spol. Item ni-
 si quis possidet sub conditione cap. cum ad te de rest. spol. Itē
 nisi sit colonus l. cum fundus. ff. de ui & ui arm. Item nisi sit ex-
 communicatus cap. quæ situm de offic. ordina. 1. q. 3. cap. cum
 excommunicatio. Itē nisi in casibus cap. diffinitur 2. q. 2. cap.
 audita, & cap. accepta de rest. spol. Item nisi spoliatus petat se
 restitui contra ius quia exceptione repellit. Bal. de pac. const.
 §. omnes. Item verum etiam si ignoretur spoliatus Bal. in cap.
 1. vers. spoliatus quibus mod. feud. amitt. Item verum etiam
 si ad Pupillum peruenit auctoritate Iudicis ex facto tutoris,
 quia pupillus debet restituere Bar. in quæst. lapus l. neq; inter-
 dicto. ff. de reg. iur. Item verū nisi spoliatus beneficio qui prius
 iurauerit non petere restitutionem Rot. in decis. 405. Si agen-
 ti. Item nisi exceptio opposita contra eū non requirat proba-
 tionē, quia tunc non debet restitui. Bal. in l. pen. C. si a nō cōp.
 Iud. Oldr. in consil. 114. Item verum si agat interdicto de
 causa poss. secus si actione quòd met. causa vel cond. ob turp.
 causa. in qua nō fit spoliatio per vim ablatiuā vel expulsiuā, sed
 compulsiuam Bart. in l. si ob turpem. ff. de cond. ob turp.
 causa. quia tūc obstat exceptio, quòd talis metus est purgatus
 per

per aliquem actum postea subsecutum, uel per consensum, expressum Bar. in l. 2. C. quòd met. causa. Item verum etiam in spoliato vi, vel furto, seu clam. Bal. in l. in ciuilem C. de fur. & ser. corrup. Item verum si spoliatus possidebat ex causa dampnabili Bal. in l. manifestissimi C. de fur. Item verum etiam ad fructus perceptos post spoliationem cap. grauis de rest. spol. Item nisi beneficium quo quis est spoliatus sit reseruatū Papę Rot. in decil. 26. Item verum si opponatur sibi exceptio compensationis l. si. & ibi Bal. per compens. & Specul. in tit. de rest. spol. vers. Hoc etiam nota. Item uerum etiam, si spoliatus careat titulo si possessorio peruenit ad alium cum vitio Inn. in cap. sępę in gl. in vers. restitutioni de rest. spol. per l. si coloni, & ibi Bar. de agri. & cens. lib. 1. 1. 3. q. 1. cap. Reintegranda de cuius remedio uide per Alex. conf. 1. 17. in 2. par. Item verum nisi constat de non iure spoliati ita, quòd non possit sine legum iniuria restitui sibi possessio. Bal. in l. pen. C. si a nō comp. Item Iud. uerum etiā si possessio sit confirmata spoliante a superiore Bar. Bal. Angel. & Doc. in l. auctoritate C. vnd. ui. Bal. in Auth. decernimus C. de sac. sanct. Eccl. Item verum etiam in spoliato de beneficio, quòd possedit is sciente suo superiore Moder. in l. siue possidetis C. de probat. Item verum etiam in spolatio iure eligendi, quia non sit uocatus ad electionem, nam admissus in alia electione potest petere per officium Iudicis primam cessari Inn. in cap. querelā de elect. Bar. in l. si te bonis C. de iur. delib. Item uerum etiam sine libello qui non requiritur ad petendum se restitui Specul. de libell. concep. vers. an per simplicem. Bar. in l. naturaliter §. nihil commune. ff. de acq. poss. Item uerum etiam quolibet agente sine mandato pro spoliato l. 1. C. si per vim. vel alio mod. Speculat. de rest. spol. vers. not. Quod nomine an exceptio spolij competat contra heredem spoliatoris. nisi de eo quod ad eum peruenit aut dolo eius factum est, quominus perueniret l. 1. §. hoc interdictum. ff. vnd. ui. Et quòd non competat, ratio est, quia ipsum interdictum, non competit cōtra heredem nisi in prædictis casibus, sed si lis esset contestata cum defuncto, tuum eius hęres teneretur interdicto, etiam si nihil ad eum peruenisset, l. 1. & 2. C. ex delic. defunc. Ad probandam excepti onem spoliationis requiritur plena probatio respectu substantię probationis. Sed ultimo querendum intra quantum tempus competat hęc exceptio spoliationis, an in perpetuum possit spoliatus opponere eam
contra

contra spoliatorem suum agentem, Inn. licet q̄ in perpetuū p̄
 test opponi de eo quod peruenit ad ipsum quem deicit de eo
 autem quod non peruenit ad ipsum excipi potest vsq; ad an-
 num tantum; sicut dicitur interdicto, vt l. 2. C. vnd. vi. l. 1.
 in prin. ff. eo. Nam intra idem tempus proponi debet exceptio
 intra quod agi potest .ff. ex quibus causa. l. nec non §. vt. ff.
 de inofficio. test. l. Papinianns §. si filius ex his habetur si reus
 contra actorem, spoliatorem spoliacione opponit, aut excipien-
 do, & tunc prius auditur, & ea probata respondere non cogi-
 tur, sed per hoc non restituitur, aut agendo, & tunc simul vtra-
 que quæstio terminatur, & ea probata restituetur, cū multis li-
 mitationibus insertis de quibus laute in suis locis dispositū est.

S V M M A R I V M.

- 1 Pecunia mutuata ad tempus ante terminum peti non potest.
- 2 Petentium ante terminum importunitas punitur.
- 3 Petitur plus quatuor modis causa, loco, re, & tempore, vnde petens
 tenetur ad interesse.
- 4 Contrahentes a verbis contractus, non debent recedere.
- 5 Petens plus in aliquibus casibus non punitur.
- 6 Dolus in dubbio non presumitur.
- 7 In dubijs mitior interpretatio facienda est.
- 8 Pena minor venit exercenda vbi minus delinquitur.
- 9 Sportule in foro Ecclesiastico non prestantur.
- 10 Inducij iuris siue hominis quando debeant, in penam duplicari.
- 11 Positio habens aliquam partem falsam an tota negari possit.
 Aduocati ita sequuntur.
- 12 Confessio non extenditur nisi, ad principale non autem ad demonstratiuum
 positum.
- 13 Confessio generalis generaliter, accipi debet nisi aliter excusetur.
- 14 Actor si plus petit, & reus plus negat sit compensatio.

Nonagesimum Septimum Priuilegium.



ECCLESIA gaudet priuilegio, quod si quis
 mutuauit pecuniā alicui sibi restituendam certo
 termino ante tamen terminum petebat, quod fa-
 cere non poterat, immo puniri debebat, Papa
 consultus respōdet, non esse consilium prouiden-
 tie

2 tie ante terminum pecuniam sibi debitam repetere. † Vnde
 punitur importunitas plus petentium, si in iudicio, in petiti-
 one persistunt, qui re plus petit sine causa in expensis aduer-
 rio condemnatur, qui plus petit loco, ad interesse tenetur, ex
 quo utilitas adimitur debitori, quam habuisset, si loco statuto
 soluisset, & ei qui plus petit temporum induciæ duplicantur,
 nec respondere tenetur, nisi ei solvantur expensæ, cap. consi-
 3 lium. de plus petit. † Plus enim petitur quatuor modis cau-
 sa, vt si promitto decem, vel stichum in optione mea est soluere
 quem volo, l. si quis seruum C. de condit. inde. l. plerumque
 §. si. ff. de iur. dot. Petendo decem, vel stichum auferre uis mi-
 hi electionem, quod fieri non potes. Vnde puniri debes in dam-
 nis, que sustinui, inst. de act. §. huic autem, & §. Præterea qui
 plus petit loco, & re, ad interesse tenetur. Tempore, vt si pro-
 missi decem soluere hinc ad annum, & ante tempus petis, vn-
 de puniris in expensis, & induciæ duplicantur. Quare autem
 plus petenti in illis quatuor modis datur pœna, ratio enim fuit
 4 ne quis contra pactum agat, cum in omnibus contractibus tra-
 ctatur de causa, re, tempore, loco. † Ne contrahentes ita,
 de facili discedant a verbis contractus, quia postquam contra-
 ctus fuerint celebrati. Et sic post obligationem contractam,
 non est licitum resilire, l. sicut & ibi Bal. C. de act. & oblig.
 5 † Sunt aliqui casus in quibus plus petens non punitur, pri-
 mus, cum actor conuincitur super maiori quantitate, & conui-
 ctus ante sententiã, vel post transigit cum reo super pœna. Se-
 cundus cum actor plus exigit, sed reus in Iudicio confessus
 est, se totum debere, & hoc voluit tex. in d. cap. consilium.
 Tertius casus potest esse, vt tenet Bar. in l. vnica C. de plus
 pet. Quando post litem contestatam, autemque conuinca-
 tur de maiori quantitate, ipsemet actor confitetur, tunc
 non punitur in toto debito, quia ille tex. Procedit quando
 actor conuincitur, sed si confitetur non conuincitur. Sed
 conuincit se ipsum, l. eum qui. ff. de iur. iuran. Quartus casus
 dubius quando actor in veritate debens habere decem exigit
 prius cautionem de uiginti per dolum, & postea exigit in Iu-
 dicio uiginti, sed non probauit, nisi de decem, reus tamen
 non conuincit eum per probationes suas, ipsum plus dolose
 exigisse cautionem, & petiisse, nec constat in iudicio de dolo ip-
 sus actoris, & hoc casu tenet glo. in d. l. vnica C. de plus petit
 Cyn. Bar. & cõmuniter oēs Doct. tenent oppositum, quia licet

potuerit probare, non tantum per hæc præsumitur dolus, nec
 est conuictus per dolum plus exigisse, & petiisse, & ideo quòd
 6 adhuc non habet locum illa pœna, pro hoc. † Quia in dubio
 7 non præsumitur dolus l. quoties §. qui dolo. ff. de probat. † Et
 in dubiis mitior interpretatio facienda est. l. si præses & l. in-
 terpretatione. ff. de pen. in regula odia, & regula in pœnis lib. 6.
 Et hoc tam de iure civili quam canonico procedit, ex quo non
 reperitur contrarium, cap. 1. de nou. oper. nuntiat. Et quòd
 ibi not. Abb. Hic loquitur tantum in eo qui comisit vnũ deli-
 ctum in plus exigendo, & sic suppleri debet istud ius canoni-
 8 cum per illud ius civile. † Nam vbi minus delinquitur, minor
 pœna venit exercenda, 24. q. 1. cap. nõ offeramus & l. respicien-
 dum. ff. de pœn. quandoque quis cautionem pluris tantum,
 per dolum exigit, non aut plus petit, & tunc non punitur in
 debito, ita quòd non habet locum lex illa, nec istud cap. Sed
 punitur crimine stellionatus, si dolus ille non cadit in ali-
 quam speciem delicti, l. 1. & 2. ff. de crim. stell. & vt not. ibi Bar.
 quandoque solum per dolum plus petit, nõ tamen exigit cau-
 tionem de pluri, & tunc secundum Bar. in d. l. vnica C. plus.
 pet. punitur in triplo expensarum, sed non perdit debitum,
 vt in §. triplici inst. de act. Hoc enim de iure civili, & licet gl.
 in verbo amplius sentit idem de iur. canonico, Doc. tamen
 communiter tenent contrarium, argumento cap. 1. de dol. &
 contum. Si Papa intellexisset de triplici pœna, hoc expressisset,
 sed tantum dixit eum condemnandum in expensis. argumen-
 to cap. ad audientiam de decim. tex. in d. §. tripli loquitur de
 9 expensis factis nomine sportularum. † Sed in foro Ecclesiasti-
 co sportulæ non præstantur cap. cum ab omni de vit. & honest.
 cler. Quòd ergo non est, vel non exigitur triplicari non potest,
 10 cap. accessissent de constit. † Sed cum in tex. dicatur quòd
 induciæ debent duplicari, quæro an induciæ iuris sine homi-
 nis debeant in pœnam duplicari, & dicendum quòd sic, inst.
 de excep. §. hodie, & de induciis iuris potest poni exemplum
 in cap. Quòd ad consultationem de rei. iudic. & in l. vna C. de
 rei vxo. act. & in l. promissor. ff. de const. pecun. De alia quæ-
 stione quærendum, si plus quam debitum positum est in li-
 bello, vt quia decem debeo, & viginti petis, an possim totam
 11 petitionem simpliciter negare ad idem quæri potest circa
 positionem. † An positio habens aliquam partem falsitatis
 possit negari ratione partis falsæ, glo. in capitu. fin. de con-
 fes.

fel. lib. 6. & in cap. 2. detest. lib. 6. & dicendum quod sic,
 per. l. is qui ducenta §. vtrum. ff. de reb. dub. Idem tenet Specul.
 in ti. de lit. contest. §. nunc dicendum, & in ti. de pos. §. 7.
 ver. i. i. Vbi dicitur quod si positio est falsa in qualitate, vt
 quia ponis me comedisse in Ecclesia hodie, possum totum ne-
 gare, licet alibi comederim, cum veritas sit, quod in Eccle-
 sia non comederim, ita tenet Io. And. in Specul. in d. §. nunc
 dicendum vbi idem firmat, & loquitur de libello, & aduoca-
 ti communiter hanc partem sequuntur in pratica, sed quid di-
 cendum si aliquid ponitur in libello, vel positione principali-
 ter aliud demonstrante, an responsio affirmatiua debeat re-
 ferri ad totum, Specul. in ti. de pos. §. 7. ver. i. i. dicitur quod
 12 refertur tantum ad principaliter positum. † Exemplum vt si
 uolo probare quod mutuauit Titio defuncto decem, & si posi-
 tio formata sit hoc modo, decem mutuauit Titio defuncto, cu-
 ius tu es heres, si simpliciter confiteris, de mutuo duntaxat
 confessio intelligitur, non autem quod sis heres defuncti, cum
 illud demonstratiue dictum sit, non autem ponendo, vel affir-
 mando, argumento l. cum tale §. falsam. ff. de cod. & demost.
 Bar. in l. si cui §. si a filio. ff. de leg. i. Hoc improbat, distinguit
 aliter, quod aut confessus est simpliciter principale, & tunc
 non refertur ad aliud, exemplum, cognouisti Cleriam uxorem
 Papirii, respondens, quod cognouisti Cleriam, per hoc non vi-
 deris confiteri alias qualitates, d. §. si a filio si autem confite-
 ris simpliciter, vt quia dixisti omnia in positione contenta es-
 se vera, & tunc refertur responsio ad ea, que veniunt principa-
 liter, & accessorie, per modum qualitaris, argumento l. si
 ff. de fideicom. liber. Et sic restringitur, quod a Specul. dici-
 13 tur, † Nam confessio generalis generaliter accipi debet, ni-
 14 si aliter excusetur, cap. cum dilecti de accus. † Sed quid
 esset si actor plus peteret, & reus plus negaret, fit compensa-
 tio cap. pen. & ult. de adult. Ex his igitur concluditur, vt in
 hoc versu plus petitur causa, vel tempore reque locoq; punia-
 tur, vt in d. cap. consilium.

S V M M A R I V M.

- 1 *Causa possessionis, et proprietatis sub uno, et eodē iudice debet terminari.*
- 2 *Sententia non profertur contra absentem non auditum.*
- 3 *Possessio est ius separatum à iure proprietatis.*

- 4 Papa est supra ius, & ideo potest procedere non seruata solemnitate citationis de potestate absolute, secus de ordinata.
- 5 Citatio est de iure gentium, vt quis veniat ad se defendendum.
- 6 Citatio non potest tolli, per Principem.
- 7 Citatio est à Deo instituta.
- 8 Deus noluit punire peccata sodomorum, nisi descenderet, & videret.
- 9 Adam de suo peccato non punitus, nisi prius vocatus, & auditus.
- 10 Casus aliqui contra absentem pronuntari possunt.

Nonagesimum Octauum Priuilegium.

- E**CCLESIA gaudet priuilegio, cum quādā causa tractaretur, petebat à Papa, ut causam possessionis committeret vni iudici, & causam proprietatis alteri. Papa respondet, quòd ꝑ decretum est causam possessionis, & proprietatis sub vno, & eodem terminari debere. Petebat etiam à Papa, vt contra aduersarium suum absentem diffiniuiam proferret sententiam. ꝑ Ipse respondet contra partem non auditam, & absentem nihil potest diffinire c. r. de causa poss. & propr. Quare autem ita fuerit fancitum, ratio hæc fuit, quòd causæ habentes aliquam connexitatem ad inuicem debent coram vno eodemque iudice tractari. ff. de quibus rebus ad eum iud. eat. l. prima, & ibi Bar. Nam tam causa possessionis, quàm proprietatis versantur circa eandem rem, connexitas dicitur etiam facilioris decisionis, quia ille, qui cognouit de possessione, facilius discerneret causam proprietatis, & istis respectibus dicuntur, habere aliquam communionem, opponi potest de l. naturaliter s. nihil commune ff. de acquiren. possess. Vbi dicitur, quòd proprietatis nihil habet commune cum possessione, Sol. ꝑ Quia alio respectu possessio est ius separatum à iure proprietatis. Ideo non dicuntur habere aliquam communitatem ad inuicem, dicitur etiam in text. Quòd Papa in audita parte non potest diffinire, contra opponi potest. ꝑ Si Papa est supra ius, vt in capit. proposuit de concess. præben. & l. Princeps. ff. de leg. Ergo potest procedere non seruata hac citationis solemnitate. Sol. Hoc est verum de absoluta potestate, secus autem de iuridica, seu ordinata

nata potentia cap. 1. de fid. iust. Sed alia responsio patet, si Pa-
 pa causam diffiniret in audita parte esset tollere defensionē,
 que est de iur. nat. quod Princeps facere non potest clem. pa-
 5 toralis de re. iud. Bar. in l. filius familias. ff. de donat. † Vbi
 dicit citationem esse de iure gentium, & fit ut quis venia ad se
 defendendum, debet igitur Princeps hac de causa permitte-
 6 re citationem. † Que non potest tolli per Principem gl. in l. fi.
 C. de leg. ea enim omiffa opponi potest de nullitate etiam con-
 tra sententiam Principis Cyn. in l. rescripta C. si cont. ius vel
 7 util. publ. † citatio est a Deo instituta cap. Deus omnipotens
 8 2. q. 1. Ibi dicitur † quod Deus noluit punire peccata sodo-
 9 morum nisi descenderet, & videret, &c. † Nec Adam de
 suo peccato punitus nisi prius eum vocasset, & defensionem
 suam audivisset, habetur in Genes. cap. 3. Abb. in cap. cum
 10 olim de re iud. † Sed an aliqui casus sint quod contra absen-
 tem possit pronuntari, & dicendum quod sic cap. pro vt de
 dol. & contu. & l. consentaneum C. quomodo, & quando Iud.
 Tripliciter respōderi potest quod iste tex. cap. 1. de causa poss.
 & propr. Procedit quando lis non erat contestata, vel quan-
 do erat contestata; sed non liquebat de causa, vt plene not.
 Abb. in d. cap. Proue, vel quia loquitur quando pars non fuit ci-
 tata, nec cōiusta. Ideo persistendum est in hoc, quod causa pos-
 sessionis, & proprietatis ab vno, & eodemmet Iudice termi-
 nanda audita parte, sine qua non diffinitur.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

- 1 Proprietatis questio non venit tractanda, nisi prius possessio restituatur.
- 2 Possessorium recuperanda possessionis pro qualibet detentione datur.
- 3 Spoliatus potest renuntiare privilegio suo, vt ante omnia restituatur.
- 4 Iudicis officium non supplet, nisi pro re restituenda animarum periculum immineret.
- 5 Hoc casu restitutio fit non petenti.
- 6 Privilegium quod spoliatus restituatur, & quod proprietatis questio non procedat habet locum tam contra Ecclesiam, quam contra laicum spoliatum.
- 7 Ecclesia non debet esse speculum deforme & præstare filiis suis materiam delinquendi.
- 8 Ecclesia non potest errare, cum sit alumna Spiritus Sancti, quæ non permittit

- promittit, ut eius homines occupent aliena.
- 8 Ecclesia an teneatur de occupatione facta a familia sua.
- 9 Ecclesia tenetur de violentia facta a sua familia.
- 10 Malefium sciens perpetrandum si non reuelavit ex sola scientia an teneatur.
- 11 Malefium perpetrandum conscij si sunt subiecti tenentur, ut seruus Domino, mulier marito, filius patri, Monachus Abbati, vassalus Principi.
- 12 Delictum non reuelans Episcopo, vel Sacerdoti contra illos tenetur.

Nonagesimum Nonum Privilegium.



ECCLĒSIA gaudet privilegio, quidā coram Papa cōqueſtus fuit, q̄ ab hominibus Eccleſiæ irrationabiliter fundus fuerit occupatus, quidā diaconus dictæ Eccleſiæ reſpondet, q̄ fundus erat ipſius Eccleſiæ, & hoc offert probaturū, actor reſpōdet, ſi hoc probare poſſet, q̄ eſſet cōtentus, Papa hoc ſcribit ordinario, aſſerens quamvis anteq̄ queſtio proprietatis tractari debeat, poſſeſſio violenter ablata debuerat ipſi actori reſtitui, tamen, quia diaconus prædictus conſentiente ipſo actori obtulit ſe probaturum dictum fundum ad ſuam Eccleſiam pertinere, inquirat de hoc veritatem, & ſi hoc probatum fuerit ipſi actori ſilentium imponat, alioquin reſ ei ablata reddatur, cap. i. de reſtit. ſpoliat. Ratio enim deciſionis fuit, quia hic tractatur de re reſtituenda ſpoliato violenter, ideo ſancitum eſt, ut antequam tractetur proprietatis queſtio, quod poſſeſſio ablata reſtituatur

1 eo maxime, cum hoc ſit principaliter intentatum. † Queſtio proprietatis non venit tractanda, niſi prius poſſeſſio reſtituatur, l. ſi quis conductionis C. loc. & cond. & ibi Bal. & Saly. Hic

2 conſiderandum venit, † quod pro qualibet irrationabili occupatione datur de iure communi poſſeſſorium recuperandę & an hoc verum videatur eo. ti. de reſt. ſpol. cap. ſep̄e, & cap.

3 cum ad ſedem, & † quod etiam ſpoliatuſ poteſt renunciare privilegio ſuo, ut ante omnia reſtituatur, cap. ſi. de ord. cognit. † Nec officium iudicis ſupplet, niſi animarum periculum in reſtitutione immineret, hoc caſu etiam non petenti reſtitutio fieri poteſt, cap. ex parte, & cap. 2. de conuerſ. coniug. gl.

gl. in ver. ablata, cap. quia præsulatus r. q. 4. Sed si constaret per testes admissos pro reo de iure proprietatis denegatur restitutio, & idem si constaret per confessionem ipsius rei Inn. in cap. constitutus de fil. præsbyt. Hoc tamen, † privilegium vt ante omnem contentionem spoliatus restituatur, & quod proprietatis quæstio non procedat habet locum tam si agitur contra Ecclesiam, quam contra laicum spoliatum. † Alias Ecclesia in isto casu esset speculum deforme, & præstaret filiis suis dilectis materiam delinquendi, quod facere non debet. Nec potest, † Ecclesia igitur errare non potest, cum sit alumna Spiritus Sancti, quæ non permittit, ut eius homines occupent aliena absque alia rationabili causa. Ideo & ipsa se subicit huic censuræ, dubitari tamen potest. † An Ecclesia de occupatione facta a familia sua teneatur, & dicendum est, quod non, vt probatur in cap. cum ad sedem de rest. spol. Abb. in c. 2. de ord. cog. Host. Hic dicit, † quod Ecclesia teneatur de violentia facta per suos de familia, quando res occupata violenter peruenit ad ipsam Ecclesiam, d. c. sapè, vel quando mandauit, vel ratum habuit, l. r. s. ait prætor, & s. de iecisse. ff. de ui. & ui arm. & d. c. Cum ad sedem. Hic cadere potest pulchra quæstio. † An sciens maleficium perpetrandum ex quo illud non reuelauit ex sola scientia teneatur. glo. in l. culpa ca. ret. ff. de re. iur. Tenet quod non tenetur nisi in aliquo fuit participes delicti, secus dicit de iur. canonico, sed nihil allegatur, pro hac diuersitate, idem tenet, glo. in l. vtrum. ff. ad l. Pomp. de paricid. & ibi Bar. qui approbat dictam gl. regulariter procedere. † Fallit quando delictum erat committendum aduersus aliquem cui cõscijs esset subiectus, veluti vasalus Principi, seruus Domino, mulier marito, filius patri, monachus Abbati, & de similibus, ut habetur in l. 2. ff. de paricid. in glo. & in l. r. s. si seruus. ff. ad Syllan. Qui igitur non reuelat coniurationem, seu delictum committendum contra Principem, vel ciuitatem propriam l. quisquis C. ad l. Iul. mai. Abb. in c. signifi casti de for. comp. † Vbi non reuelans Episcopo, vel Sacerdoti delictum contra illos tenetur in spetie de iure canonico, vt gl. tenet in d. l. culpa. Habetur igitur in præsentis priuilegio quod reus opponens de proprietate non audiatur de restitutione facienda actori, nisi eo consentiente.

- 1 Spoliator tenetur resarcire spoliatum de damnis, de fructibus præceptis, & qui precipi potuissent, & de iniurijs satisfaciat.
- 2 Fructuum appellatione veniant fructus industriales ut frumentum, vinum, oleum, naturales, ut poma, ficus, & consimiles.
- 3 Fructus naturales nec industriales bonæ fidei possessor non facit suos, sed reddere tenetur.
Secus si habet titulum, quia facit suos.
- 4 Malæ fidei possessor tenetur ad restitutionem fructuum.
- 5 Malæ fidei possessor aut est cum titulo, aut sine titulo, primo casu tenetur de perceptis secundo casu de perceptis, & percipiendis.
- 6 Malæ fidei possessor cum titulo tenetur restituere fructus, in quatuor casibus.
- 7 Bonæ fidei possessor in dubbio præsumitur usque ad tempus litis contestatæ.
- 8 Fructuum mentio percipiendorum si fit an sit intelligendum de fructibus percipiendis an de his qui poterant percipi.
- 9 Fructus qualiter peti debeant, & an fructus an æstimatio.
- 10 Absolutoria lata in vno iudicio parit exceptionem rei iudicatæ.
- 11 Sententia lata super re facit fidem super fructibus.
- 12 Sententia erronea in principali facit ius in accessorijs, licet noua instantia fiat.
- 13 Fructuum quantitas an debeat exprimi in libello.
- 14 Libelli forma aduersus possidentem rem.
- 15 Fructus si extant petuntur, si non extant æstimatio.
- 16 Libellus alternatiuè conficiendus, qui admittitur ratione incertitudinis.

Centessimum Priuilegium.



ECCLESIA gaudet priuilegio, quòd ꝑ cum Archiepiscopus spoliauerit Monachos & damna, ac iniurias fecerit, de quibus omnibus ad Papam conquesti, qui quibusdam mandauit, quatenus de conquestis præmissis constet, compellant Archiepiscopum restituere monachis ablata, & damna, penitus resarcire, & de iniurijs illatis congruè

congruè satisfacere, & quòd fructus nec dum perceptos ab eo a tempore violentie, sed quos monachi percipere potuissent si nò fuissent spoliati eisdem. Omnes restitui faciant, cap. grauis ad nos de rest. spoliat. Ratio autem huius decreti fuit, quia spoliati plenariè sunt restituèdi ad omnia, quæ amiserunt cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerint. † Sed qui fructus veniant appellatione fructuum, industriales, vt frumentum, vinum, oleum, & naturales, vt poma ficus, & con-

3
similes. † Nec istos bonæ fidei possessor potest facere suos, sed reddere tenetur, l. fructus .ff. de usur. & qualiter sunt restituendi inst. in prin. de offic. iud. l. ex diuerso .ff. de re. vend. Si uero habet titulum facit omnes fructus suos, etiam naturales non consumptos, & ita debet intelligi l. bonæ fidei .ff. de acquir. re. dom. Sed videatur quos fructus bonæ fidei possessor facit suos, an teneatur ad restitutionem, gl. autem dicit, quòd fructus naturales restituere tenetur, quia non facit suos, quo uero ad fructus industriales, quòd perceptos, & extantes ante litem contestatam restituere tenetur, consumptos uero non post litem contestationem restituere tenetur uniuersos, vt l. certum C. de re. uend. † Sed possessor malæ fidei tenetur ad restitutionem omnium fructuum qui probantur ad eum peruenisse ante litem contestatam, & post, & de percipiendis si fuit violentus, vt in d. cap. grauis. Sunt tamen aliqui scribes, qui tenent, quòd etiam teneatur de percipiendis, etiam si non sit violentus, vt not. 12. q. 2. cap. Nò liceat Pape, & in l. ex diuerso præallegata. Vnde distinguendum est hoc modo. † Aut malæ fidei possessor est sine titulo, aut cum titulo, primo casu tenetur de perceptis, & percipiendis vt l. si nauis .ff. de re. uend. & d. l. certum. Secundo casu cum est malæ fidei possessor cum titulo, tunc de perceptis dicit, vt in gl. d. cap. grauis. De percipiendis excusatur propter titulum l. si fundum C. de re. vend. Nisi sit talis titulus, qui habeatur pro non titulo. † Communiter excipiuntur quatuor casus primus in eo qui in fraudem creditoris emit l. ait prætor §. per hanc .ff. de his quæ in fraud. cred. Secundus in eo qui emit contra interdicta legum, C. de agr. & cens. l. quemadmodum lib. 11. Tertius in eo qui emit à fisco non solemniter vendente, l. 1. C. de fid. inst. & iur. has. fis. lib. 10. l. videamus §. item .ff. de usur. Quartus in emente per metum, vt in l. sed, & partus .ff. quòd met. causa. & ibi glo.

- ponit hos casus, & gl. in d. cap. Non liceat Papæ, & hec procedunt ubi constat eum fuisse malefidei possessorem. ¶ Si vero non constat in dubio præsumitur bonæ fidei usque ad tempus litis contestatæ. ¶ Sed quaritur cum sit facta mentio de fructibus percipiendis, an debeat intelligi de percipiendis, id est de his, qui poterant percipi ab ipso petitore, vel ab ipso possessore malefidei, seu violento, nam contingit quandoque quod plures, & meliores fructus potuissent percipere unus, quam alius tex. in d. cap. grauis. Expresse loquitur de fructibus percipiendis ab ipso petitore. Idem videtur velle tex. in la si nauis. ff. de re. vend. text. cum glo. in l. & ex diuerso, & in l. apud Iulianum §. i. ff. de leg. i. Quarendum est etiam quæ liter fructus peti debeant. Et primo an debeant peti cum ipsa re, ex quo fuerint percepti, in eodem libello. Secundo, an debeat exprimi quantitas ipsorum. Tertio, an præcise debeant peti fructus, an æstimatio, an vtrumque alternatiue. Quo ad primum Doc. dicunt, In. hic, & Bar. in d. l. et ex diuerso §. Vbi autem dicunt, quod aut petuntur fructus per rei venditionem, & tunc dico, quod non possunt peti vna cum re, in eodem libello, quia ista duo iudicia de re, & de fructibus sic se habent. ¶ Quod absolutoria lata in vno parit exceptionem rei iudicatæ in alio, argumento d. §. Vbi, & ideo non possunt simul æque principaliter accumulari l. fundum. ff. de except. Habita tamen victoriâ super re, tunc poterit agi noua rei venditione ad fructus. ¶ Et sententia lata super re, faciet fidem super fructibus, qui veniunt accessorie, etiam si sententia fuerit iniusta, in d. §. vbi, & ibi Bar. expressè concludens. ¶ Quod sententia erronea in principali facit ius in accessorijs licet noua instantia fiat, l. qui Romæ §. duo fratres. ff. de verb. oblig. ¶ Secundo an debeat exprimi quantitas ipsorum fructuum in libello Bar. in d. §. vbi concludit, quod de fructibus perceptis ante litis contestatam, deo declarare quantitatem fructuum, argumento l. si in rem. ff. de re. vend. in actione ff. de fur. Sed de perceptis post litis contestatam non est necesse, quod exprimat certam quantitatem, quia actor probabitur ignorat, satis ergo erit sic dicere, dico. ¶ Quod titius possidet talem rem, quæ pertinet ad me iure domini, vel quasi, & eam possedit multis annis, & ex dicta possessione recolligit tantam quantitatem frumenti, quare peto per iudicem declarari dictam rem iure ad me pertinere, ipsumque cogi ad restitu-

restitutionem dictę rei cum fructibus perceptis, & qui percipientur vsque ad sententiam, & ad prædicta eum uestra sententia condemnari. † Ad tertiam quæstionem, an debeant peti fructus, an æstimatio, videtur dicendum, quòd aut certum est fructus extare, & tunc debent ipsi fructus peti, & non æstimatio, quia æstimatio debetur in subsidium l. si. C. de fideicom. lib. & in d. J. Vbi aut certum est non extare. Sed consumptos fuisse, & tunc potest, & debet peti æstimatio. argumento l. si vsus fructus mihi in biennium. ff. de usufruc. leg. 16 † Ideo libellus potest alternatiuè confici, quòd reus condennetur ad fructus si extant, & si sunt consumpti ad æstimationem, nam ratione incertitudinis admittitur libellus alternatiuus, vt legitur, in cap. constitutus de in integr. rest. & l. r. §. quòd autem. ff. quor. legat. Ex istis demum colligitur quòd violentus rem cum fructibus etiam qui percipi potuissent restituere, damna resarcire, iniurijs satisfacere, compellitur.

SUMMARIUM.

- 1 Actor mittitur in possessionem si vocatus in iudicium non comparet.
- 2 Iudici qui non paruit quæ pena puniatur.
- 3 Rigor in Ecclesiasticis negocijs, & personis non requiritur.
- 4 Reus admittitur per cautionem standi in iudicio.
- 5 Ecclesia amplectitur penitentes suorum peccatorum.
- 6 Missus in possessionem ex primo decreto non efficitur possessor ante lapsum anni.
- 7 Pena extraordinaria punitur qui Iudicis iussioni non paruit.
- 8 Iudex non debet pati se contemni.
- 9 Multa propter contumaciam, & dolum de iure canonico non habent locum in Ecclesiasticis negocijs, & personis.
- 10 Contumacia de equitate canonica non punitur ad priuatam utilitatem, nec pro publica ad iudicis contemptum.
- 11 Occupans rem propria auctoritate priuatim dominio, si erat sua, vel condemnatur ad æstimationem, si non erat sua.
- 12 Minoribus, & Ecclesijs subuenitur per beneficium restitutionis.

Centesimum Primum Priuilegium.

- E**CCLESTIA gaudet priuilegio. † Cum ad iudicium aliquis uocatus fuisset, qui non comparuit, ob eius contumaciam pronuntiavit actorem mittendum esse in possessionem rei petite, causa rei seruande, sed ob potentiam, rei siue dolum non potest namcisci possessio, tandem imminente fine anni, Reus ne possessionem post annum amittat, offert cautionem standi iuri. † Queritur qua pena ueniat puniendus qui iudici non paruit, Papa respondet. † Quod in Ecclesiasticis negocijs, & personis rigor iuris non requiritur, sed ut iustitia propter hoc quod iudici non paruit, non pereat. † Admitti debet Reus, cum per cautionem standi in iudicio se astringit. Ratio istius decreti cap. i. de dol. & contuma. fuit, quia. † Ecclesia regulariter suorum peccatorum penitentes amplectitur, nam in primis fuit contumax, postea obtulit per cautionem de stando iuri, hic considerandum uenit. † Quod missus in possessionem, ex primo decreto non efficitur possessor ante lapsum anni, sed tantum custos custodit possessionem, ne aduersarius ingrediatur, quod apparet in tex. in d. cap. i. Vbi dicitur ibi causa rei seruande, dicitur etiam in tex. rigor iuris, nam de rigore iuris, † Qui iussioni iudicis non paret mulctari potest pena extraordinaria, maxime ubi iustitia periclitatur, cap. de causis s. i. de offic. deleg. & in cap. quoniam in fi. ut lit. non contest. & in l. vna. ff. si quis ius dicend. non obtemp. Et etiam. † Quia Iudex non debet pati se contemni, l. obseruandum. ff. de offic. presid. † Secus est de iure Canonico in Ecclesiasticis personis, & negotiis, ex quo mulctæ propter contumaciam, & dolum, non habent locum, ut ex tex. d. cap. i. colligitur. † Hac igitur æquitate canonica contumacia non punitur ad priuam utilitatem, nec pro publica ad iudicis contemptum. Opponi tamen potest per tex. in cap. accedens el. i. ut lit. non contest. Sol. Ibi ex quo persistit in contumacia, fuit excommunicatus, secus autem in hoc nostro casu, in quo astringit se per cautionem standi in iudicio, hac æquitate motus Papa iubet non puniri, si rigor iuris in Ecclesiasticis personis, & nego-

negotijs non requiritur, nunquid rigor l. si quis in tantam
C. und. vi. qui videtur approbari 16. q. 6. capit. placuit, ut
11 habeat locum secundum canones. † Et occupans rem pro-
pria auctoritate, & violenter, priuetur dominio, si erat sua,
vel condemnatur ad estimationem, si non erat sua, responde-
12 ri potest. † Quòd in Ecclesijs, & minoribus non habet lo-
cum, cum eis subueniatur, per beneficium restitutionis, sed
in causis priuatorum benè seruatur l. meminerint C. und. vi.
Ex his percipitur, quòd Reus non multabitur, si non admi-
sit ad possessionem de mandato Iudicis, de æquitate canoni-
ca, si infra annum caueat stare iuri.

S U M M A R I V M.

- 1 Actor qui probauit intentionem suam, si reus deficit in probando excep-
tiones suas condemnatur in expensis.
- 2 Exceptiones factæ ad malitiam, ad impediendum, & differendum pro cos-
sum qui facit punitur.
- 3 Iudicis officium est imponere finem litibus, ne litigantes laboribus, &
expensis vexentur.
- 4 Litibus, vt imponatur finis duorequiruntur actoris intentio fundata, &
exceptio obiecta cum inducijs.
- 5 Exceptio peremptoria potest probari etiam postquam actor fundauit in-
tentionem suam.
- 6 Reus excusatur à condemnatione expensarum in aliquibus casibus.
- 7 Instrumentum debiti, cui satisfactum erat inuentum in arca paterna cum
alteri succedat præsumitur iusta causa ignorantia.
- 8 Absolutio expensarum quare fiat in sententia explicandum.
- 9 Condemnationem expensarum quando quis auitat.
- 10 Litigandi iustam causam an quis habeat habens commuem opinionem
pro se.
- 11 Iudex potest ferrè sententiam contra communem.
- 12 Iudicis arbitrio sunt aliqui casus reseruati ad condemnandum in ex-
pensis.
- 13 Inducias accipiendo, & non probando condemnatur Reus diffinitiuè,
& in expensis.

Centesimum Secundum Privilegium.



- E**CCLESIA gaudet privilegio. † Cum actor fundauerit intentionem suam, quidam malitiose, vt negotium iu longnm protraheretur, exceptiones peremptorias opponebant, Papa volens istorū malitię obuiare, præsertim cum de beneficijs Ecclesiasticis litigabatur, statuit vt postquam aliquis intentionem suam probauerit, si altera legitimam exceptionem opponat, quam nolit, aut non possit incontinenti probare, si defecerit in probando condemnatur alteri parti in expēsis, propter hoc, factis ab eo, tempore, quo recepit inducias ad exceptionem probandam, & si soluendo non fuerit alias ad arbitrium iudicis puniatur. Vt hoc saltem terrore motus iu grauamen alterius falsas exceptiones opponere non præsumat, quia frequenter ad impediendum, vel differendum processum huiusmodi exceptionis per excogitam malitiam opponuntur, cap. finem litibus de dol. & con-
- 2 tum. ratio istius cap. fuit. † Quia propter malitiam fiebant exceptiones ad impediendum, & differendum processum. Ideo Papa iussit vt puniatur cum malitijs hominum non sit indulgendum, l. in fundo la 2. & ibi Bart. ff. de rei. uendi. Vnde
 - 3 hic considerandum est. † Quòd iudicis officium est imponere finem litibus, ne litigantes laboribus, & expensis vexentur gl. in cap. licet de probat. Sed ad hoc vt dispositio prædicti c.
 - 4 finem litibus locum habeat. † Duo requiruntur vt fundata intentio actoris obiiciatur exceptio, & quòd ad ipsam probandam non se obtulit incontinenti, sed voluit inducias habere, altero ex istis deficiente, vt quia excipit non fundata intentione actoris, vel statim assumpsit onus probandi, cessat pēna huius decreti, & sufficere debet actori pronisio iuris communis, vt condemnatur in expensis. † Exceptio tamen peremptoria potest probari etiam postquam actor fundauit intentionem suam, & sic post attestarionum publicationem super principali, aliter publicatione non facta, non posset constare, an actor fundauerit intentionem suam, cap. Fraternalitatis & cap. de testibus de test. & attest. l. per hanc C. de temp.
 - 6 appel. † Sunt tamen aliqui casus in quibus excusatur, à condemna-

demnacione expensarum, vt quando probabilis ignorantia, seu causa litigandi aliter probata fuisset, quam per iuramentum, tunc excusat a condemnatione expensarum, ex quo excluditur præsumptio calumnie, & temeritatis, exemplum
7 patet in illo. † Qui instrumentum debiti, cui satisfactum erat inuenit in arca paterna, tamen ipse ignorabat cum alteri successit, præsumitur iustam causam ignorantie habere, vt in regula. is qui in ius de reg. iur. lib. 6. Vel quando est tam honesta persona, & religiosa, quod non esset verisimile, quod iniuste peteret, cap. 2. nou. ope. nunt. de iusta causa litigandi tex. & Bar. in l. qui in solidum §. etiam. ff. de leg. 2. In dictis casibus vel similibus de instantia litigantium tex. & Bar. in l. qui in solidum §. etiam. ff. de leg. 2. fit igitur. † Absolutio expensarum, & quare fiat absolutio in sententia explicandum, allegandum que est, in Auth. de Iud. §. oportet. Abb. in cap. examinata de Iud. Sed dubitari potest, si pars habuit in certa parte iudicij iustam causam litigandi, & in reliqua non, Exemplum in eo qui ante fuerat conuentus virtute instrumenti paterni publicatis attestacionibus, vidit satisfactum debitum, sed nihilominus expectauit sententiam Bar. in l. 1. §. queri potest. ad Turpil. Ibi dicitur quod aut licitum resistere quandoque, vt est videre in omnibus ciuilibus, & an condemnatur in expensis ab eo tempore, quo fuit in euidenti calumnia, seu temeritate l. si quis inficiatus. ff. de posi. Aut non erat licitum desistere sine abolitione. ff. ad Turpil. per tot & 2. q. 3. cap. si quem §. notandum. † Et tunc euitat condemnationem in totum, si impetrauit abolitionem, siue eam obtinuerit, siue non, quia non deprehenditur hoc casu in aliqua calumnia vel temeritate.
10 † Sed an qui habet communem opinionem pro se videatur habuisse iustam causam litigandi, Doc. in clem. ne Romani de elect. † quod sic ex quo infertur iudicem posse sententiam ferre contra communem opinionem, vt not. Io. And. in cap. 1. de const. & vt not. Abb. in cap. vt debitus de appell. † Sunt, & alij casus reservati arbitrio iudicis, quos not. Spec. de offic. Iud. §. pen. ad fin. Ex istis habetur, vt qui fundata intentione actoris exceptionem peremptoriam obicit, quam non probat in continenti. † Sed accipit inducias, si defecerit in probando, condemnatur in continenti, diffinitiuam non expectata, in expensis, ac soluere cogitur, quod si non potest, punietur in corpus secundum arbitrium iudicis.

S Y M M A R I U M.

- 1 Mittitur in possessionem causa rei seruanda.
- 2 Contumax incurrit in plures penas propter inobedientiam multari potest.
Patitur missionem in possessionem ex primo decreto.
- 3 Voluntas non sufficit, ubi de necessitate requiritur factum.
- 4 Decretum primum quid sit.
- 5 Decretum secundum quid sit.
- 6 Contumacis pena est missio in possessionem.
- 7 Religiosi etiam possunt poni in possessionem rerum petitarum ob contumaciam partis aduersae.
- 8 Missus in possessionem ex decreto secundo lucratur fructus.
Praescribit.
- 9 Impediens missionem possessionis manu militari potest compefci.
- 10 Pratica mittendi in possessionem, ut iudex dicat constituo, & deceruo talem actorem ob contumaciam sui aduersarij.
- 11 Decretum primum, & secundum, an dicatur sententia diffiniua, vel interlocutoria.
- 12 Iudex potest reuocare interlocutoriam sententiam.
- 13 Decretum idem est, quod iussus.

Centesimum Tertium Priuilegium.



ECCLIA gaudet priuilegio, quod cum esset quaestio, de Ecclesia, de lamento inter certum Priorem, & fratres, & quendam prepositum, causa fuit remissa quibusdam Iudicibus ad requisitionem dictorum Prioris, & fratrum, qui ex contumacia prepositi fuerunt, & missi in possessionem dictae Ecclesiae, causa rei seruandae, nec infra annum prepositus possessionem non recuperauerit, elapso anno partes ipse ad Papam accesserunt, qui in longa serie audiuit, & stante utriusque partis confessione, quod licet dicti Prior, & fratres ad possessionem causa rei seruandae fuerint inducti, & Propositus infra annum non praestitit cautionem de iuri stando, & si voluntatem habuit, & ipsi eam parati fuerant recipere, adiudicauit
Papa

Papa possessionem dicte Ecclesie Priori, & fratribus, salvo iure proprietatis ipsi Preposito, cap. 1. de eo qui. mit. in poss. causa re. sera. Ratio autem istius decreti fuit hec. † Quia contumax fuit, & contumax incurrit in plures penas, & prima propter eius inobedientiam multari potest, vt plenè habetur per Doc. in l. 1. ff. si quis iusd. non obtemp. l. 2. ff. si quis in iu. non ier. Alia pena datur contumaci, quia patitur missiõnem in possessionem ex primo decreto. Fulcinius §. 1. ff. ex quibus causis in poss. ea l. si finita §. Iulianus, & ibi Bar. & Doc. ff. de damn. infec. & per totum tit. ff. & C. de bo. auct. iud. poss. Stante etiam confessione vtriusque partis, vt Prepositus habuerit animum præstandi cautionem infra annum, & Prior, & fratres eam recipiendi, ideo adiudicatio ita facta fuit. † Quia vbi de necessitate opus est factõ, non sufficit voluntas, si factum adimpleri potest, alias voluntas reputari potest pro factõ, cap. non satis 86. distincte. l. sicut §. si voluntate. ff. quibus modo pig. vel hyp. sol. sola voluntas sine effectu non sufficit cap. Cum aliquibus de re. iud. Hoc enim pendeat à voluntate eius, quia præstare cautionem de iuristando, erat in eius libero arbitrio. Vnde cum non fecerit fuit facta missio, ex primo decreto in possessionem. † Videamus quid sit primum decretum, est autem primum decretum prima missio in possessionem, quæ fit per iudicem in bonis contumacis eo ipso, quòd incipit esse contumax, & fit pro mensura debiti tantum, quando agitur actione personali, l. cum proponas, & ibi Bar. & Doc. & l. si finita §. Iulianus. ff. de damn. infec. Sed quando agitur actione reali mittitur quis in possessionem totius rei petite l. si quis emptionis §. sed si quis C. de præscrip. 30. ann. cap. pro vt & cap. contingit de dol. & contum. † Secundum decretum est secunda missio, quæ fit per iudicem contra eundem reum perseverantem in contumacia, vt dicunt in allegatis Doc. & hoc est maioris præiudicij, quia transfert veram possessionem l. 3. §. si iuncta gl. in uersu. nobis. ff. de acqui. possess. Item transfert dominium, si reus erat dominus, alias ususcipiendi conditionem, ut not. gl. & Bar. in l. prætoris, & in l. si finita §. Iulianis. ff. de damn. infect. glos. in l. 2. in fin. ff. Si ex noxal. causa. † Hæc est igitur pena, quæ inter alias pænas datur contumaci, hic habetur, quòd † etiam religiosi poni possunt in possessionem rerum petita-

rum ob contumaciam partis aduersæ, & non solum in temporalibus, vt in cap. 1. de sequest. poss. Sed etiam in spiritualibus, vt in capit. 2. de dolos. & contum. † Sed qui mittuntur in possessionem ex secundo decreto lucratur fructus, & præscribit, & si per potentiam aduersarii non admittitur, tunc solum non præscribit, cum hoc casu agatur de grauissimo præiudicio, & ideo cessat fictio ita sentit gl. in cap. 9 sine possessione. de re. iur. lib. 6. † Sed manu militari poterit impediens compesci, & missio assignari, vt l. qui restituere. ff. de re. vend. Si autem de facto propter contumaciam, & potentiam aduersarii non potest hoc adimpleri, habebitur pro possessore quo ad effectum possessionis, vt lucretur fructus, cap. contingit de dol. & contum. Non tamen putat Abb. hic, quo ad præscribendam proprietatem. Inn. Ponit aliam practicam mittendi in possessionem. Vera tamen practica est, vt supra dictum, practica Host. & Io. And. mihi satis placet. † Vt Iudex dicat constituo, & decerno talem actorem ob contumaciam sui aduersarii, de quo constat in iudicio mittendum in possessionem talis rei, & ex nunc constituit, & decernit, ipsum esse in possessione causa custodiæ, vel verum possessorem si est secundum decretum, & pro executione sententiæ suæ mandat, vt actualiter per nuntium eum mittat in possessione. Querita
 11 men potest. † Nunquid primum vel secundum decretum dicatur sententia diffinitiuæ, vel interlocutoria, Inn. in cap. dilecto. de verb. signif. Dicit, quod est interlocutoria. † Quia Iudex potest eam reuocare quandoeunque constiterit in debitum fuisse, quod etiam apparet, quia interponendo primum, & secundum decretum, non est necesse obseruare ea, quæ obseruantur in diffinitiuæ sententia. Sciendum est, quod † decretum secundum Inn. Idem est, quod iussus gl. in l. si finita §. Iulianus. ff. de damn. intec. Ex deductis habetur, quod missus in possessionem ex primo decreto in reali per lapsum anni veram, & incommutabilem illius rei possessionem acquirit: licet passus missionem habuerit infra annum voluntatem cautionem præstadi, quam tñ non dedit ad effectum suo defectu.

S V M M A R I V M.

- 1 *Matrimonii impedimentum ob consanguinitatem, & adulterium.*
- 2 *Accusatus ante probatam accusationem iure quod habet nõ est priuatus.*

- 3 Vxor debito iure non priuatur lite pendente.
- 4 Matrimonium fuit constitutum iure diuino,
Deus quos coniunxit homo non separet.
- 5 Matrimonium est constitutum, iure diuino, iure gentium primo, de
iure gentium secundo, vt euitetur peccatum fornicationis.
- 6 Carnale commercium interdici potest lite pendente.
- 7 Carnale commercium interdicitur ante latam sententiam propter euiden-
tiam peccati.
- 8 Notorium dicitur omne quod est probatum in iudicio.
- 9 Pronuntiatum suspenditur per actum appellationis.
- 10 Presbyter depositus pendente appellatione excommunicare, & exer-
cere potest.
- Episcopus idem.
- 11 Appellatus non dicitur condemnatus.

Centesimum Quartum Priuilegium.



- 1 **E**CCLESIA gaudet priuilegio, vt si † ali-
quis accusauerit matrimonium ob aliquod
impedimentum puta consanguinitatis, uel
adulterij, dulitari potest, an alteruter coniu-
gum priuari non debet iure quod in alteru-
trum habet ante finem causæ, cap. laudabili-
lem vt lite pend. nil innou. Ratio istius de-
creti fuit. † Quia accusatus ante probatam accusationem,
2 iure quod habet in altero priuari non debet. † Pendente
3 igitur lite vxor debito iure priuari non potest. Ratio est quia
pro possessore præsumptio est, quod licite possideat, eo maxi-
4 me. † Cum matrimonium fuit constitutum de iure diuino,
Mat. 19. Quos Deus coniunxit homo non separet, Angel. in
§. nemo in Authen. de trien. & sem. Alex. cons. 48. in lib. 4.
Nam à primordio fuit institutum in Paradiso terrestri, vt habe-
tur in cap. 1. de vot. in 6. & Genes. cap. 1. Postea vero de iure
gentium primo quo tempore gentes sine legibus, & mori-
bus uiuebant, matrimonium erat incognitum, & omnes pas-
sim, ex quacunque muliere nati legitimi dicebantur, vt dicit
text. in Auth. quibus mod. natural. eff. sui, Successit postea
ius gentium secundarium, de quo matrimonium fuit reco-
gnitum, & ordinatum ob bonos mores conseruandos, & ad

- euitandum fornicationem, & scandolorum materiam, & ut
 quisque recognosceret propriam sobolem, & quilibet habe-
 5 ret suam in vxorem. † Cum igitur matrimonium sit constitu-
 tum de iure diuino, de iure gentium primauo, de iure gen-
 tium secundario, ut euitetur peccatum fornicationis, ideo
 non probata accusatione, & ita lite pendente non potest pos-
 6 sessio coniugali priuari. † Immo apparet contrarium,
 cum lite pendente carnale commercium interdici possit cap. te-
 nor. de re. iud. cap. veniens de regul. solutio hæc est, quod ibi
 loquitur in matrimonio cuius usus prohibetur ex quo fuit con-
 tractum lite pendente, & sic non erat ibi possessio à iure ap-
 probata, hoc enim decretum in quo consistit priuilegium lo-
 quitur quando pendentia litis reperit istos in quieta, & iusta
 7 possessione. Sed quæro quid si probata est accusatio. † Nun-
 quid ante latam sententiam debeat interdici carnale com-
 mercium, in tex. Hic dicitur, quod sic, cum ante probatam
 accusationem, contrarium sentiunt aliqui Doc. supplem. ad
 literam, & secutam sententiam, cap. Iudex de offic. deleg.
 lib. 6. Tunc enim inducitur notorium c. vestra de cohob. cler.
 & res iudicata pro veritate accipitur l. res iudicata. ff. de re.
 iud. fuit quorundam opinio, quod in causa matrimoniali
 saltem post conclusionem in causa, cum nihil aliquid superest
 nisi ferre sententiam, quod copula possit interdici propter
 euidenciam peccati, Abb. in cap. cum olim. ff. de verb. signif.
 8 † Vbi habetur quod omne in iudicio probatum dicitur noto-
 rium, quod dictum Domini de Rot. approbant in decis. 26.
 Quando probatio est perfecta, & in causa conclusum ita, quod
 nihil opponitur, vel opponi potest, gl. in cap. significauerunt
 de test. Inn. in cap. pastoralis de causa poss. & propriet. & gl.
 in cap. cum dilectus de fid. instru. denique series istius facti
 recipit hunc terminum, quod appellatione pendente, & tem-
 pore intra quod appellari potest non debet aliquid innouari
 ut in capit. non potest, & quod ibi not. Abb. de appell. lib. 6.
 9 † Nam per actum appellationis suspenditur pronuntiatum,
 ut integer remaneat status appellantis, etiam si causa talis sit
 in qua sententia secum trahat executionem, l. vna §. inte-
 ger. ff. nil nou. appellatione. pend. gl. in capit. sæpè de appell.
 10 in qua habetur. † Deposito posse pendente appellatio-
 ne excommunicare, & sum officium exercere, nam licet
 Episcopus fuisset depositus, ex quo se appellauit, remansit in
 suo

11 suo officio, nam appellatio obtinet vim. † Quod appellatus non dicitur condemnatus l. secunda s. vltim. ff. de pen. ita integer est eius status, vt interim fungi potest honoribus l. interposita. ff. de appell. & d. l. vna. s. integer. Hinc infertur, quod accusatus ob aliquod perpetuum impedimentum matrimonij lite pendente non fit priuandus coniugali possessione.

S V M M A R I V M.

- 1 Privilegium, vel indulgentia super re litigiosa impetrata, mentione non habita de lite pendente, non valet.
- 2 Privilegium non potest impetrari à communi Domino, vel Pralato tamē ius alterius acquirere potest lite pendente per vsucapionem, & alijs modis.
- 3 Lis dicitur pendere ex sola citatione.
- 4 Innotatio nulla impedit, quin feratur sententia secundum iura, quæ obtinebant tempore litis motæ.
- 5 Privilegium emanatum motu proprio lite pendente valet.
- 6 Decimæ prædiales de iure communi debentur Ecclesie parochiali, in cuius parochia sita sunt, Episcopo vero debetur quarta decimarum.
- 7 Privilegium Pralatus impetrare potest pro membris sibi subiectis.
- 8 Privilegium, & beneficia pro alio impetrare sine mandato speciali impetrare potest.
- 9 Pralatus superior potest literas impetrare sine mandato speciali inferioribus Ecclesijs.
- 10 Li s est dirimenda secundum iura existentia tempore controuersie.
- 11 Privilegium quantumcunque generale non extenditur ad litem pendentem si de ea non facit mentionem.
- 12 Monachi sunt exempti de iure communi super decimis noualium non solvendis.
- 13 Privilegium potest præscribi.
- 14 Impetratum non ois a ta parte dicitur subreptitium eo etiam maxime lite pendente.

Centesimum Quintum Priuilegium.



ECCL^ESIA gaudet priuilegio, quæstio uertebatur inter Rectorem Ecclesiæ de Basseuilla, & antecessorem ipsius ex parte vna, & Priorem, & monachos de eodem loco ex altera super decimis non ualium parochiæ Ecclesiæ ipsius Rectoris, pendente lite coram iudicibus delegatis Abbas & conuentus maioris monasterii Turonensis quibus Prior, & monachi prædicti subsunt pro se, & membris suis obtinuerunt à sede Apostolica Indulgentiam, super huiusmodi decimarum perceptione, nulla mentione facta de ipsa huiusmodi quæstione, occasione huius indulgentiæ, Prior, & monachi præfacti decimas ipsas uendicare contendebant, cum Iudices super hoc dubitarent, dictus Rector significauit hoc Papæ. Vnde mādatur quibusdam Iudicibus, ut non obstante prædicta in negotio ipso procedant iuxta traditam sibi formam, cap. dilectus. ut lit. pend. nil inno. Huius decreti ratio fuit hæc cum indulgentia non fuerit facta mentio de decimis pro quibus quæstio uertebatur. Ideo Papa mandauit, ut ea non obstante iuxta formam traditam procedant. Alia ratio, quare priuilegium non extenditur ad causam pendentem, quia fuit impetratum super re litigiosa tacita ueritate. Alia etiam ratio, quia monachi fuerunt perueniendi, per conventionem, & sic indulgentia illos non liberat cap. proposuisti. de for. comp. Hinc inferitur, † quod lite pendente priuilegium, uel Indulgentia super re litigiosa impetrata, mentione non habita de quæstione, non ualet cap. causam el. 2. de test. c. dudum de priuilegio. Priuilegium non ualet tacita compositione obtentum cap. ex multiplici de decimis.

1 † Priuilegium igitur non potest quis impetrare à communi Domino, uel prælato tamen ius alterius acquirere potest lite pendente per uicupationem, & alijs modis. ff. de re. uend. l. si post acceptam, & l. si autem §. i. ff. de pet. hered. l. si non mortis §. si.

2 † Et dicitur pendere lis etiam si sola citatio præcessit, ubi continebantur Principi oblate, uel libellus etiam ante litis contestationem in Auth. in med. lit. non fier. sac. forma, circa si. Et est uerum, quod † nulla innouatio impedit quin feratur sententia secundum iura, quæ obtinebant tempore litis motæ,

motu, vnde si Privilegium lite pendente, & postea pereat instantia iudicii, vel etiam sententia feratur pro impetrante privilegium, bene valebit privilegium, quod intelligitur, si in privilegio fuerit facta mentio de litis pendente. † Vel nisi privilegium fuisset emanatum motu proprio, sed cum dictum sit ex sola citatione litem pendere hoc ab omnibus non est ita receptum, & maxime per Host. per tex. singulare iuncta gl. in verb. novari Clem. 2. vt lit. pend. Dicit, quod quo ad impedendum vires privilegii a communi Domino, seu prelato impetrati lis dicitur pendere, postquam citatio emanavit a iudice, & peruenit ad partem, ita tamen, quod in citatione fuit expressa, super quibus rebus debet conveniri, nam tali citatione facta non est verisimile, quod communis Dominus, & prelatus voluerint in preiudicium cause privilegium concedere. † Quia decimæ prædiales de iure communi debentur Ecclesie Parochiali, in cuius parochia prædia sita sunt. Episcopo vero debetur quarta decimarum ad hoc cap. cum contingat, & quod ibi plene not. Abb. de decim. iniuncto cap. conquerente de offic. ordin. & cap. de quarta de præscrip. † Verum tamen est, quod prelatus potest impetrare privilegium pro membris sibi subiectis. † Et nimirum nam quilibet potest pro alio impetrare privilegium, & beneficia etiam sine mandato speciali, vt est gl. not. in cap. non nulli, & cap. ad aures de rescrip. facit tex. in cap. 1. de concessi. præbend. lib. 6. & quod not. Inno. in cap. ex conquestione de rest. spol. † Hoc est speciale in prelato superiore, vt etiam literas ad lites inferioribus ecclesiis, sine mandato speciali impetrare possit, vt in clem. 1. de rescrip. Ex quibus tamen literis aliquod preiudicium non inferatur parti litiganti. † Cum lis sit dirimenda secundum iura existentia tempore controuersie. † Nam privilegium quantumcunque generale non extenditur ad litem pendentem si de ea non facit mentionem, sed in presenti casu videtur. † Quod sine aliquo privilegio monachi obtinere debebant cum a iure communi sunt exempti super decimis noualium non soluendis, c. ex parte. de decimis. Solutio primo isti monachi erant rei, & ab eis decimæ periebantur noualium, & sic hoc casu obstat contrarium, cui patet responsio, quod forte erant talia noualia, quæ non excoluerant propriis manibus, vel sumptibus, quo casu non sunt privilegiati, vt d. cap. ex parte, vel dato, quod essent talia, forte presbyter dicebat. † Se præ-

præscripsisse contra priuilegium, quòd fieri potest, cap. accedentibus, & cap. si terra de priuileg. Secundo potest intelligi, quòd isti monachi erant actores, quod innuit tex. ibi perceptione, & ibi vendicare, &c. Et sic vendicabant sibi decimas noualium infra parochiam istius Rectoris, fortè allegantes præscriperunt decimas antiquas, & per consequens decimas noualium, quòd non erat verum, nec de iure procedit, vt in cap. cum contingat. de decim. Vel fortè simpliciter dicebant se præscripsisse illas decimas noualium, & non est ius qualiter intelligatur; quia per hoc non mutatur iuris intellectus, ex deductis habetur, quòd quæstio mota super aliqua re, terminanda venit, secundum iura existentia tempore controuersie, non autem secundum ea, quæ impetrata forent lite pendente, nisi de litis pendencia mentionem facerent, & hoc hac ratione. † Nam quòd est impetratum non citata parte dicitur subreptitium, eo etiam maximè lite pendente.

S U M M A R I V M.

- 1 Appellans à sententia contra ipsum lata si ipse capit dissipare fructus possessionis, fructus sunt sequestrandi, donec causa appellationis fuerit terminata.
- 2 Appellatio est prouocatio de minori iudice ad maiorem.
- 3 Sequestratio fit etiam fructuum ciuiliu, videlicet pensionum mercedis & vecturæ.
- 4 Sequestratio regulariter est prohibita.
- 5 Sequestratio habet locum in multis casibus, quos ibi enumerantur.
- 6 Sequestratio fructuum non fit pauperi, ne fame moriatur.
Sequestratio non fit in fructibus pendentibus secundum nostrum statutum Veronæ in lib. 2.
- 7 Sequestratio fit de fructibus cum quæstio est de possessione vacante, & videatur iudici, quòd metus sit vix inter partes.
- 8 Sequestratio fit in causa appellationis si sit timor dilapidationis fructuum.
- 9 Sequestratio fieri potest propter contumaciam hæredis non cauentis legatario conditione pendente.
- 10 Sequestratio potest fieri de consensu partium.
- 11 Sequestratio fit propter inæqualitatem personarum.
- 12 Sequestratio cessat si fideiusor datur idoneus.
- 13 Fructus dilapidare dicitur qui eos conuertit in usum suum.
Fructus qui non possunt seruari.

Fructus

- 14 Fructus dicuntur depopulari quando in eis aliter versatur, quam soleat prudens pater familias.
 15 Sequestratio non fit in fructibus pendente appellatione ab interlocutoria.
 16 Sequesterium est impetrandum à Iudice à quo.

Centessimum Sextum Privilegium.

- I** ECCLESIA gaudet privilegio, quòd † si aliquis appellat à sententia còtra ipsum lata, ipse cepit dissipare fructus possessionis, dicitur, quòd fructus ab ipso sequestrandi sunt quousque appellationis causa fuerit terminata. cap. ab eo de sequest. poss. & fruct. Ratio istius decreti fuit, nam si sententia confirmabitur per iudicem ad quem, tenetur reus appellans restituere fructus perceptos cum ipsa re, à tempore litis contestatæ, C. de re. vend. l. Certum merito si ipsos dissipat fit sequestratio. Alia etiam mihi videtur ratio, & si lata est contra ipsum sententia, à qua exitit appellatum, timet dissipando fructus, ne confirmetur, ideo veniunt merito sequestrandi, sed quid ultra dicendum, sententia lata fuerat super possessione, & quando debetur fundus cum omni causa, pro ut hic intelligitur fructus, etiam debentur l. cui fundus, & ibi Angel. & Alex. ff. si cert. per. l. Sed et partus, & ibi Angel. ff. quòd met. causa l. Iulianus scribit si hominem, & in l. preterea. ff. de re. vend. Et, quòd veritas ita se habet apparet, quia lite pendente fructus rationabiliter sunt sequestrandi stante appellatione. † Quæ est prouocatio de minori iudice ad maiorem, ut not. gl. post alios in cap. 2. de consuetud. lib. 6. Et hic animaduertendum est, quòd res, quæ petitur non sequestratur. Sed tantum fructus sequestrantur, & sic ipse appellatus remanet in possessione, & custodia rei, si vero non agitur de re, fructus naturales producente, sed de prædijs vrbanis, vel de mancipiis, vel de æquis. † Tunc fit sequestratio fructuum civilium, videlicet pensionum mercedis, vecturæ, & c. tex. in cap. quoties. cl. 2. q. 6. † Si sequestratio regulariter est prohibita ut in l. 1. C. de prohib. sequest. Quare hic fuit concessa sequestratio fructuum. † Quia sequestratio secundum Specul. in multis casibus fallit in tit. de sequest. per tot. tit. de execut. sent. §. Nunc dicendum. Permittitur sequestratio

N n contra

contra suspectum de fuga l. si fideiussor §. si. & ibi Bal. ff. quod
 satisfda. cog. Bar. in l. si finita §. si quis. ff. de damn. infec. Quod
 verum etiam in die feriata in honore m. Dei l. si. C. de fer. Item
 verum etiam de persona Bal. in d. l. si. Specul. de sequest. poss.
 Item verum causa cognita, non tamen parte citata, que in-
 strueretur quo ad fugam, Bal. & Alex. in d. §. si. Quod verum,
 si periculum immineret ex mora. Permissa est etiam seque-
 stratio, quando timor est, ne fructus depopulentur, vt hic in
 presentis casu, l. si cum dotem §. si. autem, cum gl. in verb. se-
 questrari. ff. solut. mat. l. Imperatores. ff. de appell. vel ne con-
 uertantur in vsum vitæ, per Angel. in l. diuus in h. ff. de pet. he-
 red. & in l. si seruum §. ait pretor. ff. de acq. hered. Bal. in l. si
 6 fideiussor §. si. ff. qui sat. cogant. † Nisi sit pauper, quia ne
 fame moriatur, non potest ei fieri fructuum sequestratio, im-
 7 mo ad restitutionem non tenetur Angel. in d. §. si. † Item fie-
 ri potest de fructibus cum questio est de possessione vacante,
 & iudici videatur, & metus litrix inter partes. Item cum con-
 8 tenditur de possessione, C. de edict. diu. Adri. toll. † Item
 fieri potest, etiam si in causa appellationis, si sit timor dilapi-
 dationis eorum, Bar. in d. Imperatores §. idem re. ff. de ap-
 pell. Inn. in cap. 1. de sequest. poss. Lanfranch. in cap. Quo-
 9 niã contra. de probat. † Sequestratio fieri potest propter
 contumaciam heredis non cauentis lagatario conditione pen-
 10 dente, l. 1. §. si frater. ff. de col. bon. † Potest etiam fieri
 de consensu partium semper, Bar. in l. interesse. ff. de acqui-
 11 rend. poss. † Fit etiam sequestratio propter inæqualitatem
 personarum, vt cum seruus præten dit se dominum, l. si. cum
 gl. C. quibus ad libert. proclam. non lic. Inn. in cap. si. de se-
 12 quest. poss. & fruct. † Sequestratio tamen cessat quando da-
 tur fideiussor idoneus, Bal. in l. si quando C. de ordin. iudic.
 Sed ad hoc, vt sit locus sequestrationi propter dilapidationem
 13 videndum est. † Quando quis dicatur, dilapidare fructus, di-
 cit Inn. Quod dissipare dicitur si eos in suos vsus conuertit,
 vel etiam distrahit, nisi essent fructus, qui non possent serua-
 ri, quia tunc liceret distrahere, l. diuus. ff. de pet. hered. Card.
 aliud sentit dicens, quod si possessor vitur fructibus, sicut
 prius, non fit sequestratio, nisi dissipet. i. publicè depopule-
 tur fructus, & per hæc verba loquitur tex. in l. Imperatores §.
 idem rescripserunt. ff. de appell. Et his verbis vitur etiam gl.
 14 in l. ab executore C. quor. appell. non recipiunt † Illud di-
 citur

citur publicè depopulari, quando uersatur aliter in eis, quam
 15 ipse solet, & quam solet prudens pater familias. † Sed ul-
 terius querendum est, nunquid dispositio huius cap. habeat lo-
 cum pendente appellatione ab interlocutoria, dic quòd non,
 quia hoc casu celsat præsumptio de qua supra, vt fructus dis-
 sipentur, cum solum nunc quærat de iniquitate iudicis, &
 non de meritis ex causis, vt in cap. interposita de appell.
 16 † Vtèrius non ignorandum arbitror à quo Iudice sit seque-
 strum impetrandum an à Iudice à quo, vel ad quem. Host. te-
 net, quòd sit impetrandum sequestrum à iudice, à quo ap-
 pellatur, priusquam sit appellatio præsentata superiori, & ab
 ipso recepta post enim recurrendum ad eum, ad quem fuit
 appellatum, vt colligitur ex l. ab executore .ff. quorum ap-
 pell. non recip. l. generaliter §. sin autè C. de iur. iur. cap. quo-
 ties 2. q. 6. Ex his denique colligitur, quòd si reus possessor
 appellat à sententia contra eum lata licitè rei petitæ fructus se-
 questrantur, si ab eo dissipantur.

S V M M A R I V M.

- 1 Præbiter confessus se comisisse homicidium ad suggestionem alicuius an
 illi ad confessionem sacerdotis veniant puniendi.
- 2 Confessio non est credendum contra alios, excepto crimine læsæ maie-
 statis.
- 3 Confessio confitentis de se non est aduersus alios admittenda.
- 4 Confessio homicidij nullis alijs præcedentibus indicijs non valet.
- 5 Confessione criminis læsæ maiestatis statur, quia committitur contra Pa-
 pam, Imperatorem, Reges, Principes Rempubicam, ciuitatem non
 recognoscentem superiorem, & hoc ex speciali priuilegio.
- 6 Ad dictum confitentis crimen proprium, nõ debet aliter subiici tormentis
 etiam si assernat fuisse suggestor, vel socius.
- 7 Tortura est pena non modica à qua de iure civili potest appellari à iudi-
 ce eam decernente, licet alias ab interlocutoria non appelletur.
- 8 Testis vnus facit indicium ad torturam, dum sit integer.
- 9 Præbiter an dicatur committere crimen læsæ maiestatis cum non sit sub-
 ditus.
- 10 Principes seculares ob crimen læsæ maiestatis faciunt examinari tor que
 ri, suspendi præbiteros, absque iudice Ecclesiastico.
- 11 Degradatio sacerdotis fit actu aliter, & verbaliter.
- 12 Confessio de crimine aliorum si fuit interrogatus, an præiudicat, vnde di-

stinguitur, an interrogatio fieri debebat.

- 13 Delicta quaedam sunt, quae non committuntur in offensam, uel odium alicuius sed ad proprium commodum, ut fabricare monetam falsare, eam furari & c. de his fit interrogatio de sociis.
- 14 Delicta quae committuntur in odium aliorum confessus de illis de alijs non est interrogandus.
- 15 Iudex magis debet inquirere in delictis in alterius iniuriam factis, quam in factis ob proprium commodum.
Excipitur crimen laesae maiestatis.

Centesimum Septimum Priuilegium.

I



CELESTIA gaudet priuilegio. † Si quidam praesbyter extitit confessus, se commisisse homicidium ad suggestionem quorundam, dubitari potest, utrum illi ad confessionem sacerdotis veniant puniendi de illo homicidio, respondetur quod non, nisi forsan aliter hoc verum esse con-

2 stiterit. † Quia ut dicunt iura canonica, & civilia nulli de se confesso credendum est contra alios, excepto crimine

3 laesae maiestatis, periculosa enim. † Confessio confitentis de se, non est aduersus alios admittenda, si tamen de hoc infamati sunt cum tribus socijs sui ordinis, se purgare debent, cap. cum monasterium de confess. Quare autem ita fuerit decretatum. Ratio enim, quod non stetur confessioni alterius contra

4 alios, fuit, quia † sola confessio homicidii nullis alijs precedentibus indicijs non valet l. secunda, & tertia, & quarta. C. Si ex falsi instrum. & est casus in l. maritus & in l. penult. ff. de

5 quaestio. & l. diuus. † Sed ex qua causa fuit factum decretum, quod stetur confessioni in casu criminis laesae maiestatis, respondetur, quod hoc delictum committitur contra Papam, Imperatorem, Reges, Principes, Rempublicam, & Ciuitatem, non recognoscentem superiorem, & cum tractetur de istis magnis viris habentibus tantam auctoritatem, & potestatem, merito ex speciali priuilegio fuit facta exceptio, quod fides praestetur confessioni criminis laesae maiestatis, cum ex tali crimine multa inconuenientia oriri possunt ex quibus etiam subditi possunt damna sufferere, & in periculosam iacturam ne-

dum

dum corporis, sed etiam animę incidere, nam ex simili euen-
 tu nisi aliquid mali euenire potest, hic igitur animaduer-
 6 tendum. † Quod regulariter ad dictum confitentis crimen
 proprium non debet alter subijci tormentis, etiam si asserat
 fuisse suggestor, vel socius, delicti, optimè ad hoc facit, tex.
 in prædicto capit. 1. de confess. Dum dicit nulli pœnè subdeu-
 7 dos, &c. Est enim distinctio nulli negatiua uniuersalis. † Ideo
 cum tortura sit pœna non modica à qua de iure ciuili potest
 appellari à Iudice eam decernente, licet alias ab interlocuto-
 8 ria non appelletur l. ante sententiam. ff. de appellat. & si di-
 ceretur. † Quod vnus testis facit iudicium sufficiens ad
 torturam, vt not. glos. in l. tertia C. ad l. Iulian. maiestat. not.
 Bar. in l. maritus. ff. de question. respondetur, quod illud
 procedit in teste integro secus videtur in eo, qui aliqua exce-
 ptione repelli potest, tex. in glos. si. ff. de question. in d. l. ma-
 9 ritus, & notandum, quod hoc procedit etiam si confitens cri-
 men proprium sit præbyter, vt hic, fortius etiam, si alias esset,
 mala famę, vitę, vel non tantę dignitatis. † Sed nunquid
 præbyter dicatur propriè crimen læsę maiestatis committere
 cum non sit verè subditus, tamen in facti contingentia consul-
 10 tit, Barb. in Conf. 22. in 1. dub. Lib. 3. † Tamen de facto
 Principes seculares pluries seruant contrarium, quia in hoc cri-
 mine cum agatur de ipsorum, aut statu non solent clericos re-
 mittere ad suos Iudices Ecclesiasticos, sed ipsi per suos Iudi-
 ces examinari faciunt, & torqueri, & quandoque enim su-
 spendi, & possent fortè Principes, & Iudices seculares hoc fa-
 cientes excusari, per tex. in c. perpendimus de sent. excomm.
 Quæro modo nunquid clericus postquam erit iudicatus à Iu-
 dice Ecclesiastico, quod comiserit tale crimen læsę maiesta-
 11 tis, erit deinde degradandus, & tradendus curię seculari.
 † Et quia degradatio fieri potest actualiter, & verbaliter,
 sufficit, quod tantum sit facta verbaliter, & hæc est com-
 munis opinio, vt attestatur Curtius Iunior, in conf. 159. nu.
 1. Villalobos in sua collecta communium opinionum, in litera
 E nu. 99. Et cum dictum sit de crimine læsę maiestatis.
 12 † Quærendum puto quid si aliquis fuit interrogatus de cri-
 mine aliorum, & respondit nunquid sua confessio præiudi-
 cet, & refert quosdam, quos ipse sequitur distinguere,
 an debuerit interrogari, an non, si debuit interrogari,
 quia est, de casibus spiritualibus, tunc non præiudicat
 sed

plene, sed facit aliquam præsumptionem, ita, quòd locus est
 quæstioni, per tormenta, si non debuit interrogari, tunc non
 facit talem præsumptionem, quòd locus sit torture, aliqui te-
 nuerunt in distinc-^{te}, quòd talis confessio inducit talem præ-
 sumptionem, quòd locus sit tormentis, sed prima sententia,
 quæ fuit Cyn. videtur rationabilior, Bar. in l. fi. C. de accusat.
 similiter transiit cum gl. Sed in l. repeti. ff. de quæst. impugnat
 dictum gl. Dicens leue esse dicere, hoc fallit, quasi velit dice-
 re reddenda est, ratio fallentiæ, vnde dando theoricam, dicit.

13 † Quòd quædam sunt delicta, quæ non committuntur princi-
 paliter in offensam, vel odium alicuius, sed propter commo-
 dum committentium, vt falsare, vel fabricare monetam. Item
 latrocinia facere, nam & latrones non odiunt aliquem, sed di-
 ligunt æs alterius, & isto casu potest interrogare de socijs, l.
 diuus. ff. de cust. reo, & l. prouinciarum C. de fer. & l. fi. C.
 de mal. & mat. l. qui vltimo in fi. ff. de pæn. & l. fi. ff. ad exhib.

14 † Quædam sunt delicta, quæ committuntur principaliter in
 odium aliorum, & in istis confessus de se non debet interroga-
 ri de alijs, vt d. l. repete et d. l. fi. de accus. Ex predictis infer-
 tur, quòd plures possunt interrogari de socijs, & de recepta-
 toribus, & similibus, argumento d. l. diuus. Ratio prædicto-
 rum secundum eum est, quia quando delictum committitur
 in alterius iniuriam, est, qui alios delinquentes accusare po-
 test. † Sed non ita in delictis, quæ non committuntur princi-
 paliter in alterius iniuriam, ideo magis permittitur iudici
 inquirere in istis, quam in illis, & ita theorica, Bar. est, not.
 Quæ est satis æqua, quia excipit crimen læsæ maiestatis, nam il-
 lud committitur in odium Principis, & tamen interrogatur
 de socijs, cap. fi. 15. q. 3. Ex istis habetur satis conclusum,
 quòd nulli de se confesso credi debet in præiudicium aliorum,
 & quòd cõfessio criminosi non est contra alium admittenda,
 nisi fuerit confessio criminis læsæ maiestatis infamatus tamen
 de crimine, potest se purgare.

S V M M A R I U M.

- 1 Mulier proponens non esse cognitam, nec cognosci posse à viro per iura-
 mentum, & per aspectum corporis per septem mulieres, viro contra-
 rium iurante, cui standum.
- 2 Puella iuramento se esse virginem statur cum septem mulieribus testi-
 moniis.

Mulie-

- 3 Mulierum generis variabile, & earum sexus fragilis est.
- 4 Mulieres repelluntur à testimonio multorum casuum, & præsertim de iure canonico.
- 5 Mulier in quibus casibus possit esse testis vel non.
- 6 Nihil certius est, quàm oculo videre præcipuè quando visio est facta per personas in arte peritas.
- 7 Obstetrices cognoscunt puellas virgines ex insperione natura.
- 8 Mulieres sunt ita malitiosæ, quòd quando vivis copulantur, faciunt se virgines, si non sunt, & ita homines fraudantur.
- 9 Obstetrices appellantur bonæ fœminæ in aliqua prouincia pro ut apud Lygures.
- In qua ciuitate Genuæ, ego fui auditor Rotæ.
- 10 Virginitas probatur per testes, & qualiter debeant deponere.
- 11 Virginitatis, vel non virginitatis probatio, quomodo fieri debeat.
- 12 Mulierum calliditates, siue malitiæ, vt se ostendant prima nocte virgines viris suis.
- 13 Pœna coitus perpetrati inter ipsas mulieres est mors.
- 14 Matrimonium pro alijs approbavi, pro me reprobaui, quia est onus.
- 15 Matrimonium est necessarium, ut euitetur fornicatio.
- 16 Peritis in arte statur, si non agitur de graui præiudicio, & si res de qua tractatur sit facilis.
- 17 Sententia lata de consilio peritorum potest retractari ibi lege exemplum.
- 18 Sententia lata per falsos testes vel instrumenta potest retractari.
- 19 Sententia ad hoc, ut retrahatur requiritur, quòd sit appellatum.
- 20 Peritis an sit danda fides absque iuramento, dubitatur.
- 21 Peritorum iuramentum saluatur, quia aliud est iuramentum credulitatis, vt ipsi faciunt, aliud iuramentum veritatis dicendæ.

Centesium Octauum Privilegium.



ICCLESIA gaudet priuilegio, quæstio matrimonii coram quibusdam Iudicibus delegatis vertebatur, coram quibus. † Mulier proponebat se nec à viro cognita, nec potuisse cognosci, quòd tam proprio iuramento, quam iuramento septem mulierum probauit, quæ per aspectum corporis eam esse virginem asseuerant, uiro per suum iuramentum in contrarium asserente, quæritur, cui fit fides potius adhibenda.

Papa

- 2 † Papa respondet, quòd iuramento puellæ, & testimoniis illarum septem mulierum est potius credendum, cap. propo-
- 3 sisti de probat. † Sed cum mulierum genus sit variabile, &
- 4 cum earum sexus sit fragilis. † Hinc inferitur, quòd à multorum casuum testimonio repelluntur, & præsertim de iure canonico in casibus criminalibus Clar. in q. 24. vers. 4. Et ibi attestatur de communi op. Alex. in cons. 9. & 19. lib. 1. Nec in testamentis possunt esse testes inst. de testam. §. testes, & ibi
- 5 Angel. Aret. † Sed quando mulier non possit esse testis uel quando possit esse vide Franc. Crem. in not. 144. incip. quamquam mulier singulariter. Ratio enim istius decreti fuit hæc.
- 6 † Cum nihil certius sit quàm oculo videre, & præcipue quando visio facta per personas in arte peritas, nulli dubium
- 7 est. † Quod obstetrices cognoscere valent puellas virgines ex inspectione naturæ, adsunt quædam signa, quæ aperte denotant, si sunt virgines, sunt enim † mulieres ita malitiosæ, ut
- 8 quando se viris copulant, si non sunt virgines, talia faciunt, quæ viris saltem præsumuntur virgines, & ita homines fraudantur apice illo, quod igitur homini denegatur theoricæ, & practicæ docent mulieres. Ideo magis datur fides iuramento virginis asserentis non esse cognitam, nec cognosci posse. Accedente
- 9 testimonio septem mulierum, † quæ appellantur bonæ scemina in aliqua prouincia, pro ut est apud Lygures. In qua quidè ciuitate Genuæ celeberrima, ego fui auditor Rotæ, & sunt illæ, quæ parturientibus ministerium præstant. Et optima est ratio, quòd magis illis sit fides præstanda, quia aspectus corporis præualeat iuramento viri carnalem copulam asserenti. Hic
- 10 igitur considerandum venit, † quæ virginitas probanda est per testes, sed qualiter habeant super virginitate deponere probatur per matronas, seu mulieres in hoc instructas, quæ deponunt eam virginem, quia eam viderunt, & inspexerunt in locis, vbi deprehenditur virginitas. cap. causam matrimonij de probat. Nec est necesse, quòd magis specificè reddant causam scientiæ, & ad hanc materiam videri possunt duæ gløse not. in cap. Hæc imago alias cap. satis 33. q. 5. in vers. vnde & sequen.
- 11 † Quarum prima instruit partem puellæ ad docendum se fuisse prima nocte virginem, si maritus negaret eam talem non reperisse virginem, videlicet, per inspectionem lintheaminum sanguinolentorum. Alia glø. docet maritum ad probandum eam non fuisse virginem faciendò probationem contrariam

riam scilicet, quod lintheamina primę noctis non sint sanguinolenta, hæc remedia fuerunt edocta in veteri testamento, & hoc propter defectum probationum in tali resecrēta, sed his temporibus dicam, quod ab vtraque parte huiusmodi fundamenta sunt ne dum friuola, sed vana, quia pluries in facto contingit, quod puella nubilis peperit filium, & postea se nubit, & eius sponsus prima noctē cōcubitus iuraret deflorasse eam, quæ tamen virgo non erat. † Ille demones earum naturam per plures dies ante abluit, cum aqua pignę, proiciunt calicem in aqua buliente, & apponunt calderium subtus earum vestes, vt fumus ille ascendat ad naturam, quod maximè stingit aspergunt lintheamina sanguine, & sepius expectant tempora menstruorum, & fingunt plorare ab offensam, quam recipiunt à marito sponso, si non sunt cognite à viro aliquando inter se ob pruritum carnis inuicem puelle se se deflorant cum aliquo instrumento apto. † Earum pœna pro tali coitu est mors, vt attestatur Clar. in §. fornicatio ver. 16. & ibi tex. in l. fedissimam C. de adul. & ibi hanc esse com. op. asserit. Ago gratias Domino Deo nostro, qui me à fraudibus Illis liberauit. † Nam matrimonium pro alijs approbavi, sed pro me reprobaui, quia est onus, cap. nos nouimus 17. q. 2. Ibi dicitur nauigasti .i. Vxorem duxisti propter magna onera matrimonii, quæ subeuntur nauigando, & verè matrimonium est species seruitutis l. 2. ff. de lib. hom. exhibend. Dec. in cons. 132 & est dura seruitus secundum Bal. in l. bonę fidei C. de rebus cred. Tamen est nubendum. † cum matrimonium sit necessarium, vt fornicatio euitetur, cap. 1. ad Corinth. in præsentē casu dicitur, quod pro probanda virginitate alicuius puellę septem mulieres sunt conuocandę, vt videant pudenda, quid si non adessent. † Certè in qualibet arte statur peritis, sed quando non agitur de graui præiudicio, & res de qua tractatur sit facilis, & in ea non exigitur magna industria, nec accedit tamquam testis ad testificandum in alterius præiudicium, etiam si sumus in loco, in quo plures periti inueniuntur, credo vnum sufficere, vt in c. indicante de præscrip. Sed si res est ardua, quæ non ita de facili per vnum iudicari possit, plures periti veluti instructiores accipiuntur, si haberi possunt, alias sufficit vnus, vnde hic quærendum arbitror. † An sententiã lata de consilio peritorum possit retractari, si postmodum producerentur peritores affirmantes

tes contrarium, exemplum, vt si quis ex percussione illata puta per Sempronium ex relatione præstantis, medellam fuerit mortuus, ex eius depositione in qua asseritur ex percussione mortuus, eunde Sempronium iudicauit puniendum pæna mortis, antequam mortuus humaretur idẽ Sempronius dixit chirurgum falsum deposuisse, asserendo percussione esse mortalem, vnde adhibuit peritiores medicos, qui cum inspexissent mortuum, & considerauissent percussione contrarium retulerunt, certè retractabitur sententia illa, nam sicut retractatur. † Sententia lata per falsos testes, vel instrumenta falsa ita, & idem dicendum in tali casu. l. falsam C. si ex fals. inst. & l. si. ff. de re. iud. l. diuus cap. cum venerabilis. de excepti.

19 † Sed animaduertendum hoc non procedere, nisi extiterit appellatum, cum iam lata sententia transuerit in rem iudicatam, non sunt adducendi alii testes, vt in cap. fraternitatis


20 de testi. timetur testium subornatio. † Et peritorum, quibus danda sit fides absque iuramento dubito, nam non deponunt de sensu corporeo, sed de eorum industria, vnde cum possint de facili errare, de facili etiam subirent per iurium, si iurarent & ne igitur incidant in periurium. Sunt & aliqui tenentes quod iurate non debent gl. in l. i. ff. de vent. inspicien. l. ius iurandi C. de test. Tamen praxis est in contrarium l. comparationes C. de fid. inst. & in l. hac edictali C. de secund. nup. & in Auth. de non alienand. §. Quod autem tex. & gl. 2. in cap. fraternitatis de frigid. & malef. † Et eorum iuramentum saluari potest, quod non incidant in periurium, ideo distinguendum inter iuramentum, de veritate dicenda, & iuramentum de credulitate, & hoc modo iura allegata concordantur. Ex istis stat conclusio, quod quando ambę partes litigantes, seu contententes de aliquo iurauerint, standum esse iuramento illius, quod est testibus roboratum.

S U M M A R I V M.

- 1 Legittimum impedimentum matrimonij si probaretur alii testes non admittuntur super eodem impedimento.
- 2 Probationi Priori standum est, vbi tractatur de consanguinitatis gradu.
- 3 Testes non sunt admittendi in contrarium publicatis attestacionibus.
- 4 Testes ante aperturam Testium Vtraque pars potest inducere super eodem articulo.

- 5 Testes super articulo nouo possunt admitti.
- 6 Testes publicatis attestationibus admittuntur ad reprobandam consanguinitatem extare.
- 7 Testes admittuntur in fauorem matrimonii ad demonstrandum, quòd inter illos, inter quos fuit contractum, non extat nullus gradus consanguinitatis.
- 8 Matrimonium contractum, & contrahendum differt, quia multa conceduntur fauore matrimonii iam contracti, quæ alias non concederentur in matrimonio contrahendo.
- 9 Matrimonio contracto possunt multa scandala oriri.
- 10 Ecclesia ubi extat aliquis gradus consanguinitatis solet dispensare, vt auitentur scandala.
- 11 Matrimonium impedire vnicuique, licet allegando legitimum impedimentum.
- 12 Impedimentum allegans potest testificare, etiam si esset denunciatus or in omni casu, ubi non agitur de interesse proprio.
- 13 Matrimonium olim non poterat contrahi in quinto consanguinitatis gradu, hodie vero extenditur usque ad quintum consanguinitatis gradum prohibitio.
- 14 Sponsalia de futuro per verba futuri temporis contrahuntur.
- 15 Sponsalia in dubio presumuntur esse de futuro.

Centesimum Nonum Privilegium.

- 1  CCLESIA gaudet privilegio, † quòd ubi agitur de matrimonio contrahendo si legitimis probationibus impedimentum probaretur, alii testes non admittuntur super eodem impedimento, vt si quis iurauerit Clericam in vxorem ducere, & cū eam vellet ad domum suam traducere, aliqui legitimè cū iuramento coram Iudice deposuerunt inter illos extare quintum gradum consanguinitatis, vt ex testium publicatione videtur.
- 2 † Alii probare intendebant, non se attingere per nullum consanguinitatis gradum, & dum altercatio hæc inter partes verteretur. Papa respondet, standum esse probationi priori. cap. Iuravit. de probat. Quare ita fuerit decisum ratio fuit hæc.
- 3 † Quia publicatis attestationibus non sunt testes in contractum admittendi. † Ante tamen aperturam testium vtraque

pars potest suos testes inducere, super eo. articulo, capit.
 3 fraternitatis. de test. † Super alio tamen articulo, vel super no-
 uo dependente bene possunt admitti, vt in d. cap. fraternita-
 tis cap. cum Io. de fid. inst. Inn. in cap. cum clamor. de test. &
 attest. huic enim decisioni obstare videntur cap. series de test.
 6 & cap. causam matrimonii. de probat. † Vbi etiam publica-
 tis attestationibus admittuntur testes ad reprobendam con-
 sanguinitatem extare. Solutio autem hæc est, illa decreta lo-
 7 quuntur in matrimonio iam contracto. † Ideo ibi admittun-
 tur testes in fauorem matrimonii ad demonstrandum, quòd ibi
 inter illos, inter quos fuit contractum, non extat uullus gra-
 dus consanguinitatis, in casu autem prædicti decreti in cap.
 8 iraruit loquitur de matrimonio contrahendo. Adeo, † quòd
 longa differentia est inter matrimonium iam contractum, &
 matrimonium contrahendum; Multa enim conceduntur fa-
 uore matrimonii iam contracti, quæ alias non concederentur
 in matrimonio contrahendo, & ratio diuersitatis fuit hæc.
 9 † Postquam contractum est matrimonium, inde sequi possunt
 10 multa scandala. † Ideo etiam si probaretur extare aliquam
 cõsanguinitatem ne nascentur inter partes inimicitie, & etiam,
 vt euitetur scandala. S. Rom. Ecclesia solet dispensare, vt quo-
 tidie praticatur, de qua tamen dispensatione dixi in tractatu
 11 meo de casibus reseruati summo Pontifici. † Hic igitur ani-
 maduertendum, quòd vnicique licet matrimonium impedi-
 re allegando legitimum impedimentum, de quo in cap. si. qui
 12 accus. mat. poss. † Immo etiam fortius, qui in causa matrimo-
 niali impedimētum allegat, potest testificare etiam si esset de-
 nuntiator, quòd habet locum in omni casu, vbi non ageret de
 13 interesse proprio, & hoc quia impeditur peccatum. † Olim
 vero matrimonium non poterat contrahi in quinto consangui-
 nitatis gradu, hodie vero extenditur vsque ad quintum con-
 sanguinitatis gradum prohibitio, cap. non debet de consang.
 14 & affin. vltimus dicitur in textu. † Se quandam in vxorem
 accepturum, nam per ista verba futuri temporis sponsalia de
 futuro contrahuntur, cap. pe. cap. de illis de spons. Quando-
 que tamen etiam verba futuri temporis sponsalia de presenti
 contrahuntur, videlicet quando respiciunt executionem ma-
 trimonii, puta si dicatur promitto, quòd tenebo te pro vxore
 legitima, tex. no. in capit. Ex parte de spons. Quid autem
 si ista simul concurrunt, vt quia dicatur promitto, quòd te
 acci-

accipiam in uxorem, & de cætero ita te tenebo, nam ex ver-
bis primis arguitur, quòd sponsalia sint de futuro, sed per
verba sequentia, designatur matrimonium de præsentì. Hæc
præsens quæstio, cum Romæ tractaretur, còclusum fuit, quòd
attento initio sponsalia essent de futuro, & ita concludit Ro-
man. in singul. suo 336. tu scis, idem tenent Host. & Abb. in d.
cap. ex parte de spons. Quia verba posita in prin. denotant
sponsalia de futuro, vnde illa verba, & de cætero, ita te tenebo
intelliguntur casu quo te accipiam, alias verba posita in prin.
superflua fuissent. Et ad hoc etiam facit. † Quia in dubio
sponsalia præsumuntur esse de futuro, Bal. in l. cum inter C.
de donat. ant. nup. His adductis concluditur, quòd in ma-
trimonio futuro, si probaretur impedimentum, & attestatio-
nes fuissent publicatæ, alii testes super tali impedimento non
essent admittendi.

S V M M A R I V M.

- 1 Acta iudicis sunt scribenda per Notarium.
- 2 Iudex aliquando ineuidens damnum partis, aliqua iniqua dicit, litiga-
torque negatiuam contra assertionem illam probare non poterat,
ne falsitas præiudicet veritati, habeat notarium, qui fideliter scribat
acta omnia.
- 3 Actus sunt scribendi in iudicio per ordinem respectu loci, temporis,
personarum, vt omnia ita conscripta partibus tribuantur.
- 4 Originale scripturæ remanere debent penes scriptores, vel iudices, vt ve-
ritas declarari possit.
- 5 Iudex negligens constitutionem obseruare, si propter eius negligentiam
aliquis difficultatis emergerit, per Iudicem superiorem pœna debita ca-
stigandus erit.
- 6 Falsitas non debet præualere veritati.
- 7 Acta demonstrant veritatem.
- 8 Statutum fuit, vt Iudex habeat Notarium vti publicam personam, vel
duos idoneos, qui acta describant, & si negligit pœna plectendus venit.
- 9 Iudex iniquus habetur quando in officio se male gerit.
- 10 Falsitas est in teste proprio, qui veritatem dicere tenetur.
- 11 Negatio quadam est vera, & quadam non vera.
- 12 Negatiua vera nunquam directa probari potest.
- 13 Probatio quandoque est impossibilis, ut quando non est restricta, seu de-
terminata ad certum locum, seu ad certas personas.

Acta sunt

- 14 Acta sunt scribenda tam in iudicio ordinario, quam extraordinario, cum causa sit modica, quia creditur informationi Iudicis.
- 15 Nuntiorum relationi creditur in modicis.
- 16 Pena Iudicis negligentis est, quod incurrat in eo damno, in quo pars incurrit.
- 17 Iudex negligens iustitiam, facit litem suam.
- 18 Notariorum scripturis an sit danda fides, sine testium subscriptione.
- 19 In Iudiciis autem per acta tabellionis scriptura creditur, ubi etiam nulla fieret mentio de testibus, tutius tamen est adhibere testes in quocunque casu.
- 20 Notario magis creditur, quam iudici.
- 21 Acta iudicium non possunt probari per testes.
- 22 Acta facti coram iudice, & arbitro differunt, quia acta coram arbitro non valent sine testibus, etiam si per notarium scribantur.

Centesimum Decimum Privilegium.

- C**LESTA gaudet privilegio, cum Innocens litigator contra falsam assertionem iniqui Iudicis, negationem quandoque probare non potest, ideo.
- 1 † Acta Iudicis sunt scribenda, per notarium, vel
- 2 duos viros idoneos, alias &c. † Nam Iudex aliquando in evidens damnum partis aliqua iniqua dicebat, & litigator negatiuam veram contra assertionem illam probare non poterat, ne falsitas præiudicaret veritati. Statuit concilium, ut tam in ordinario, quam in extraordinario Iudex habeat semper notarium veluti publicam personam, si potest, aut idoneos viros, qui fideliter acta scribant omnia. † Quæ in iudicio concurrunt, & per ordinem illa explicant, respectu loci, temporis, personarum, ut omnia ita conscripta, partibus tribuantur. † Originale tamen remanente penes scriptores vel iudices ad hoc, ut si dubitatio super processu oriretur per acta possit veritas declarari. † Et iudex negligens hanc constitutionem, obseruare si propter eius negligentiam aliquid difficultatis emerferit, per Iudicem superiorem pena debita castigandus erit, nec pro ipsius præsumetur processus nisi quatenus in causa legitimis constiterit documentis cap. quoniam contra.

6 contra. de probat. Ratio autem istius decreti fuit. † Ne falsi-
7 tas præualeat veritati. † Ideo, ut per acta veritas habeatur.
8 † Statutum fuit, ut Iudex habeat notarium, uti publicam perso-
9 nam, vel duos idoneos, qui acta describant, et quatenus hoc
negligeret, quod veniat pœna plectendus. † Iniquus enim
10 iudex habetur quando in officio se male gerit, cum, & ipsi in-
est in teste qui veritatem dicere tenetur, cap. 1. de crimi. fall.
11. q. 3. cap. quisquis. In tex. etiam habetur verbum illud ne-
11 gationem ideo videndum quotuplex est negatio. † Quædam
autem est vera, & quædam nõ vera. Dicunt Doc. Illam esse verã,
quæ est simplex, & indeterminata, ut quando quis est citatus
tali die, & sic sit determinata, nihilominus potest deficere
probatio de contrario, itaque tex. dicit quandoque quasi ali-
quando probari potest, & in hac opinione fuit, Io. An. Abb.
autem tenet, quod vera negatiua sit illa, quæ non habet in se
inclusam affirmatiuam, siue sit determinata, siue non; capit.
super hoc. in fi. de renunt. Si enim haberet in se inclusam affir-
matiua, illa non est proprie negatio, exemplum dico, ut si
dico, quod non consensi sponte, includitur, quod per merum
12 consensi, & hoc est affirmatiuum, quod directe probari po-
12 test, † Sed negatiua vera nunquam directe probari potest,
ut percipi potest in tex. Ibi nulla sit directa probatio, licet aliud
13 senserit, & minus bene, Io. An. in cap. bonæ. de elect. † Sed
quandoque impossibilis est probatio, ut quando non est restri-
cta, seu determinata ad certum locum, seu ad certas perso-
nas, quandoque probatur, sed cum difficultate, ut quia indi-
recte, ut quando est restricta modo prædicto, & ex hoc in tex.
14 dicitur, quandoque dicitur etiam ibi. † Quod acta sunt scri-
benda tam in iudicio ordinario, quam extraordinario, hoc
enim intelligendum, nisi causa sit modica, tunc enim nulla
scriptura requiritur, nec respectu processus, sed creditur sim-
plici informationi iudicis tex. not. in Auth. nisi breuiore, C.
de sent. ex pericul. recit. & ibi Bar. Qui expressè ita tenet, &
15 in Auth. ut Iud. sin. quo quo suff. s. necessitate. † Quando
sumus in istis modicis creditur relationi nunciij; l. ea qui-
dem C. de accus. & in cap. cum parati de appell. Fortius credi-
tur assertioni simplici Iudicis, cap. si quis cum clerico 1. q. 1.
gl. in cap. 1. de libell. oblat. Hoc etiam locum obinet in leui cri-
16 mine, l. leuia. ff. de accu. in tex. etiam habetur. † Quod iu-
dex

- dex ex negligentia castigatur, quare igitur qua enim pæna puniendus, si Iudex fuerit in negligentia, vel culpa, quæ tribus modis committitur. Dicitur in culpa primus, si non fecit, quod facere debuerat diligens. Secundus, si contra pactionem. Tertius si fuit in moral. videamus. ff. loc. in gl. in verb. suo nomine. Pæna igitur talis erit, quod Iudex cõdemnabitur in eo. damno, in quo pars incurrit, cap. sacro. de sent. excom.
17. l. si quando C. de test. l. sancimus C. de Iud. † Iudex ergo qui iustitiam facere negligit facit litem suam 23. q. 2. cap. Dominus noster. Itē si per iniuriam iudicis facta est cap. ult. de emp. & vend. l. emptor fundi C. de euct. op. Quod non præsumatur pro processu istius Iudicis quia inimo semper præsumitur pro his, quæ facta sunt à Iud. cap. bona de elec. cap. in præsentia de renunt. cap. sicut de re. iud. Inst. de fidæiussor. s. ult. Sol. Illa iura intelligenda sunt, quod semper sententiæ Iudicis creditur, vbi constat de processu causæ, secus si reuocatur in dubium de processu iudicis, nam tunc non est præsumendum, pro iusto ordine, nisi probetur per acta, nam, & victores nõ potiuntur sententiis, nisi eas ostenderent re & latas, Auth. de
18. his qui ingred. ad ap. s. si illud. † Sed an credendum sit scripturæ tabellionis, dicendum est, quod non sit danda fides sine testium subscriptione, in Auth. de hered. & Falc. s. Sancimus. Contrarium hic tenet gl. Quia illus debet intelligi de contractibus, pro quibus non est credendum, nisi adhibitis testibus.
19. † Secus autem in Iudiciis, quia solum per acta solius tabellionis scripturæ creditur, vbi etiam de testibus nulla fieret mentio, tamen tutius est in quocunque casu, ne dum in contractibus sed etiam in Iudiciis, testes adhibere, si haberi possunt, & ita quotidie in pratica seruatur, sed si iudex Ecclesiasticus tanta auctoritate potitur, quod potest, & debet pænã illam irrogare, quæ magis timetur, cuius timoris ratione censendum est delinquentem cessaturum à delinquendo, gl. in cap. licet & gl. magna circa fi. & ibi Abb. de pen. Fely. in cap. irrefragabili s.
20. certum de offi. ord. † Si tantam auctoritatem habet, quare non ita credendum est iudici, veluti notario. Ratio enim mihi videtur talis, nam iudex fungitur officio iudicandi, & siue benè, siue malè iudicauerit, satis est, quod functus sit officio suo, quia postquam pronunciauit sententiam definitiuam, maxime circa principale negocium, corrigere nec aliquid illi addere, vel diminuire potest, l. Iudex postquam. ff. de re. iud.

& ibi scribentes ob euitandam aliquam falsitatem, que fortasse per iudicem committi posset, ideo cautum de iure est, vt per notarium sententia scribatur, cui datur fides, ex quo etiam in tali sententia testes notantur merito magis adhibenda fides est notario, quã iudici, hinc est, quod acta in scriptis in iudicio nõ sunt reponenda, nisi penes notarium, sed an productio instrumenti sola sit de actis Iudicii, & dicendum, quod sic, & ita scriptura notarii de productione duntaxat facit fidem. Inn. in. c. c. in iure in fi. de offic. deleg. Quo vero ad tenorem instrumenti scriptura notari non facit fidem, nec probat, nisi aliter solemniter fuerit exemplatum. † Ideo cadit hic dubium, an acta iudicii possint per testes probari, & sic aliter quam per scripturam nam secundum communem conclusionem acta curie nõ requirunt testes, Bar. in Lemancipatione C. de fid. inf. Bal. in l. gesta ver. quæro nunquid accuset. c. C. de re. iud. † Quod tamẽ intelligendum est de actis factis coram iudice, secus si fiant coram arbitro, quia nõ valent sine testibus, etiam si per notariũ scribantur, Alex. in cons. 13. vol. 1. Ex deductis satis constare videtur officium Iudicis esse, vt penes se habeat notarium, vel idoneos scribentes acta Iudicii, quia super processu ei non est credendum, in aliquo emergenti euentu, nisi in quantum acta probarentur per legitima documenta, & hinc inferitur, quod per eius negligentiam per superiorem puniri potest.

S V M M A R I V M.

- 1 Probatio rei delinquentis, quod non deliquerit, non est admittenda.
- 2 Consuetudo iuri contraria est estirpanda.
- 3 Probatio affirmatiua, si probari potest, negatiua non admittitur.
- 4 Testibus duobus affirmantibus magis creditur, quam mille negantibus.
- 5 Consuetudo contra ordinem iuris non valet, & affirmatiua negatiua preualet.
- 6 Consuetudo est valida contra ius commune, vt Episcopus non teneatur requirere Canonicoꝝ cõsensum in corrigendis, et in quib. edis excessibus.
- 7 Vacatio longa, vt plurimum est Ecclesijs nociua.
- 8 Consuetudo quod absentes omnino vocentur ad actum electiõis est valida, dummodo non tenderet in nimium damnum Ecclesie.
- 9 Consuetudo in omnibus act. s. valet, vt absentes vocentur in alienatione rei Ecclesiasticæ.
- 10 Consuetudo laicorum regulariter non comprehendit clericos nisi consuetudo sit favorabilis, & privilegiata.

Pp

Statu-

- 11 Statutum generale comprehendit clericos, immo etiam si speciale, de clericis disponat in eorum fauorem, valet.
- 12 Statuto ciuitatis cauetur, quod primo genitus clericus excludat ceteros fratres ab hereditate paterna tale Statutum valet.
- 13 Laici in clericos specificè constituere non possunt.
- 14 Clerici possunt in duplici qualitate censei iure laicali in quantum laicali, & iure spiritali possident.
- 15 Statutum, quod subditus non possit alienare rem immobilem in non subditum sine solutione gabellæ ligat clericos, quod firmatur q. 15. fundamentis.
- 16 Lex positiua non ligat Principem.
- 17 Lex secularis ligat clericos, vbi nullum consideratur ius canonicum, ergo, & consuetudo, cum sit lex inter eos, inter quos est introducta.
- 18 Statuta, & consuetudines laicorum non ligant clericos, quando contradicunt canonibus, alias secus, vel quando non est fauorabilis clericis.
- 19 Clericus ius primæ genituræ consequi potest, etiam ex dispositione iuris diuini.
- 20 Leuitæ hodie apud nos sunt illi, quos præbyteros appellamus.
- 21 Clerici an succedant in feudo.
- 22 Testes deponentes super negatiua indirectè non de credulitate, sed de veritate debent admitti.
- 23 Clerici probantes se comisisse fornicationem tali die, & loco, possunt per laicos probare contrarium indirectè, quod illa die semper sui in alio loco, & deo absolui.
- 24 Testes ex parte rei præferuntur testibus actoris, seu accusatoris.
- 25 Probationes super affirmatiua, si non adessent legitimæ, sed contrarium esset suspicio, vel infamia, seu scandalum, tunc admittitur probatio, & exigitur etiam purgatio per iuramentum.
- 26 Purgatio non admittitur nisi esset honesta persona.

Centesimum Undecimum Priuilegium.

7



ECCLESIA gaudet priuilegio. † Quod si probari potest reum deliquisse, eius probatio, quod non deliquerit non est admittenda, talis enim lex in Daciæ Regno vel consuetudo erat, quod accusati de criminibus, quæ per legitimos testes probari poterant contra ipsos immunes reputabantur, dummodo valerent se purgare quoquo modo, sacerdotes

sacerdotes, & clerici Dacia huic legi innitebantur, hoc enim
 2 ad notitiam Papæ peruenit. † Qui volens hanc consuetudi-
 nem, ut iuri contrariam extirpandam mandauit, quatenus in
 negatiua probatione nullus audiatur dum tamen ex aduerso
 possit affirmatiua probari, cap. ad nostram de probat. Ratio
 3 autem decisionis fuit hæc. † Quia dum affirmatiua probatio
 probari potest, negatiua non admittitur, cum de iure cautum
 4 sit, † magis credendum esse duobus affirmantibus, quam
 mille negantibus, l. diem proferre & ibi Bar. in §. Si plures in
 gl. in verb. consenserunt. ff. de recep. arbit. Hic prætereundum
 5 non est. † Consuetudinem non valere contra ordinem iuris,
 & affirmatiua negatiuæ præualere, ex quo in tex. dicitur quo-
 quo modo se purgare valeant, adeo, quod ex hac consuetudi-
 ne purgatio fieri potest, vel poterat per viles, & criminosos si-
 bi similes, quod reprobatur, cum debeant esse bonæ famæ,
 & opinionis, cap. constitutus. de purgat. can. Quia consuetu-
 do tamquam iuri contraria non valet, Cyn. in l. 2. C. quæ sit
 long. consuet. Ideo si esset consuetudo, ne iuret de calumnia
 licite enim non recusabitur, cum sit cōtra iuris dispositionem.
 6 Verum aliquando, † consuetudo est valida contra ius com-
 mune, ut scilicet Episcopus non teneatur requirere canoni-
 corum cōsensum incorrigendis excessibus, inquirendis & pu-
 niendis suorū subditorū, & hæc consuetudo potest esse Ec-
 7 clesie utilis propter faciliorem expeditionem electionis. † Cū
 longa vacatio, ut plurimum sit Ecclesiis nociua, cap. quam
 8 sit de elect. in 6. Si vero esset. † Consuetudo, quod absentes
 oīno vocentur ad electionis actum, talis consuetudo esset vali-
 da, dummodo non tenderet nimium in damnum Ecclesie,
 nam si talis consuetudo haberet, quod etiam cum incomodo
 Ecclesie absentes essent vocandi, talis consuetudo non esset
 toleranda, tamquam Ecclesie grauosa, cap. 1. de consuet. in
 vol. Gregoriano, secus autem foret, si consuetudo esset, quod
 absentes vocentur, etiam cum parua Ecclesie incommodita-
 te, nam talis consuetudo esset valida, ut in gl. in verb. in pro-
 uincia in cap. coram, & cap. in Genes. de elect. Sic ut parua
 incomoditas toleretur ratione consuetudinis, propter eius au-
 thoritatē, cap. cum tanto de consuet. & l. consuetudinis C. quæ
 sit long. consu. Et hac ratione dicit Abb. in c. coram de elect.
 9 † Valere consuetudinem, ut in omnibus actibus debeant vo-
 cari absentes, maxime in alienatione rei Ecclesiasticæ, nam

de iure in alienatione absentes non sunt vocandi, tex. singul. in
 Auth. hoc ius porrectum. C. de fac. sanc. eccl. cap. ea nu. 10. q. 2.
 in §. Hoc ius porrectum, & ita habetur quomodo, & quando
 consuetudo locum obtineat, nam aliquando contra ius non va
 let, & aliquando valet, vt iuribus allegatis. Hic enim cadit du
 10 biam an. † Consuetudo laicorum regulariter non comprehen
 dat clericos, pro ut dicit Roch. de Curte in suo trac. de consuet.
 q. 11. col. 5. Tamen fallit nisi consuetudo esset talis & fauorabi
 lis, & priuilegiatiua, per tex. in d. c. dilecti. de for. comp. & text.
 in l. omnia priuilegia. C. de Episc. & cler. & subiūgit in col. seq.
 Quòd immo poterit allegari statutum tale contra clericum,
 quando in eo casu canon non disponit, argum. cap. r. de nou.
 oper. nunt. Etiam supposito, quòd aliqua pars statuti faciat
 contra ipsam, immo fortius multum singulariter voluit Abb.
 11 in d. c. r. & c. Ecclesia, † quòd nedum si statutum sit generale
 comprehendat clericos, immo etiam si speciale de clericis di
 sponat, in eorum fauorem valet, & ideo ibi in indiuiduo de
 12 terminat, † quòd si statuto ciuitatis cauetur, quòd primo
 genitus clericus excludat ceteros fratres ab hereditate pater
 na, tale statutum valet, sed Andr. Barb. in dicta Rubr. colum.
 28. Contrarium tenet, nam dicit ipse priuilegium, quòd ema
 nauit per medium cōstitutionis, sortitur naturam constitutio
 13 nis. glos. singl. in proem. clem. Modo sic est, † quòd laici in
 clericos constituere specificè non possunt, per capitulum. Ecclesia
 de constitut. Quòd inducit nam præfatio legis demonstrat fina
 lem intentionem condentis, l. regulas §. licet ibi. nunt. cōsti
 tutionis demonstrat. ff. de iur. & fac. ignor. ad hoc est tex. simi
 lis in l. si. ff. de hered. inst. cum aliis allegatis per eum, sed præ
 fatio in d. c. Ecclesia est, quòd laicos obsequendi manet neces
 sitas, non auctoritas imperandi, & ita videtur satis probare il
 le tex. quòd statuere specialiter de clericis nō possunt, & certè
 sine calumnia credo, quòd probet ille tex. quòd etiam in fauo
 rem statuere nō possunt specialiter de clericis quid. n. expres
 sus dici posset q̄. asserit ille tex. formaliter ibi à quibus si quid
 motu proprio statutū fuerit, quòd Ecclesiarū etiam respiciat
 cōmodum & fauorem nullius firmitatis existit nisi ab Ecclesia
 fuerit approbatum, & hoc q̄. imperiosè fieret statutū, vt supra
 dictū, vel nisi faciamus differentiam inter Ecclesias, & clericos
 14 quòd adhuc uix benè sustineri posset, nisi adhuc dicamus, † q̄
 Clerici possunt in duplici qualitate censerī, iure laicali inquan
 tum

tum laicalia possident, & iure spirituali in quantum spiritualia, nec est nouum, vt vna edamque res diuersis respectibus, diuerso iure censeatur, vt not. in cap. Raynaldus de testam. & melior est tex. de iure in cap. a collatione. de appell. in 6. Circa quod tamen cogitandum arbitror, sed vbi in genere considerantur clerici, non est dubium secundum prædictam conclusionem, immo apertius licet dubitabilius longè determinat, 15 Barba in d. rub. in 25. colum. † Quod statutum, quòd subditus non possit alienare rem immobilem in non subditum, sine solutione gabellæ, ligat clericos, quod firmat 25. fundamentis, vt tibi videtur, aduertè tamen, quòd And. Barba. in capi. Quòd clericis. de for. comp. col. 16. Facit mentionem de isto apparatu, sed ibi dicit, quòd tempus secundum dictum Teretii alios mores, aliam vitam postulabat, & iuxta Prophætam iunior fui, & senui, & Paulum dicentem, cum eram paruulus loquebar, vt paruulus, sed postquã vir factus sum, euacuaui ea, quæ erant paruuli, & illud Hieronymi scribimus indocti doctique poemata passim, postea in colu. 21. tenet contra id quòd tenuit in d. rub. subiungens, quod licet alias consuluerit contrarium, non est mirandum, quia propter diuersa phantasmata, quotidie generantur diuersæ opiniones, secundum Philosophum 3. de Anima, glos. in l. de tutela C. de in integr. rest. min. & ibi Bal. sed quid quid dicat adhærendum eu communi opinioni, vt supra dicit Barb. in cap. Ecclesia. de constitut. in 2. colu. vers. Nunc vero aliter, & col. seq. Vbi concludit, quòd licet statutum laicorum non liget clericos, vt statutum ligat, tamen ex mente, & sic, vt honestum, pro quo adducitur Beatus Thom. qui 16 dicit in simili. † Quòd lex positiva non ligat Principem, sed verum est, quòd ad vim coactiuam, & non quo ad directiuam, ita dicendum de statutis laicorum, ergo clericos, & profecto miror, quòd tantus vir tacuerit l. digna vox C. de leg. vnde dictum istud Beati Thom. sumpsit originem, adde ad hoc etiam Bal. in l. nemo C. de sentent. & interlocut. Et pro confirmatione istius conclusionis communis dicendum est, quòd consuetudo ista non habet contradictionem canonum, quia 17 comprehendit clericos, si enim. † lex secularis ligat clericos, vbi nullum consideratur ius canonicum, vt in capitu. 1. de nou. oper. nunt. Ergo, & consuetudo, cum sit iex inter eos, inter quos est introducta, cap. cum venissent. de eo. qui mit. in possess. causa re. seru. & ideo Roch. de Cur. in tractat. de consuet.

- 18 consuet. q. 11. col. 10. Ibi octauo. Regulam communē. † Quòd statuta, & consuetudines laicorum non ligant clericos, limitat quando contradicunt canonibus, alias secus. Item quando consuetudo est indifferens, ita, quòd non est simpliciter fauorabilis clericis, clericus potest uti in suum fauorem, ita dicit antedictus de curia in d. tract. de consuet. vers. 11. quarto cap. si in adiutorium 10: dist. Bal. in rep. l. de quibus. ff. de leg. colu. 16. Ias. qui appellatur communis præceptor in eade. l. col. 3. pro comprobatione eorum, quæ dicta sunt in præcedentibus, hoc vnum considerandum censeo, per quòd apertè probatur.
- 19 † Clericos ius primæ genituræ consequi debere etiam dispositione iuris diuini, nam in veteri testamento legitur, quòd primo geniti sacerdotes erant, & in sacris ministrabant, iuxta illud, quod habetur Exod. cap. 13. Sanctifica mihi omnem primo genitum filiorum tuorum, qui aperit vuluam in filiis Israel & Exod. 34. Omne quod aperit vuluam generis masculini meum erit, & hoc in l. naturæ, vsque ad Aaron, quo tempore desierunt primo geniti esse sacerdotes, & successerunt loco eorum Leuitæ, ut habetur nu. 3. Ego tuli Leuitas à filiis Israel pro cunctis primogenitis filiorum Israel, tradidique eos dono Aaron, & filii eius de medio populi, ut seruiant mihi, pro Israel in
- 20 tabernaculo fæderis, & orent. † Et hodie pro Leuitis successerunt nobis, illi quos præbyteros appellamus, in tex. in capitulo clericos 21. dist. 8. Præbyter, vnde declarat vnde dicti sunt præbyteri, sed cum consuetudines laicorum ligent etiam clericos, & cum ius primæ geniture, ut plurimum consistit in rebus
- 21 fœudalibus, ex consequentia esset tractandum. † An clerici succedant in fœudo, & cum magna, sit ac ardua quæstio, nec eam penitus omittam, sed saltem locum, in quo satis superque satis, immo abundè tractatur ostendam per Franc. in lib. fœud. in 3. part. versic. 10. principaliter vbi per 8. collum. hanc quæstionem sequitur, quæ quidem quæstio fuit disputata ad instantiam Reuerendissimi Delphini della Pergola tunc Episcopi Parmensis, prò ut ibi ipse asserit ita tota materia concludenda. Arbitror, quòd aut apparente probatione super affirmatiua, reus vult negatiuam probare per ipsius iuramentum, & aliorum compurgatorum iurantium solum de credulitate, iuxta formam, cap. quoties §. porrò de purg. Cano. & non debet admitti, quia ista non est sufficiens probatio, vbi potest constare de veritate per legitimas probationes, & iste est casus proprius

proprius huius cap. ad noitram de probat. ad idem cap. accedens de accus. & cap. de hoc de simo. & vers. quoquo modo ponitur hic ad maiorem detestationem huius consuetudinis, vnde idem esset si per testes idoneos iurantes modo prædicto vellet se purgare. † Aut vult probare negatiuam indirectè per testes deponentes, non de credulitate, sed veritate, & debeat admitti, argumento in cap. ex tenore de test. & in d. c. ad noitram in gl. fi. in hoc casu non loquitur, vnde vide gl. not. 22 in cap. clerici dist. 81. quæ dicit quòd. † Si duo clerici probant me commississe fornicationem tali die, & tali loco, possunt etiam per laicos probare contrarium indirectè, quòd illa die semper fui in alio loco, & debeat absolui, quia non sum reus, argumento cap. ex literis de probat. † Ex quo infero ad vnum singulare, quòd testes ex parte rei præferuntur licet testes actoris, seu accusatoris sint aliquantulum idoneiores faciunt nota. 23 in cap. Ecclesia 2. de elect. & cap. in noitra de test. † Sed si non adessent legitime probationes super affirmatiua, sed contra reum esset vehemens suspicio vel infamia, seu graue scandalum, & tunc admittitur, & etiam exigitur purgatio per iuramentum compurgandi, & aliorum compurgatorum, iuxta formam, cap. quoties §. porro cap. 1. & 2. de purgat. canon. † Debet tamen compurgatores esse honesti cap. constitutus de purga. cano. Et ita ex his habetur quomodo negatiua probeatur quando est probata affirmatiua, & quomodo admittatur huiusmodi probatio.

S U M M A R I V M.

- 1 Testis persona principalis admittitur, quando agitur ad correctionem de peccato impediendo.
- 2 Forma denunciandi crimen alterius.
- 3 In ore duorum vel trius stat omne verbum.
- 4 Teste vnico lex contenta non est, & nulla maior authoritas adduci potest quam vox Domini Nostri.
- 5 Testis unum ad probandam admonitionem admittitur.
- 6 Lex nulla ualet contra Ius diuinum.
- 7 In Euangelica denunciacione trina monitio requiritur.
- 8 Criminosi, & infames an admittuntur in testes.
- 9 Criminosus in foro Ecclesiastico repellitur ab accusando, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur de iure canonico.

Crimi-

- 10 Criminosus quòd possit admitti quando testis, & quando accusator pro habendo crimen alterius non placet.
- 11 Infamia orta ex persona inhabili, non præstat facultatem inquirendi.
- 12 Constitutus in peccato mortali repellitur ab accusando, nisi penitentiam egerit.
- 13 Criminosum, & peccatorem intur eos multum interest.
- 14 Ab accusando crimen, quis non repellitur iure ciuili, nisi ex ea factus sit infamis.
- 15 Infamia iuris, & infamia facti differt, nam infamis infamia iuris prorsus repellitur ab accusando tam de iure ciuili, quam de Canonico.
- 16 Infamis autem infamia facti de iure canonico repellitur ab accusando, sed de iure ciuili admittitur.
- 17 Personæ positæ in dignitate repelluntur ab accusando.
- 18 Clericus potest accusare, dummodo de crimine non ingeratur pena sanguinis, quia eo casu efficitur irregularis.
- 19 Protestatio clerici, quòd nõ intendit agere ad vindictam corporis cuitat irregularitatem.
- 20 Miles de iure communi prohibetur accusare, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur.
- 21 Milites curare debent, quæ ad miliciam pertinent, & se abstinere debent a litibus criminalibus.
- 22 Milites nostri temporis admittuntur indistinctè ad accusandum.
- 23 Miles est, qui iurat se mortem non euitaturum propter Reipublicæ salutem, & qui iurauit non recedere a signis.
- 24 Miles ad hoc, vt dicatur verus miles sex sunt necessaria, vt non sit negociator, vt examinetur, vt ensis cingatur, nota publica in brachio, quòd scribatur in numero aliorum, quòd habeat priuilegium legis concessæ militibus.
- 25 Miles gaudet pluribus priuilegijs in testando.
- 26 Miles non tenetur nisi quatenus facere potest.
- 27 Miles ad sacros ordines promoueri potest.
- 28 Naturalis ratio contra periculum permittit hominem se deffendere, unde si occidit ad deffensionem non tenetur de homicidio.
- 29 Ad probandum periculum vitæ sufficit probare, quòd aduersarius ueniebat armatus contra ipsum occisorem.
- 30 Quis pro deffensione non tenetur expectare, quòd ab aliquo percutiatur, sed si mortem minetur potest statim illum percutere.
- 31 Idem ob deffensionem proprii honoris licet alterum interficere, cum periculum famæ equiparatur periculo vitæ.
- 32 Iustitia clypeum vulgo apellatur improborum clypeum.

- 33 Duellum, siue singulare certamen omnium iure prohibendum est, tamen inuen-
tus est locus, & terminus ad defendendum honorem, & repulsan-
dam iniuriam.
- 34 Princeps potest de causa ius diuinum limitare, & interpretari.
- 35 Testes in omni casu debent esse iurati, alias indigni sunt fide, etiam si es-
sent religiosi.

Centesimum Duodecimum Privilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet privilegio, quod. † Quan-
do agitur ad correctionem de peccato impedi-
do principalis persona admittitur in teste, va-
dehabetur hic. † Forma secundum quam ali-
quis denunciare debet crimine alterius, qui alium
vult denunciare, primo admoneat illum inter
se, & ipsum solum, & tunc habebitur, pro vno teste, quo ad
probandam admonitionem, & si se non corrigat adhibeat
vnum secum, & sic erunt duo testes, & si adhuc non se corri-
git adhibeat duos, & erunt tres, hoc enim auctoritate Domi-
ni probatur, dicentis si peccauerit in te frater tuus, corripe
3 eum inter te, & ipsum solum, & cap. vt. † In ore duorum
vel trium stet omne verbum, & alibi dicit, ego sum, qui testi-
monium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de
me pater, quia duorum hominum testimonium verum est
4 capit. in omni negotio de test. & attest. Quare autem ita fue-
rit statutum, ratio decisionis videtur. † Quia vnico teste
5 lex contenta non est, & nulla maior auctoritas adduci potest
quam vox Domini nostri. † Verum admittitur ad proban-
dam admonitionem, hic igitur considerandum, quod in de-
6 cisionibus causarum auctoritates iuris diuini allegari possunt,
immo illud ius preferendum est aliis. † Cum nulla lex va-
leat contra ius diuinum, 25. q. 1. cap. sunt quidam, nec pra-
tereundum pro validitate denuntiationis sufficere precessisse
duas monitiones, vna, quae fit per ipsum monentem tantum,
& sic haec negatiua non potest probari, nisi per iuramen-
tum monentis tantum, cum alius non adhibeatur, cap. no-
uit. de iudici, alia monitio fit, si non se corrigat adhibito vno,
vel duobus testibus, & si ista secunda monitio negaretur,
probat per ipsum monentem, & alium, vel alios tunc
adhibi.

Qq

adhibi.

- adhibitos, ut in d. cap. in omni negotio, opinio tamen Host. fuit.
- 7 † Ut trina monitio requiratur in Evangelica denuntiatione, prima per se ipsum, secunda per unum adiunctum, tertia per duos adiunctos probatur, & hoc modo prima est imperfecte probata, secunda semiplene, tertia plene sed hoc dictum communiter est reprobatum a doc. Videamus quam vim obtineat denuntia, nam si fieret alicui per Ecclesiam, ne aliquid fiat quicquid postea factum fuisset, in irritum reuocari debet, etiã si iniusta fuisset denuntiatio, l. r. §. i. ff. quid vi. aut cla. extra de no. oper. nunt. cap. cum ex iniuncto, & cap. intelleximus.
- 8 † Sed an ad faciendam denuntiationem admittantur infames & criminosi pro aliorum crimine, & dicendum, quod propter indignitatem persone accusare prohibentur, sed cum hæc quaestio possit multis modis contingere, nam, aut loquimur de criminoso nondum diffamato, nec accusato, aut de iam diffamato, & nondum accusato, aut de accusato nondum condemnato, neque absoluto, aut de iam absoluto, aut de iam condemnato, primo casu quando loquimur de criminoso nondum diffamato, nec accusato, distinguendum est inter forum Ecclesiasticum, & seculare. † Nam in foro Ecclesiastico talis criminosis regulariter repellitur ab accusando, verum audiui Veronæ Inquirentem sancti officii dicentem, quod cum crimen non ita de facili haberi possit, nisi ore alterius criminosis, & propterea.
- 10 † Quod debet admitti quando accusator, & quando testis, licet sit Theologus excellens, cuius auctoritati acquiescendum esset, tamen talis practica mihi non placet, nihilominus me veritati subiicio, repellitur igitur criminosis nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, & hoc de iure canonico habetur pro certo Card. in cap. prohibentur vers. not. quod regulariter 2. q. 1. Dicit tñ hic Host. Quod in casibus in quibus infamia repellit a denuntiando si tñ denuntiatus est infamatus, aliter, quam ex dicto illius denuntiatoris, Ecclesia inquiret, c. cum in
- 11 iuuentute de præsumpt. nam sentit, qd † infamia orta ex persona inhabili, non præstat facultatem inquirendi, vide quod dixit Abb. in cap. qualiter, & quando il. 2. de accusat. Quinimo ne dum criminosis de iure canonico. † Sed etiam simpliciter constitutus in peccato mortali, de quo penitentiam non egerit repellitur ab accusando, & hanc dicit esse communem opinionem, Berous in cap. 1. nu. 35. de accusat. † Multum enim interest inter criminosis, & peccatorem, ut ibi per

te videre poteris, sed certe si peccatores non admitterentur
 ad accusandum nullus reperiretur, qui posset accusare.
 14 † Ideo de iure civili, propter crimen quis ab accusatione non
 repellitur, nisi ex ea factus sit infamis, unde distinguendum
 15 cenleo. † Inter infamiam iuris, & infamiam facti, nam infam-
 is infamia iuris prorsus repellitur ab accusando tam de iure
 civili, quam de iure canonico, cap. infames 6. q. 1. l. qui accu-
 sare C. de accusat. & hæc est communis, & indubitata conclu-
 16 sio. † Infamis autem infamia facti de iure canonico repelli-
 tur ab accusando sed de iure civili admittitur, & ita commu-
 niter tenent Doct. vt refert Berous in d. cap. 1. Viuius in libro
 communium opinionum in verb. accusare nõ potest. Sed cum
 17 supra dixerim. † Quod aliquæ personæ propter eorum digni-
 18 tatem repelluntur ab accusando. † Quæro nunquid cleri-
 cus possit accusare, & dicendum, quod sic, dummodo ex eo
 crimine, de quo alium accusare intendit, non ingeratur pena
 sanguinis, nam eo casu, si accuset efficitur irregularis, tex. in
 cap. 2. & in cap. postulasti de homicid. Et hæc est communis
 omnium sententia, vt ait Didacus in Clem. si furiosus de ho-
 19 micide. Benè verum est, quod si clericus in actu ipsius accusa-
 tionis. † Protestetur, quod non intendit agere ad vindictam
 corporalem, eo casu non efficitur irregularis, hanc cautelam
 20 in pratica sapissimè obseruari, quæro etiam nunquid. † Mi-
 les possit accusare, & respõdendum, quod de iure cõi milites pro-
 hibentur accusare, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur
 textus est in l. nõ prohibent, & in l. crimine C. de accus. debent
 21 tamen. † Milites curare ea, quæ ad militiam pertinent, non
 autem se criminalibus litibus immiscere, tu fortasse dicere po-
 tes, quod hoc habebat locum in militibus antiqui temporis,
 22 de quibus non licet. † Sed hodie milites nostri temporis in-
 distinctè admittuntur ad accusandum, & licet Docto. om-
 nes ita teneant; tamen. Ego ab hac sententia dissentio con-
 23 siderando quid, & quantum importet esse militem. † Nam
 miles est, qui iurat se mortem non euitaturum, propter Reipu-
 blicæ salutem, vel qui iuravit à signis non recedere l. penul. C.
 qui ex causa maio. Et dicitur ille, qui scriptus est in matricu-
 la, vbi alii milites scripti sunt. ff. eo. tit. l. prima per totum; etiam
 dicitur à malo, quod substatinet pro alijs, unde secundum Azo-
 nem miles dicitur à militia, id est duritia, vel à mille, quia de
 mille fortè solum vnus eligebatur in militem, & sic dicitur

- 24 quasi millesimus, & ad hoc, vt quis dicatur verus. † Miles sex sunt necessaria primo, vt non sit negociator C. ne mil. neg. l. 1. lib. 12. Secundo, vt examinetur C. qui milit. non poss. l. 1. lib. 12. Tertio, quod ei ensis cingatur. ff. de test. milit. l. 3. Quarto stigma, id est nota publica debet suo brachio inscribi, vel imponi C. de fabric. l. tertia lib. 11. Quinto in numero aliorum debet poni, & scribi. ex eo. ff. de testam. milit. Sexto, quod talis habeat privilegium legis concessę militibus, vnde stigma mucto, scriptum, genus examen, sacramentum, hæc sex, quæ dici possunt in milite quæri, vt not. inst. in gl. rub. de milit. test.
- 25 † Miles gaudet pluribus privilegiis in testando Bal. in l. milites C. de test. mil. Bar. in l. neque enim. ff. eo. tit. Host. de 26 test. §. 3. † Miles non tenetur nisi quatenus facere potest l. 27 miles. ff. de re. iud. † Miles ad sacros ordines promoueri potest, cap. si quis propriè 2. dist. Plura privilegia incumbunt militibus, si hæc privilegia concessa sunt in honorem militiæ, & 28 militiæ tenetur. † Si ex naturali ratione quilibet se defendere potest, & ex omni iure, si homini conceditur defensio, qui hominem occidit non tenetur de occiso, si ad sui defensionem homicidium commiserit, Bal. in l. solam C. de test. Dec. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Et est communis sententia, hinc inferitur
- 29 † Quod ad probandum aliquem fuisse in periculo vitæ, sufficit probare, quod aduersarius veniebat armatus cõtra ipsum occisorem, gl. in l. 1. in verb. moderatione C. vnd. vi. quam Beltrand. dicit esse communiter approbatam, in cons. 118. Gramat. in cons. 56. nu. 9. Riminald. in cons. 13. nu. 30. & cons. 23.
- 30 † Non enim tenetur quis expectare, quod prius ab aliquo percutiatur, vel offendantur, sed si ille sibi mortem minetur, potest ipse statim illum percutere, Bald. in l. 1. nu. 18. C. vnd. vi. Ne 31 dum permittitur ob tutelam corporis. † Verum etiam ob defensionem proprii honoris licet alterum interficere, nam periculum fame æquiparatur periculo vitæ, l. iusta. ff. de manu. vind. & hoc est dictum commune, teste Bolencõ in repet. l. capitalium §. famosos. ff. de pen. Et ideo si immineat periculum alicuius iniuriæ personalis, poterit quis licitè aggressorem interficere, Bar. in l. 1. C. vnd. ni. Angel. in l. is qui aggressorem C. de sicar. Marfil. in consil. 81. nu. 16. Si igitur miles tot privilegiis gaudet, & si licet homicidium ob defensionem vitæ, & honoris committere, turpæ mihi videtur, vt militi liceret ob iniuriam sui ipsius, vel suorum vindicandam


Idam aliquem accusare, quam q. ipse non valeat iniuriam repul-
 32 sare. † Et ita tueretur accusando clypeo iustitie, quod apud
 generosos, ac uiriles animos militares, vulgo appellatur im-
 33 proborum Clypeum. † Et licet duellum, siue singulare cer-
 tamen omni iure prohibitum sit capit. Monomachiam secun-
 da quæst. quarta. tamen inuentus est locus, & terminus ab-
 sque accusatione defendendi honorem, & repulsandi iniu-
 riam, & si diceretur, quod pro tali repulsatione, & manuum
 iniectione nascuntur banna, & confiscationes bonorum in
 allegatis defensionibus non contingunt, & si casu continge-
 rent responderetur iuxta illud carmen Ouidii, omne solum forti
 patria est, ut piscibus æquor. Ex causa proposita materia hæc
 dixi, sed tamen, & milites consulo, ut agant via iuris, quæ
 magis Deo grata est, & iudicibus accepta, quicquid enim di-
 xi, fuit, quia qui profitetur arma armis incumbere debet, iu-
 xta illud Ciceronis, quod habetur in libr. Tuscul. Quam quis-
 que norit artem, in hac se exerceat. Pro conclusione istius
 priuilegii, in quo habetur, quod in ore duorum, vel trium stat
 omne verbum sentire videtur, quod per plures non possit fie-
 ri probatio, unde ob. capit. licet. de probati. ubi innuitur con-
 trarium Sol. glos. ultim. metu contrarii dicit, illam auctorita-
 tem exponendam negatiue scilicet in ore duorum, vel trium,
 & non paucorum, quod plures possunt adhiberi, sed pau-
 ciores non, Abb. tenet hic, quod hæc non fuerit opinio alle-
 gata auctoritatis, sed quod dicere voluit, quod omnis causa
 possit instrui per duos, vel tres testes, ita quod necessario
 non exigantur plures, non tamen negatur, quod plures pos-
 sint adhiberi, & hoc videntur sentire auctoritates positæ, in
 tex. d. capit. in omni, & maxime in secunda, nam non du-
 bitatur, quod pauciores duobus non facerent fidem, sed
 Christus ostendere voluit, quod duo sufficerent, nec ne-
 cessario plures requirerentur, & si diceretur quomodo in ali-
 quibus casibus requiruntur ultra duos, ut per glos. in capit.
 licet vniuersis. de testam. & attesta. responderetur, quod illa
 34 fuerunt inducta. † Ex dispositione Principis, qui potuit
 ex causa ius diuinum limitare, & interpretari, iuxta, not.
 plene per Innocent. in capit. quæ Ecclesiarum de consti-
 tuti. & per Bart. in l. final. C. si contra. ius vel utilitat. pu-
 35 blic. & animaduertendum. † Quod testes in omni ca-
 su debent esse iurati alias indigni sunt fide, etiam si essent
 reli-

religiosi, cap. nuper de test. & attest. Hic igitur tradita est forma secundum quam, si quis aliquem de crimine denunciare velit, ut illum iuxta Euangelium corrigat inter se, & ipsum solum.

S U M M A R I V M.

- 1 Testimonium cum sit necessarium in causa testes compelluntur ad illud per sententiam suspensionis, excommunicationis, & depositionis.
- 2 In testimonio non prænittitur monitio, sed à principio à Principe mandatur, ut si sint præsbyteri accedat Romam, & si sunt in partibus longinquis expensis producentis.
- 3 Presbyter vocatus ad testificandum pro prima contumacia excommunicatur, si secundo citatus non comparuerit suspensio, tertio citatus non comparens comminetur depositio.
- 4 A leuioribus semper est inchoandum.
- 5 Excommunicatio respicit salutem animæ, quæ cunctis rebus de mundo est anteponenda.
- 6 Excommunicatio siue iusta, siue iniusta est timenda.
- 7 Clerici à iudice excommunicati ex quo non comparuerunt, si fuerunt impediti, quo ad Deum, non sunt excommunicati, sed quo ad Ecclesiam sic.
- 8 Clerici allegantes impedimentum, propter quod non potuerunt accedere ad testificandum sine difficultate absoluentur ab excommunicatione.
- 9 Excommunicatio facta propter impedimentum non valet, nec excommunicatus tenetur ad expensas.
- 10 Qui non potest, non videtur contemnere.
- 11 Excommunicatio iniusta potest ligare, sed absoluitur clericus probato impedimento.
- 12 Impedimentum probatur per testes, vel per instrumenta, quibus deficientibus sufficit iuramentum, quod relinquitur arbitrio iudicantis.

Centessimum Decimum Tertium Privilegium.

- 1  C CLESIA gaudet privilegio, quòd. † Testimonium est necessariū in causa, testes compelluntur ad illud ferendum per sententiam suspensionis, excommunicationis, & depositionis. Ideo cum vertereur quæstio inter Episcopum, & Abbatem. Mandauit Papa quibusdam præsbyteris, quatenus ad eius præsentiam accedant ad veritatem

veritatem testificandam, sub pena suspensionis, & excommunicationis, ac depositionis ab officio, & beneficio, cap. cum super de test. cogen. Car ita fuerit constitutum, ratio fuit hæc, quia cum testimonium fuerit necessarium, pro habenda veritate questionis vertentis, quod testes cogantur sententia suspensionis, depositionis etiam cum formidine excommunicationis. Quod animaduertendum. † Quod in testimonio necessario non premititur monitio, sed à principio, à Principe testibus mandatur, & si sint presbyteri, ut accedant, sed si compelleretur ex partibus longinquis Romam petere, hoc tamen fieri debet producentis expensis cap. statutum de rescrip. & cap. venturis 4. q. 3. Iudex ergo, qui habet hanc potestatem excommunicationis, suspensionis, & depositionis, vocato igitur teste ad deponendam veritatem, si non venerit in primo termino prefixo, à qua parte incipiendum erit, si non necessarium, saltem honestum censeo, quod Iudex incipiat ab illa parte, quæ magis timetur, cap. quoniam in si. ut lit. non contest. & in cap. r. de iud. vbi. † Pro prima contumacia fuit lata excommunicatio, nam quælibet contumacia est excommunicatione digna, & quod tanto maior est, quanto ex minori reresurgit ita tenet gl. not. in cap. duo sunt 96. dist. & in cap. tuque, ut lit. non contest. In secunda citatione si non comparuerit in termino prefixo suspensio fulminetur, si vero in tertia citatione non venerit comminetur depositio. † Et cum à leuoribus semper sit inchoandum, cum suspensio, & depositio ab officio, & beneficio respiciat duntaxat comoda corporis. † Et excommunicatio respiciat salutem animæ, quæ cunctis rebus de mundo est anteposenda, l. sancimus C. de sac. sanc. Eccl. potius deberet argui in reuertenti circa comoda corporis, quam animæ salutem. Contrarium verius est, quia ad hoc, ut pareant mandatis, sunt magis grauandi in re ardua, pro ut est. † Excommunicatio quæ sine iusta, siue iniusta est timenda. In cæteris vero ob avaritiam presbyterorum multa dici possent, quæ sub silentio prætereunda duxi, quæ enim ex istis causis sit potior eorum conscientia iudicanda relinquo, satis est, quod testi non parenti dari potest pena excommunicationis, suspensionis, vel depositionis, iuxta tempora præfixa, sed. † quid si testes à iudice fuissent excommunicati, ex quo, in tempore non comparuerint, quia fuerunt impediti, videretur dicendum, quod quo ad Deum non sunt excommunicati, sed quo ad Ecclesiam sic.

De

- 8 † De impedimento tamen sine difficultate absolventur, gl. in cap. vno 4. q. 5. specul. in ti. de cit. §. pen. ibi circa fi. aliquos tenere contrarium refert, scilicet, quod excommunicatio non tenet. † Vnde pronuntiandum venit excommunicationem, nec valere, nec excommunicatum ad expensas teneri, & cum hac opinione transit, Specul. Dicitq; Host. quod si Papa talem sententiam omnino ligat, cap. ex parte. de offic. deleg. Nec nobis licet illam arguere, cap. aliorum 9. q. 3. Si vero iudex inferior eam tulit, aut testis citatus fuit, detentus impedimento incommodi, aut facti, in primo casu est ligatus, tamen nisi in citatione expressa esset talis causa, propter quam dimittere debuerit propria negotia, sine difficultate debet absolui, alias satisfieri oportebit, secundo casu non indiget absolutio- ne, cum preceptum non obliget ad impossibile, & ita sententia est nulla. † Nam qui non potest, non videtur contemnere glo. in cap. quam sit de elect. lib. 6. Si uero non potest testis deprehendi & tunc quo ad Deum non est excommunicatus, ex quo non deliquit cap. i. de re. iud. lib. 6. † Sed quia quo ad Ecclesiam etiam excommunicatio iniusta potest ligare, ad cautelam saltem poterit absolui, & idem probato impedimento facti argum. cap. vt nostrum prodeat, ut ecclesiast. benefic. Hinc infertur, † si allegando impedimentum quomodo illud probandum, aliqui tenuerunt per testes, vel per instrumenta, l. 3. §. qui ad diem. ff. de re. milita. & l. qui comearum cap. presentium 7. q. 1. cap. ex literis de rest. in integr. Tamen deficientibus testibus, vel instrumentis opin. Specul. in tit. de appell. §. nunc breuiter, & Bart. in l. scire oportet §. sufficit. ff. de excus. tuto. cap. quia propter. de elect. fuit sufficere iuramentum, nihilominus Host. Archid. & Ioan. Andr. in cap. i. de dol. & contum. lib. 6. Tenent hoc relinquendum arbitrio iudicantis, qui considerat impedimentum, personae qualitem, & alia adnucula ad hoc, vt in vocato ad testificandum non comparente, contra eum non procedatur ad sententiam suspensionis, excommunicationis, uel depositionis, nam non allegato impedimento, omnibus illis modis contra testem non accedentem proceditur.

S V M M A R I V M.

- 1 Vestimenta & vasa, ac alia ad usum, & cultum diuinum deputata, pignori non debent, nisi ex necessitate.

2 Presby-

- 2 Presbyter laicis ornamenta impignorare, nisi in summa necessitate, non debet.
- 3 Deo semel dicatum ad usus humanos ulterius non transferendum.
- 4 Prohibitio de non impignorando destinata ad cultum diuinum respicit sacerdotes, & omnes clericos habentes Ecclesie ad ministrationem.
- 5 Ecclesiastica res immobiles possunt vendi, pro obseruantia contractus, ex sola utilitate.
- 6 Venditio rei Ecclesiastica debet fieri ex euidenti utilitate.
- 7 Venditio Ecclesiastica conceditur propter utilitatem, pignoratitia propter necessitatem.
- 8 Causa necessaria pignorandi res Ecclesiasticas, quando presbyter ab infidelibus captus, ut se redimat, est.
- 9 Filius si habet artem, & industriam ex qua viuere potest, tunc pater non decernit alimenta.
- 10 Ecclesia non tenetur expendere pro presbytero, cum sit eius mater, nisi in subsidium, quod non haberet alia bona.
- Idem si presbyter detineretur in carceribus de mandato Iudicis, & non haberet, unde solueret condemnationem, & idem si de eius morte timetur.
- 11 Clericus si non habet, unde solueret suis creditoribus, non debet excommunicari, neque alio modo molestari.
- Iuratoriā cautionem si peruenerit ad pinguiorem fortunam sufficere.
- 12 Presbyteri faciētes debita, sub hoc clypeo, quod si peruenerint ad pinguiorem fortunam soluent, caueant, quia mutant celum in infernum.
- Idem uendentes presbyteris caueant.
- 13 Ecclesiastica res non possunt vendi pro alendis pauperibus.
- 14 Ecclesia & hospitale tenentur alere pauperes in quantum facere possunt; ideo tot sunt recipiendi in hospitali, quot viuere possint de redditibus.
- 15 Ecclesiastica res possunt pignorari pro edificatione templi.
- 16 Cautio multiplex est, cautio pignoratitia, cautio simplex est nuda promissio, cautio iuratoria est promissio cum iuramento, cautio fideiussoria.
- In dubio intelligitur de cautione nuda.
- 17 Cautio mutiana habet locum pro implemento conditionis negatiue, potest statim implenda morte.
- 18 Cautio de iudicio sisti, & de iudicato soluendo.
- 19 Cautio de damno infecto praestatur, pro periculo futuro.
- 20 Cautio per usufructuariam de praestando rem proprietario.
- 21 Cautio indemnitatis datur cum fideiussore tutori, fideiussori, & cuilibet obligationi conditionali.
- 22 Cautio de non offendendo, qua imploratur per officium Iudicis, praestatur cum fideiussore.
- 23 Cautio rari, qua ab eo, qua agit extra iudicium peti potest.

Centesimum Decimum Quartum Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet priuilegio. † Quòdeius
 2 vasa, & vestimenta, ac alia ad vsum, & ad cultum
 3 diuinum deputata, pignorari non debent; nisi
 4 ex necessitate, & rationabili causa. † Ideo nul-
 5 li p̄sbytero licet ornamenta Ecclesiastica lai-
 6 cis impignorare, nisi in summa necessitate, c.
 7 1. de pigno. & aliis caut. Ratio decisionis hæc esse potest, quia
 8 ea, quæ fuerunt in sacro vsu, ad manus laicorum venire non
 9 debent, vnde succedit regula iuris, in 6. † Semel Deo dica-
 10 tum non est ad vsus humanos vltius transferendum. Et hic
 11 animaduertendum quòd. † Præsens prohibitio non solum sa-
 12 cerdotes concernit, sed omnes clericos Ecclesiæ administra-
 13 tionem habentes, sed cõtra hanc prohibitionem videtur, tex.
 14 in cap. sine exceptione 12. q. 2. & optimus in cap. nulli de reb.
 15 Eccles. non alien. in illis habetur. † Quòd pro obseruantia
 16 alicuius contractus ex sola vtilitate vendi possunt res Eccle-
 17 siasticæ immobiles, pari passu mobiles res eã ad cultum diui-
 18 num destinatæ debent pignorari, quòd est minus, cum ex re
 19 vendita transferatur dominium in emptorem, l. 1. ff. de act.
 20 emp. & ibi Bar. Et res pignorata exigi potest, siue à sacerdote,
 21 qui rem pignoraui, siue ab eius hærede cap. ex præsentium de
 22 pign. Si † venditio fit, & fieri debet ex euidenti vtilitate pi-
 23 gnoratio fieret, ex voluntate, quod est cauendum, nam si tale
 24 priuilegium, vel talis permissio sacerdotibus, vel clericis con-
 25 cederetur, liberè sapius sacraria expoliata remanerent. Hinc
 26 est. † Quòd venditio conceditur propter vtilitatem, & pi-
 27 gnoratio propter necessitatem, & ita limitata est concessio.
 28 † Sed quæ sunt causæ necessariæ, sunt hæc, vt si p̄sbyteri
 29 ab infidelibus capti fuissent, tunc pro eorum redemptione,
 30 res destinatæ cultui diuino pignorari possunt, sed an hoc, ita
 31 indistinctè intelligi possunt, credo accedente etiam aliorum
 32 opinione hic, quòd hoc sit intelligendum, quando p̄sbyter
 33 alias non haberet vnde se redimere posset, arg. l. si quis. ff. de
 34 lib. agnos. ibi habetur. † Quòd quando filius habet artem,
 35 vel industriam, ex qua viuere potest, quòd tunc pater non te-
 36 netur decernere alimenta, eodem modo. † Cum Ecclesia
 37 fit eius

fit eius mater, Cardinal. in clem. 1. de summ. trin. non tene-
tur per eo expendere, nisi in subsidium, quòd alia bona non
haberet, quid si detineretur in carceribus de mandato iudi-
cis, & non haberet vnde solueret condemnationem dicen-
dum, q̄ idem si de eius morte timetur gl. in c. aurum 12. q. 2.
Hic est considerandum, quòd loquitur de condemnatione cri-
11 minali, non autem civili, cum ex tali causa. † Si clericus non
haberet vnde solvere suis creditoribus non debet excommu-
nicari, neque alio modo molestari, quia sufficit, vt præster
cautionem saltem iuratoriã de soluendo, cum venerit ad pin-
12 guorem fortunam cap. Odoardus. de solut. † Caueant igitur,
illi qui dant mutuũ, vel vendunt præbyteris, hoc est quo-
dam clypeum, quod resistit exonerationi Schloppi, vt dici
solet, vnde cum sit indetrimentum Animæ ipsi quoque ani-
maduertere debeat, ne eorum malitia, & iniquitate mu-
tent Cælum in Infernum, in quo nulla est redemptio, in dete-
stabile aliorum exemplum, ex causa igitur antedicta captiui-
tatis pignori Ecclesiasticæ res dari possent, vt in auth. de non
13 alien. rebus Eccles. s. his autem pænis. † Et pro alendis pau-
peribus, & hi sunt duo casus in quibus pignoriatio habet locũ
12. q. 2. cap. aurum habet, & d. Auth. allegata, verum est,
quòd pro alendis pauperibus res Ecclesiæ diltrahi, & alienari
possunt, quando aliter sustentari non possunt ita, quòd famæ
non pereant, nisi Ecclesia eis subueniret, eo modo sicut sæpè
contingit, tempore guerræ, & si tanta necessitas non vrget.
14 † Non tenentur Ecclesiæ, nec hospitale subuenire, vltraquam
facere possunt, de redditibus propriis, vnde tot sunt recipiendi
in hospitali, quot viuere possunt ex redditibus, vt not. in cle. q̄
15 cõtingit de religios. dom. facit 12. q. 1. in c. videntes. † Possunt
etiam res antedictæ pignoriari, pro ædificatione templi, vel
augmentatione cimiterii, in gl. d. cap. aurum, & cum præ-
sens priuilegium pendeat, ex primo, cap. de pigno. & aliis cau-
16 tionibus. † Et quia cautio est multiplex, vltra cautionem pi-
gnoratitiã, videndum quæ sint. Quædam cautio est simplex
pro, vt est nuda promissio. Quædam iuratoriã pro, vt est pro-
missio cum iuramento. Quædam est fideiussoriã, & de his simi-
libus, vt in cap. per tuas de dot. post diuort. rest. & cap. si. de
pigno. Appellatione tamen cautionis intelligimus de nuda, &
17 simplici in dubio, l. sancimus C. de verb. signif. † Quædam
est cautio mutiana, quæ habet locum, pro implemento con-
ditionis

- ditionis negatiuè, potestatiuè implendè morte l. mutiane .ff. de condition. & demonst. Bal. in Auth. cui relictum C. de indi. 18 viduit. tol. † Quædam cautio de iudic. fisci, quæ non legitimat personam iudicis, coram quo præstatur parte nolente Inn. in c. inter monasterium. de re. iud. Quædam est cautio, de iudicatio soluendo, quæ præstat per confessum, vel condemnatû Bar. in l. si debitori. ff. de iud. Abb. in cap. quod ad consultatione de 19 re. iud. † Quædam est cautio de damno infecto, quæ præstatur pro periculo futuro l. 1. ff. de damn. infec. † Quædam cautio, quæ præstatur per usufructuariam de restituendo rem, proprietario, finito usufructu l. si. & ibi Bar. ff. si cui plusquam per l. 21 Fal. † Quædam est cautio indemnitate, quæ debet dari cum fideiussore tutori, vel fideiussori, vel cuilibet obligationi conditionali, l. si tutelæ, & ibi Bal. & Doc. ff. de tutel. & Ratio distru. 22 † Quædam est cautio, de non offendendo, quæ imploratur, per iudicis officium, quando quis timetur offendi, & præstatur cum fideiussore, ex qualitate personæ, quia persona esset pauper, vel diues. Item præstatur pro se, & familia sua. Itè pro amicis, & familiaribus petentibus. Item potest licere secum ducere familiares, & præstita facit præstantem acrius puniri 23 Bar. in l. illicitas §. ne potentiores. ff. de offic. præsid. † Quædam est cautio rati, quæ ab eo, qui agit extraiudicium peti potest l. de pupillo §. si procurator. ff. de oper. no. nunt. has enim cautiones ommittere, mihi visum non fuit, sed eas proponere, quasi, quòd in pluribus ex prænominatis presbyteri incurre possint propter quas eis non licet, Ecclesiastica mobilia ad sacrû usum destinata, pignori, nisi ex necessitate, vt superius adduxi.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus nõ potest fideiubere, et si inseruierit fideiussionibus a clero remouet.
- 2 Clericus prohibetur suscipere procuracionem, aduocationem, fideiussionem.
- 3 Clericus agendo contra prohibita peccat, nam videtur facere fideiussiones in præiudicium Ecclesie.
- 4 Clericus officium generale fideiubendi assumere non potest.
- 5 Clericus fideiubendo tamen tenetur.
- 6 Clericus an possit fideiubere pro clerico solum, an pro laico.
- 7 Clerici fideiussio habet locum in contractibus solum, secus de iudicio fisci, quia non est clericus idoneus.
- 8 Obligatus ad dandum fideiussorem in iudicio, non liberatur dando personam religiosam.

Fide-

- 9 Fideiussa facta à persona religiosa collegiata, quod etiam seruatur in ma-
tuo, non habet locum vltra summam communi prouidentia constitutam.
Ecclesia vltra non tenetur, & recipiens punitur.
- 10 Dicitur, in, ponitur augmentatiue vel frequentatiue.
- 11 Dicitur, in, quandoque stat priuatiue.
- 12 Clerici inobedientis pena datus, operam fideiussionibus abicitur ab Eccle-
sia, vel à clero, vel, quod non recipiatur fideiussor.
- 13 Fideiussor simpliciter datus ex prorogatione termini non liberatur.
Secus in fideiussore dato ad tempus.
- 14 Prorogatio termini prefixi in dispositione panali prorogat penam, non
autem tollit, vel absorbet.
- 15 Termini appositio non facit recedere à forma.
- 16 Prorogatio an, & quando inducat nouationem.
- 17 Tempus, locus quandoque faciunt rem differre specie.
- 18 Fideiussor petere potest se eximi ab obligatione per principalem, quando
principalis incipit dilapidare, vel si diu stetit in obligatione.
Nisi fideiussor sit de euictione.
- 19 Fideiussor potest petere, vt liberetur si ad tempus, si est iturus ex causa uti-
li, vel neceffaria, si supuenit inimicitia inter eos, si fideiussor sine mandato.
Fideiussor si obligatus est ex guarentigia.
Item si est obligatus ex rescripto mercatoris habentis executionem pa-
ratam, ex forma statuti.
Item quando est obligatus sub conditione.
Item quando est fideiussor contractus non iudicii de iudicio fidei, & in-
dicato soluendo.
Item quando fideiussor pro tutore, qui ei promissit de indemnitate.
Item quando fideiussor pro me, vt fideiubeam pro ipso.

Centessimum Decimum Quintum Privilegium.



- 1 **E**CCLESIA gaudet privilegio. f. Quod clericus
nō potest fideiubere, & si clericus fideiussionibus
interiret, à clero remouetur, cap. l. de fideiuss.
Ratio fuit hæc. f. Quia clericus prohibetur susci-
pere procuracionem, aduocationem, fideiussionem,
& hoc intelligitur, quando generaliter assumit officium, & ita
3 tenet Archid. in cap. peruenit 86. dist. f. Ideo agendo cōtra pro-
hibita peccat. Et ex quo videt, quasi facere fideiussionem, in præ-
iudiciū Ecclesie, quia fideiubendo obligat patrimonium, & redditus
bene-

beneficiorum, & ita ex solutione reddituum Ecclesie secundum indigentia, quæ ei euenire possent, succurre non valeret, itaque ob euitandum, præiudicium futurum prohibetur fideiussio, & à clero remouetur. Hic igitur principaliter venit considerandum. † Quòd officium generale fideiubendi clericus assumere non potest, nisi cum periculo remouendi à clero. † Verum, si clericus fideiuberer, tenetur cap. 2. eo. tit. in quo habetur, quòd si ab aliquo alio clerico recipiat fideiussionem, tenetur illum conseruare indemnem, quia quis non debet pati dispendium, de quo præmium meruit obtinere.

6 † Sed an clericus possit fideiubere pro clerico solum, an pro laico; dico, quòd si laicus magna necessitate ducitur potest clericus licitè fideiubere, pro eo; quia est magnum opus pietatis subuenire proximo indigenti, & hoc magis incumbit clericis, qui sunt obligati, ad subueniendum indigentibus 16. q. 1. cap. Quoniam quicquid, & 12. q. 1. cap. videntes. † Sed animaduertendum, quòd clerici fideiussio non habebit locum, nisi in contractu, nam in fideiussione de iudicio fisci non est idoneus, cum fideiussor deberet esse eiusdem fori, cuius est principalis, vel renuntiare, foro suo, quòd clericus facere non potest, cap. significasti, & cap. si diligenti de for. comp.

8 vnde Bar. in l. 2. ff. de fideiuss. dicit. † Quòd obligatus, ad dandum fideiussorem de iudicio fisci, quòd non liberabitur præstando personam religiosam. Hic venit, etiam considerandum. † Quòd quando fideiussio facta est à persona religiosa, collegiata, quòd etiam seruatur in mutuo, non habere locum ultra summam communi prouidentia constitutam, cap. quòd quibusdam de fideiuss. & si contra fecerit, Ecclesia non tenetur, & recipiens punietur, allegato cap. sed qua pæna, dicitur in d. cap. 1. Quòd clericus inseruiens fideiussionibus, quasi dicat, qui frequenter dat operam, fideiussionibus, nam illa. † Dicitio, in ponitur, hic augmentatiuè, vel frequentatiuè, dicitur igitur inseruiens id est valde seruiens, l. gallus s. ille casus indifficilis. ff. de lib. & posth. Nam ibi ponitur indifficilis, id est valde difficilis. † Quandoq; hæc dicitio, in, stat priuatiuè, vt in cap. ad nostram de consuet. Hoc enim sit dictum, quòd significatione istius dictionis, in, quæ quandoque com-

12 ponitur cum alia dictione. † Pæna ergo ex tali inobedientia est, quòd abiiciatur ab Ecclesia, & est primus intellectus. Secundus, quòd à clero, & hoc præcedete trina monitione. Ter-

eius, quod abiiciatur id est, quod non debeat recipi in fideiuf-
 forem, sunt enim tres intellectus, qui conveniunt d. cap. i. Sed
 quis magis sit amplectendus, mihi magis placet primus, du-
 ce hac ratione, nam stat decretum, quod non debeat clericus
 inferuire fideiusionibus, qui contra facit est inobediens,
 ergo quasi Idollatra 8. q. 1. cap. Sciendum, qui venit separan-
 dus ab Ecclesia, sed quando permittitur ab Ecclesia fideiube-
 13 re. † An fideiussor simpliciter datus, in prorogatione termi-
 ni, sit liberatus, & dicitur, quod non, secus in fideiussore da-
 to ad tempus, secundum Bal. Angel. Alex. & Modern. in l. si
 vnus s. 1. ff. de pac. & Bar. limitantem in l. Lucius la 2. s. Paulus
 ff. de fideiuss. & canon. in cap. constitutus de fideiuss. facit l. si
 cum hermes C. loc. & l. item quæritur s. qui impleto. ff. loc. &
 14 dixit Bal. in l. 1. 10. q. C. de his quæ pen. nom. † Quod prog-
 ratio termini præfixi in dispositione penali prorogat penam, non
 autem tollit, vel absorbet, & dixit Bal. in l. Labeo s. 1. ff. de
 15 arbit. † Quod per appositionem termini non videtur; re-
 16 cessum à forma. † An autem et quando prorogatio inducat
 nouationem, & intelligatur facta, cum repetitione, quali-
 tum præcedentium traditur in l. lecta, & ibi per Ias. ff. si cert.
 per. Ad cuius scripta, me remitto, nec non ad ea, quæ dixit
 Fely. in cap. 1. in 2. & 3. col. de iur. iur. Vbi late tangit, an pro-
 rogatio termini facta, illi qui tenetur soluere infra certum tē-
 pus, sub pæna excommunicationis, an vero intelligatur facta
 cum suis qualitatibus, circa quod est aduertendum ad id quod
 not. Bar. & Doc. in l. non solum s. sed vt probari. ff. de oper.
 17 nou. nunt. Dum dicunt, † quod tempus, & locus, quandoque
 faciunt rem differre specie. Prima enim conclusio stat, quod
 per prorogationem termini factam debitori, fideiussor non sit
 liberatus, Specul. in tit. de fideiuss. s. 1. vers. illud autem quæri-
 tur vide Bar. in l. pen. ff. de prætor. stipul. Henric. Bohic. in
 cap. si. de fideiuss. & in cap. præterea el 2. in fi. de appell. Vite-
 18 rius videamus. † Quando præstita fideiusione fideiussor,
 petere potest se eximi ab obligatione, per principalem quādo
 principalis dilapidator esse incipit l. Lucius Tirus. ff. mand. l.
 si per ea C. mand. nisi suspicio erat tempore fideiusionis, vt
 ibi per Bald. in 1. col. Item quādo fideiussor diu stetit in oblig.
 d. l. Lucius, & Bal. in d. l. pro ea in 3. opp. nisi sit fideiussor de
 quict. secundum Io. And. in add. Specul. de iud. s. Spiritualia,
 vers. si vero in prin. & Bal. in d. l. Lucius, & ibi Alex. refert Bal.
 in l.

in l. facere. ff. solut. mat. quod potest petere liberari, à promissione, non ab obligatione, & per Bar. in d. l. facere, & ibi etiam Alex. ¶ Item quando fideiussit ad certum tempus, quia post petit se liberari d. l. si pro ea, & ibi Doc. Item quando est assuturus, ex causa utili, vel necessaria, vt ad studium, vel similia Specul. de Iud. s. specialia vers. quid si fideiussor Abb. in cap. si. de fideiuss. Item quando inter ipsum, & principalem superuenit inimicitia non tenis, & sine culpa sua, secundum Io. And. not. in add. Specul. de iud. d. s. specialia. Item quando fideiussit sine mandato, gl. in l. sed videamus. ff. de neg. gest. Angel. in l. Lucius Titius. ff. mand. sed Bal. contra in d. l. si pro ea. in si. nisi dominus ratum habeat, secundum Bal. ibi item quando fideiussor est obligatus, ex guarētigia, secundum Bar. in l. fideiussor pro euictione. ff. de fideiuss. & Bal. in d. l. si pro ea q. q. & in l. certū C. famil. hercis. Ang. cōtra in d. l. fideiussor, & in l. si dubitetur, & ibi Pau. de Cast. eo. ti. Ang. & Alex. in l. frater, à fratre. ff. de cond. indeb. Item quando esset obligatus ex rescripto mercatoris habente executionem paratam, ex forma statuti. secundum Cyn. & Bal. in d. l. certum, & Alex. in d. l. fideiussor. Item quando est obligatus sub conditione, l. facere posse, & ibi Doc. in si. ff. solut. mat. sed contrarium tenet, Bal. in d. l. si pro ea, & Alex. in d. l. Lucius, & in d. l. facere. Item quando est fideiussor, contractus non Iudicii de iudicio fisti, & iudicato soluendo, secundum Bar. & Ang. in l. i. ff. iud. sol. & Bal. in d. l. si pro ea, & in l. si mandato s. si iudicio, & Alex. in d. l. Lucius. Item quando fideiussit pro tutore, qui ei promisit de indemnitate, quia etiam ante finitam tutelam, licet, non possit petere, se eximi ab obligatione, Bal. in d. l. Lucius, & ibi Alex. potest tamen petere cautionem indemnitate, iam promissa Bal. in d. l. si pro ea r. q. Item quando quis fideiussit pro me, vt fideiubem pro ipso, nam de sua mora faceret cadere fideiussorem, in penam posse agi prius contra eum Bal. in d. l. si pro ea in r. q. adde ad prædictos casus gl. inst. de fideiuss. s. si quis antem, et in Auth. de exhib. re. s. sancimus, & in d. l. Lucius, sed fideiussor de iudicio fisti, an petat se liberari ante tempus, Bald. quòd sic in d. l. si pro ea r. opp. & not. in l. si mandato. ff. mand. Et ita in his relatis, habes clericum inferuire non posse fideiussionibus, sub pena remouendi eum, ab Ecclesia, & etiam casus in quibus fideiussor non liberatur, & quando liberationem petere potest.

- 1 Prælatus non potest de melioramentis factis in Ecclesia testari.
- 2 Meliorationibus factis in Ecclesia in vita tantum, etiam si dimittat beneficium, prælatus uti potest.
- 3 Episcopus ad tempus assignare potest alicui melioramenta Ecclesie, pro seruitiis præstitis.
- 4 Clericus equiparatur usufructuario non in totum.
- 5 Clericus est cõparandus vsuario, cui tantũ ad vsum quotidianũ uti licet.
- 6 Res Ecclesie sunt potius meliorandæ, quàm deteriorandæ.
- 7 Emphyteota melioramenta vendere potest præuia denuntiatione Domino plus offerenti, elapsis duobus mensibus.
- 8 Prælatus proprium patrimonium si expendit in meliorando, an eius hæres repetere possit.
- 9 Clericus impendens proprium patrimonium non intelligitur impendere ad commodum clericorum succedentium, sed ad proprium.
Secus quando industria, et labore vsus fuit in reducendo ad culturã terrã.
- 10 Clericus impendens proprium peculium honestati conuenit, ut repetere valeat, etiam si in utroque foro conscientie teneatur meliorare potius, quàm deteriorare.
- 11 Impẽse facte per clericũ in dubio presumunt facta, ex redditib. Ecclesie.
- 12 Clericus futurus non efficitur diues, cum iactura aliena.
- 13 Clericus qualitercunque beneficiatus non potest facere fructus suos, ut de ipsis possit testari, sed sibi licet eis ad vsum quotidianum uti.
- 14 Canonicus non dicitur habere administrationem Ecclesie.
- 15 Clericus comparatur usufructuario in vita, & ita potest donare de rebus Ecclesie moderata.
In infirmitate comparatur vsuario, et non potest donare, nisi intuitu elemosynæ.
- 16 Clericus non habens administrationem comparatur usufructuario in vita, & in morte, adeo, ut de redditibus testari potest.
- 17 Relictum beneficio, siue beneficiato, etiam nõ habenti administrationem, illud dicitur peculium Ecclesie, ideo de eo testari non potest.
Idem dicendum in redditibus prouenientibus ex beneficio.
- 18 Præbendæ cum procedunt ex rebus Ecclesie non dantur canonicis, ut agant quidquid velint, sed ut necessaria percipiant, & quod superest impendant in utilitatem Ecclesie.
- 19 Clericus emens æquum de redditibus Ecclesie, est Ecclesie, nõ proprius.
- 20 Sacerdoti de Altari permissum est viuere non luxuriari.
- 21 Canonici remanent in choro veluti luminaria.

- 22 *Vnusquisque de gestis, & administratis per eum tenetur reddere rationem.*
- 23 *Rationem non reddentes non gaudebunt privilegio illo, centum pro uno accipietis, & vitam eternam possidebitis.*
- 24 *Deo placeat, ut tam clericus, quam Canonicus utantur peculio iuxta ritum Ecclesie.*
- 25 *Peculium capitur multis modis, capitur pro patrimonio clericorum, & dicitur peculium à pecunia, vel à pecudibus, quia quidquid habebant antiqui in pecudibus consistebat.*
- 26 *Peculium strictius summitur, & proprie dicitur pecunia, & est quadruplicis speciei, videlicet, peculium castrense, quasi castrense, profectium, & aduentitium.*
- Castrense quod acquiritur in castris.*
Quasi castrense, quod acquirit filius in aduocatione.
Profectium, quod obuenit filio ex bonis patris.
Aduentitium, quod aduenit filio aliunde, ut donatione, successione, vel industria, vel ex prospera fortuna, proprietatis istius peculii est filii, ususfructus vero est patris.
- 27 *Clericus non eximitur à patria potestate in temporalibus, secus in Episcopo.*
- 28 *Filius in spiritualibus non est sub potestate patris, secus in temporalibus, ideo quod provenit ex beneficio spirituali potest dici peculium castrense, vel quasi.*
- 29 *Clericus beneficiatus, si moritur superstitibus bonis, quæ consanguinei petunt, Ecclesia, vel successor in beneficio dicit ad eum spectare, si clericus habebat patrimonium habetur consideratio ad quantitatem patrimonii, & qualitatem beneficii, & secundum id fiet diuisio inter Ecclesiam, & consanguineos beneficiati defuncti.*
- 30 *Probatio contra præsumtionem admittitur in contrarium.*
- 31 *Clericus de bonis patrimonialibus disponere potest, & si non disposerit consanguinei succedunt.*
- 32 *Beneficiatus habens patrimonium, an possit conseruare redditus patrimoniales, & viuere de fructibus beneficii sui.*
- 33 *Beneficiatus non debet viuere de patrimonio, sed de altari.*
- 34 *Canonici non debent patrimonium resauizare, & bona Ecclesie expendere.*
- 35 *Clericus ex doctrina officii, vel seruitiis, & artificio, quæ quarit in illis succedunt consanguinei ab intestato.*
Pariter in quæsitis ex officio aduocationis in casibus, in quibus, licet clerico postulare, sed quid de quæsitis per clericum ex artificio.
- Clericus*

- 36 Clericus ab artificio minus honesto debet abstinere.
- 36 In questibus per clericum in illicito artificio dicitur, quod astantibus clamoribus, si apparent repetentes, ipsis debet fieri restitutio, alias fieret distributio per Episcopum inter pauperes.
- 37 Clericus si bona per eum illicitè acquisita non subiacerent restitutioni, cum possit penitere de peccato, sine restitutione non impeditur quominus de his faciat voluntatem suam.
- 38 Bona quæ sita per clericum, vel prælatum in officiis, & seruitiis, in quibus versatus sit, quis post eius obitum ab intestato succedat, an Ecclesia, an successor in beneficio, an vero consanguinei.
- 39 Clerici habent bona triplicis generis, quædam sunt acquisita non contemplatione Ecclesie mediata, vel immediata, quædam contemplatione Ecclesie immediata, quædam conferuntur ipsis non immediata contemplatione Ecclesie sed dignitatis.
- 40 Homini quid prodest si totum vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur.
- 41 Ministris Ecclesie datum censetur datum Ecclesie, quæ est sponsa Dei, quæ bona Ecclesie sunt distribuenda in tres partes, pro usu beneficiati, pro erogatione pauperum, pro restitutione Ecclesie.

Centesimum Decimum Sextum Privilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet priuilegio, quod † De meliorationibus factis per prælatum, in rebus Ecclesie testari non potest. † Sed duntaxat eis uti, in vita etiam si beneficium dimittat, fuit igitur per Concilium Toletanum decretatum quod si aliquis clericus pro sua sustentatione in terra Ecclesie vineolas, aut agellum fecerit meliorando, terram Ecclesie possideat vsque ad mortem, & tunc Ecclesie restituat, nec iure testamenti, aut iure successionis alicui relinquat. † Nisi forsitan Episcopus velit eam assignare alicui ad tempus, pro seruitiis Ecclesie præstitis, cap. si quis de peculio cleric. Ratio hæc esse potest. † Quia clericus æquiparatur usufructuario, nam ex morte finitur usufructus inst. de usufruc. s. finitur cap. ult. de pign. In totum non est comparandus usufructuario, qui facit fructus suos, & de ipsis potest disponere, quod est dictum, est respectu mortis. † Potius clericus est, comparandus usurario, cui tantum ad usum quotidianum

- 6 ut licet inst. de usu. & hab. §. 1. † In fauorem Ecclesie hoc est inductum, ut eius res meliorentur, non autem deteriorentur, sed contra hoc opponi potest, de rex. in l. cum dubitabatur C. de iur. emph. ubi habetur, quod. † Præmissa denuntiatione Domino, emphiteota potest vendere, elapsis duobus mensibus, in præuia denuntiatione melioramenta, siue emponemata, plus offerenti, dummodo non sit persona prohibita, Solutio hic sumus in emphiteota de iure ciuili, ibi in prædicto casu nostro, in quo tractatur duntaxat de clerico vsuario, qui utitur in uita tantum, unde diuersa ratio viget, hic igitur considero quam generalis, & absoluta sit, hæc proposito, quod nec prælatus, nec clericus potest alicui post mortem suam relinquere bona Ecclesie, Episcopus uero pro seruitio præstito ei Ecclesie terram conferre potest. † Sed quid si prælatus impendit de proprio patrimonio pro re melioranda, non sua contemplatione, sed Ecclesie, quod impendit, ipse uel eius hæres repetere potest, tex. cum gl. not. 12. q. 4. in c. 2. Nam superius dicitur, quod meliorationes fecit, pro sua sustentatione, ideo de illis prohibetur disponere, & si diceretur, quod immo multo fortius impensas factas, in meliorando contemplatione Ecclesie, illas repetere non debet.
- 9 † Repetit quando expresse constaret, impendisse de suo proprio patrimonio, nam hoc modo uideretur impendere, ad beneficium, & commodum clericorum succedentium, unde non est priuandus suo comodo, ut diuitiores alios clericos futuros faciat, in alio casu intelligitur quando solum industria, & labore usus fuit & nihil expendit in reducendo terram ad culturam. Ideo secundum Inn. est honestum, & æquitati consonans, ut saltem in tali casu gaudeat, usque ad mortem, arg. c. ad aures
- 10 de reb. Eccles. non alien. † Sed impendendo proprium peculium honestati conuenit, ut repetere valeat etiam si in utroque in foro conscientie teneatur potius meliorare, seu manutene res Ecclesiasticas, quam deteriorare, quod patet ad sensum: nam sicuti expensas de proprio patrimonio, clericus intendit repetere, quod valde est considerandum, quod penitus
- 11 non confirmo. † Cum impensæ ille præsumuntur factæ in du-
- 12 bio, ex redditibus Ecclesie, intendit repetere. † Ne clericus futurus cum iactura aliena, efficiatur diues, quod non licet cum sit lex, quæ repugnat iuri nature l. iure. ff. de reg. iur. Ita pari modo, non debet rem Ecclesie in præiudicium alterius

rius clerici succedentis deteriorare, ita igitur regula præ-
 13 dicta, quod quilibet. † Clericus qualitercumque, ut bene-
 ficiatus non potest facere fructus suos, ut de ipsis possit testa-
 ri, sed sibi licet eis ad usum quotidianum uti, sed glo. in cap.
 præsent. de offic. ordi. lib. 6. Distinguit inter clericum haben-
 tem administrationem, & non habentem, & inter clericum
 14 simpliciter beneficiatum, ut est. † Canonicus, qui non di-
 citur habere administrationem Ecclesie, primo casu voluit,
 15 quod. † Clericus comparatur usufructuario in vita, & sic pos-
 sit donare de rebus Ecclesie moderate tamen, cap. cæterum
 de donat. in infirmitate vero comparatur usufructuario, quia non
 potest aliquid donare, nisi intuitu Elemosynæ, cap. quia, &
 16 cap. relatum el. 2. de test. † Non habens administrationem
 comparatur usufructuario in vita, & in morte adeo, ut de red-
 ditibus testari potest, sed ista gl. mihi non placet, nam etiam
 si diceretur, quod relictum non habenti administrationem,
 sed simpliciter beneficio præsumitur potius relictum intuitu
 personæ, quam Ecclesie dico, & resideo in hac opinione.
 17 † Quod omne relictum beneficio, siue beneficiato, etiam non
 habenti administrationem, quod omne illud dicatur peculiū
 Ecclesie, & quod de eo testari non valeat, sed cõtentetur usua-
 rium fuisse, idem dicendum in redditibus provenientibus ex
 beneficio tex. expressus, qui loquitur de canonicis non haben-
 tibus administrationem in cap. nulli s. fi. & cap. sequenti r. 2.
 18 q. 1. ubi dicitur. † Quod præbendæ cum procedant, ex rebus
 Ecclesie, non præstantur canonicis simpliciter, ut faciant quic-
 quid velint ex redditibus, sed conceduntur, ut necessaria per-
 cipiant pro se, & si quid superest debent impendere, in utilita-
 tes Ecclesie, nam quemadmodum in aliis bonis Ecclesie depo-
 nitur per habentem administrationem, ita & in istis, cum sint
 res Ecclesie, sed sunt diuersæ per præbendas, ut commodius
 19 perciperet necessaria gl. in c. res quæ r. 2. q. 1. quæ dicit. † Quod
 si clericus emit, etiam æquum de redditibus Ecclesie, est Eccle-
 sie, & non proprius, ut in cap. 1. dist. 44. in prin. in quo dici-
 20 tur tibi. † Sacerdos de Altari viuere permissum, non luxu-
 rari; verum enim cogor dicere, quod si canonici nõ essent sub
 eodem iugo, ut ultra necessaria ex præbendis, quod superest, ex-
 penderent in utilitatē Ecclesie, inquam esset, cum ipsi regula-
 21 riter nõ administrēt. † Sed in choro remaneāt veluti lumina-
 22 ria. † Si vnusq; de gestis, & administratis, p. ipsū tenet rōnē
 redde-

redde-

- reddere l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ration. distra. Rom. in cons.
 413. cap. 1. de oblig. ad ratioci. Et ex iussu Dei, quilibet tene-
 tur reddere administrationem villicationis sue Luc. cap. 16.
 23 † Quod non facientes non gaudebunt privilegio illo, centum
 pro vno accipietis, & vitā aeternā possidebitis; iuxta ritū Ecclē
 24 fia. † Placeat igit Deo, vt tam clericus, quā canonicus, vt supra
 25 dictū est, vtantur. † Peculio, quod capitur multis modis, & quo
 ad propositum dicitur aliquando patrimonium ipsorum cle-
 ricorum, & dicitur peculium a pecunia, & est nomen diminu-
 tiuum, quasi parua pecunia, & pecunia a pecudibus, quia quic
 quid habebant antiqui in pecudibus consistebat, l. q. 3. in c.
 26 totum. † Quandoque peculium strictius summitur, & proprie
 dicitur pecunia, quam habet existens in potestate alterius,
 vt filius familias, vel seruus, & reperitur in quadruplici specie,
 nam est peculium castrense, quasi castrense, profectitium, &
 aduentitium. Castrense dicitur quod acquiritur in castris, &
 de illo disponit. Quasi castrense est, quod acquirit filius in ad-
 uocatione, quia aduocati militant, l. aduocati C. de aduoc. di-
 ue. iud. Profectitiū est, quod obuenit filio ex bonis patris, hoc
 non acquiritur filio. Aduentitium est, quod aduenit filio aliun-
 de, vt donatione, successione, vel industria, vel ex prospera for-
 tuna, proprietates istius peculii est filii, vsu fructus vero est pa-
 tris in vita, Specul. in tit. de donat. §. 1. Et vtum presumatur
 acquisiuisse ex bonis paternis, vel ex industria, vide not. gl.
 in l. cum oportet C. de bon. quæ lib. In clerico vero aduertend-
 dum, nam videtur solum a laicis differē in peculio aduentitio,
 27 & intelligit de clericis filiis familias. † Cum per clericatum
 non eximuntur a patria potestate in temporalibus, secus in
 Episcopo, vt in Auth. de const. quæ de dignitatibus liberat a
 patria potestate, facit in arg. cap. si annum de iud. lib. 6. vbi
 28 dicitur. † Quod in spiritualibus filius non est sub potesta-
 te patris, secus in temporalibus. Ideo quod prouenit ex bene-
 ficio spirituali, potest dici peculium castrense, vel quasi, quia
 clericus facit fructus suos, iux. not. in cap. presenti. de offic. ord.
 29 lib. 6. hinc infertur. † Quid si post mortem clerici benefi-
 ciati, reperiuntur aliqua bona, consanguinei ipsius dicunt, di-
 cta bona ad eos spectare, quia patrimonialia Ecclesia, vel suc-
 cessor, in beneficio dicit, quod bona prædicta sunt quæ sita ex
 redditibus beneficiorum, & intuitu Ecclesiæ, quid fiendum, gl.
 34. q. 1. Dicit, quod si clericus beneficiatus habebat patrimo-
 nium

num habetur consideratio ad quantitatem patrimonii & qualitatem beneficii, & secundum id fiet diuisio inter Ecclesiam, & consanguineos, beneficiati defuncti, Io. And. in cap. vt vnus quisque de pecul. cler. considerat tria membra primum, quando constat clericum beneficiatum, seu prelatum habuisse patrimonium tempore promotionis, & est presumendum, pro possessore siue Ecclesia, siue consanguinei possideant. † Licet contra hanc presumptionem admittatur probatio in contrarium. Secundum membrum est, quando tempore promotionis nihil habebat, & presumitur pro Ecclesia, licet consanguinei possint probare, quod defunctus quaesierit ex artificio, vel aliunde quam ab Ecclesia. Tertium membrum est, quando dubitatur, & idem, vt presumatur pro Ecclesia, maxime, si beneficiatus non fecit inventarium tempore adeptionis beneficii, & hæc q̄o fuit in hæredibus Francisci Petrarchæ, qui fuit Archidiaconus Parmensis, Doc. aliqui dicunt primum membrum non ita simpliciter procedere, immo metiri quantitatem patrimonii, & qualitatem beneficii, secundum eam debere presumi, per not. 12. q. 4. cap. 2. Secundum membrum intelligit quando nihil habeat de patrimonio, nec etiam habebat aliquod beneficium, vel exercitium, ex quo potuisset acquirere, alias diceretur sic, vt supra proximo membro. Tertium membrum limitatur, quando dubitatur, an habuerit aliqua bona patrimonialia, vel aliunde, ex quibus potuisset bona de quibus quaeritur, acquirere, sed si solum dubitaretur, an acquireret bona, de quibus est contentio ante suam promotionem, vel post, & presumitur pro possessore, vt in 12. q. 5. ca. 1. Conclusio stat in hoc. † Quod de bonis patrimonialibus clericus disponere potest, & quatenus non disposuerit consanguinei succedere possunt, in cæteris vero bonis disponere non valet. Ideo meliores actiones factæ, per eum efficiuntur Ecclesie, quibus tamen vitur in vita, sed in hac subiecta materia. † Aliam questionem propono, nunquid beneficiatus habens patrimonium possit conseruare sibi redditus patrimoniales, & viuere de fructibus beneficii sui, tex. videtur apertus in capit. pastores, & capit. sequen. 1. q. 2. quod non possit, glo. not. 12. q. 1. cap. illi qui, ponit plures opiniones, Inno. autem in cap. 33. Episcopus. de præbend. tenet. † Quod qui habet beneficium non debet viuere de patrimonio, sed de altari cap. cum secundum. de præbend. nec obstat secundum eum d. cap. pastores, quia

- 34 quia intendit auctor. † Ea canonicis prohibere, ne de patri-
monio auare thesaurizant, & bona Ecclesie expendant, si au-
tem non vellent thesaurizare, bene liceret eis bona conseruare
& bona Ecclesie, hoc est acquisita intuitu Ecclesie, expendere,
verba sunt, Inn. in loco præallegato, & Io. de Ligna. in clem.
gratia de rescrip. Dicunt, quod iura quæ videntur contrarium
dicere procedunt, secundum primitiuam Ecclesiam, secun-
dum quam bona Ecclesiastica erant deputata solum, pro in-
35 digentibus, tertia species bonorum est. † De his quæ quæ-
rit, clericus ex doctrina, artificio, officiis, vel seruitiis, & ista ad
quos spectent, videndum est. Et primo de quæstis ex doctri-
na, quia erat doctor iuris, in istis succedunt consanguinei ipsius
clerici, ab intestato, cap. relatum §. ceterum de testam. Idem
de acquisitis ex officio aduocationis, quod est intelligendum
de his casibus, in quibus licet clerico postulare, secus si ei non
liceat. Sed quid de quæstis per clericum ex artificio, dummo-
do artificio sit honestum, quod liceat clerico §. 1. dist. cap.
clericus victum, & cap. seq. de consecr. dist. 5. cap. nunquam
de manu in actis Apostolorum 10. cap. Vbi Paulus, quoniam
ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt ministraue-
runt manus istæ, in istis, etiam succedunt consanguinei ab
36 intestato, d. cap. relatum, & cap. quia nos. † Ab artificio
autem minus honesto debet clericus abstinere, de vit. & ho-
nest. cler. cap. pe. Sed quid faciendum de istis bonis quæstis,
per clericum in illicito artificio, dic, quod si positus clamoribus
appareant repetentes, ipsis debet fieri restitutio, alias fieret
distributio per Episcopum, inter pauperes arg. in l. nulli C.
de Episc. & cler. not. Inn. in cap. quia plerique. de immun. Ec-
cles. secundum Host. & Imol. in d. cap. relatum hoc enim di-
ctum recipit limitationem, quando talia acquisita illicitè su-
37 biacerent restitutioni. † Sed quando non subiacerent resti-
tutioni, licet illicitè essent acquisita, cum aliter clericus possit
pœnitere de peccato, sine restitutione, non impeditur quoni-
mus de his faciat voluntatem suam, ab hoc bona gl. in cap. ex
38 transmissa de decim. & 4. q. 5. cap. in summa. † Videamus
etiam de bonis quæstis per clericum, vel prælatum in officiis,
& seruitiis, in quibus versatus sit, quis post eius obitum ab in-
testato succedat an Ecclesia, seu eius successor in beneficio, an
vero consanguinei Inn. opinio hæc est, in cap. quia nos de te-
stam. quod Ecclesia, vel successor in beneficio succedat in illis
bonis

bonis Hoff. tenet, quod succedant consanguinei in talibus bonis, prima lectura, quæ est magis communis fuit de mente, Inb. nam idem videtur tenuisse in cap. r. de testam. In quo acquisitum apparet intuitu Episcopatus, vel intuitu officii sac.

39 Butr. in l. sacrosanctæ C. de Episc. & cler. dicit. † Quod clerici habent bona triplicis generis, quædam enim sunt acquisita non contemplatione Ecclesie mediatè, vel immediatè, & in istis sunt, vt cæteri priuati, quædam sunt acquisita contemplatione Ecclesie immediatè, vt si relinquitur Ecclesie, vel de quæstis ex bonis Ecclesie, & de istis non testantur, & multo minus succedunt consanguinei venientes ab intestato, & idè dicendum si non relinquuntur Ecclesie, sed relinquuntur eis, contemplatione Ecclesie, vt supra dictum fuit, iuxta, not. in c. requisisti de testam. Tertio sunt bona, quæ conferuntur ipsis, non immediatè contemplatione Ecclesie, sed dignitatis, quæ habent, vt celebrent Missas, vel alias orationes, pro anima alicuius, & ea quærantur eis, & de ipsis possunt testari, & disponere secundum Butr. quam opinionem secuti sunt Anchar. Angel. Floria. in d. cap. quia nos. de testam. Dicentes verius esse, quod tale acquisitum censetur acquisitum intuitu personæ, & sic non contemplatione Ecclesie, quod notandum pro, vt refer, Io. de Imol. ibi, qui illam partem, vti rationalem, sequitur & licet dictorum opinio sit satis fauorabilis, & libenter amplectenda, cum videamus de facto, clericos non minus acquirere ex officiis, & seruitiis, in quibus versantur, quam ex beneficiis. Tamè hanc opinionem, in hoc casu simpliciter, & indistinctè non esset fortè tutum in foro conscientie, & pro salute anime, tenere, quæ cunctis rebus de mundo est præferenda l. sanctimus C. de sac. sanc. Eccles. audi Dominum dicentem ex ore

40 Matth. in c. 16. † Quid prodest homini, si totum vniuersum mundum lucretur, anime vero sue detrimentum patiat. Ego discrepo ab omnibus tenentibus hanc prædictam sententiam, & fortè sententia mea displicebit aliquibus, sed clericis, & prælati, qui duntaxat ambulant in lege Domini, placebit. Ratio igitur quæ me mouet, est auctoritatis Dei, qui est fons veritatis ait, quod vni ex minimis meis feceritis, mihi feceritis, Matth.

41 c. 25. † Datum ergo ministris Ecclesie censetur datum ipsi Ecclesie, quæ est spòsa Dei, sed vbi relinquimus, quod bona Ecclesie sunt distribuenda, in tres partes, pro vsu beneficiati, id est quo ad victum, & vestitum, ne vtaris illo verbo vsu diuersimodè

ne Papam fraudes, vt dicitur pro pauperū erogatione, & pro refectione Ecclesie, si quod superest, caperetur per consanguineos, quomodo hæc fieri possent, deinde animaduertat, quod clericus, est vsuarius, & quod nec ultra se extendit, nunc mea interest dicere, sua tamen interest facere, nec admitto distinctiones allegatas de peculio, quia omne peculium est Ecclesie, nec ab ea separandum, redditus ergo est Ecclesie, & suorum, successorum, & ipsi reseruandus, vel fideliter distribuendus inter pauperes, non autem permittendus consanguineis, iuxta not. in cap. 1. de success. ab intest. cap. relatum et 2. de testam. Auth. omnes peregrini C. comm. de succ. Inn. in c. cum inter vos. ff. de verb. signif. Ex his habes, quod meliorationes factæ, per prælatum in rebus Ecclesie, sunt suæ in vita, cum secutis, de quibus tamen testari non potest.

S U M M A R I V M.

- 1 Clericus bona propria dare potest, cui vult, & si non habet consanguineos succedit Ecclesia.
- 2 Militibus non habentibus consanguineos, succedit eorum capitaneus, vel legio sub qua militant.
- 3 Ecclesia veluti caput clericorum succedit ipsis clericis.
- 4 Clericus potest testari de omnibus quæstis per hereditatem, per donationem, & artificium, sedus autem de redditibus beneficii.
- 5 Clericus si ceperit facere testamentum, & facta institutione cum aliis legatis, antequam finitum esset testamentum, morte præuentus, testamentum non valet.
Secus si testamentum esset factum inter liberos.
- 6 Extraneus dicitur qui non est de liberis.
- 7 Testamentum inceptum à clerico, nondum finitum ob superuenientiam mortis valet quo ad legata ad pias causas.
- 8 Dispositio facta de legatis, ad pias causas dicitur perfecta.
- 9 Testamentum imperfectum valet inter liberos, & quando fit ad pias causas.
- 10 Clericus præsumitur de bonis disponere magis ad salutem animæ, quam ad aliam demonstrationem.
Indubio magis quis præsumitur velle pro anima, quam pro consanguineis, & aliis.
- 11 Transitus ex hac vita ad meliorem vitam est, ne dum valde amarus, verum admodum considerabilis.

- 12 Mors est finis obscuri carceris bonorum hominum, malisque incumben-
tibus voluptatibus perpetuus ignis.
- 13 Testamentum imperfectum ita habet locum in testamento nuncupatio,
& in scriptis.
- 14 Clericus non habens beneficium, sed solum Altaria, si deceat sine con-
sanguineis, eius bona transferuntur ab intestato in Altaria.
- 15 Altari, quod accedit in aliqua Ecclesia non accedit ipsi Ecclesie.
- 16 Oblationes, quia sunt de iure Parochiali, ideo non cedunt altari, sed Ec-
clesie.
- 17 Clericus non habens Ecclesiam, si ab intestato decedat, Episcopus, qui va-
leat disponere secundum preceptum Dei.

Centesimum Decimum Septimum Privilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet privilegio, quod. † Cle-
ricus bona propria dare potest cui vult, sed si
decedat intestatus, & non habet consanguineos
succedit Ecclesia, omnes igitur clerici genera-
liter de his, quæ habent per hæreditatem, vel
alio modo intuitu personæ acquirant, dum
vivunt possunt inde facere quicquid eis placet, si vero ante mo-
riantur, quam de his disposerint, si non habent consanguineos
in ius Ecclesie debet tradi, cap. 1. de success. ab intest.
Ratio potest esse, quia eis hoc permittitur ratione bonorum
acquirentium respectu personæ, ut puta per hæreditatē, quod
valeat disponere. Quid si nō fecerint, & obierint nullis relictis
consanguineis succedit Ecclesia. † In qua militant, sicuti mili-
tibus non habentibus consanguineos succedit eorum capita-
neus, vel legio sub qua militant Bar in l. si quis filio s. eius qui
& ibi Bar. ff. de iniust. testam. Et aliis pariter succedentibus,
absque consanguineis succedit fiscus Bal. in l. nutritoribus C.
communis de succ. Alex. in conf. 92. in 4. par. ita. † Eccle-
sia, veluti caput clericorum, succedit ipsis clericis. Hic conside-
randum venit de quibus rebus possit testari. † Et dicendum
quod de omnibus quæ sitis per hæreditatem, per donationē,
& artificium, & huiusmodi, sed adverte ne decipias, & ne de-
cipiaris in hoc, quod clericus possit disponere, nam qualiscun-
que sit clericus, & quaecunque habeat beneficium non dispo-
nit de redditibus beneficii, sed bene permittitur ei respectu

bonorū acquiritorū intuitu personę, nō aut̄ intuitu personę, re
 5 spectu beneficii, quia tūc disponere non potest. † Unde si cleri
 cus cepit facere testamētū, & facta institutione, cū aliis lega
 tis, antequā finitū fuisset testamētū, morte præuentus, illud fa
 cere nō potuit, quęritur an testamētū valet, & dicitur, quòd ne
 que ad perfectè disposita sustinetur, etiam si testamētū factū
 esset inter liberos, & hęc dicit esse communē opinionem Curt.
 Inn. in l. hac consultissima §. ex imperfecto C. de testam. Natta
 in d. §. ex imperfecto nu. 139. & seq. Soc. Inn. in cōs. 147. nu. 22.
 Dispositio tñ d. §. Ex imperfecto sustinet testamētū minus so
 lemniter conditum à patre inter liberos, quatenus cōcernit in
 teresse ipsorū liberorū, sed, si in ipso testamēto sit aliquid infer
 tū, qđ cōcernat fauorē, aut cōmodū alicuius extranei, illud non
 sustinetur, sed habet, pro non appposito, & testamētū ipsū quo
 ad reliqua cōcernētia filios firmū remanet, ita verba expressa
 6 insunt, in d. §. ex imperfecto, & intellige. † Extraneū in hoc pro
 posito eū, qui nō est de liberis, hinc infercur, qđ si testator in te
 stamento inter liberos substituatur vni ex filiis suis pupillariter,
 aliū ex filiis suis, talis substitutio, tanqđ facta in fauorē filiorū su
 stinetur, sed si ei fuisset substitutus aliquis extraneus, & qui nō
 sit de liberis, nō sustinetur, ita dicit Bar. in l. 2. nu. 18. ff. de vul
 gar. Et est cōis opinio, vt dicit Cur. Iun. in d. §. Ex imperfecto.
 7 † Testamētū igitur inceptū à clerico, sed nūdum, finitū, & sup
 uenientiam mortis, & in eo adessent legata ad pias cās, an susti
 neri possit, saltē quoad legata, qñ testator trāsuisset ad alia lega
 ta, vltra legata ad pias cās, & dicēdū, qđ sic, Bar. in l. 1. C. de fac.
 8 san. Eccl. Et ponit hęc rōnem, qđ. † Illa dispositio facta de lega
 tis ad pias cās dicit̄ perfectā, quia trāsuiuit ad alia legata, nā non
 pōt negari, quia in tali casu adest cōsensus naturalis & præsumē
 dū est fauore animę, qđ aliter nō disposuisset Abb. in c. relatum
 9 el 1. de testam. & ita not. Istos duos casus in quibus. † Testamē
 tū impfectū habet locū, videlicet, qñ est inter liberos, & qñ sit
 ad pias cās, & hoc multo fortius credēdū est, qñ testamētū esset
 10 alicuius. † Clerici in articulo mortis cōstituti, qđ præsumit̄ de
 bonis disponere potius ad salutē eius animę, quā ad aliquā aliā
 demōstrationē, cū magis in tali casu quisquis præsumit̄ velle p
 11 ea, quā pro consanguineis, & aliis. † Cū trāsitus ex hac vita, ad
 aliā meliorē vitā sit, ne dū valde amarus, verū admodū cōsidera
 12 bilis ante, & tūc si dat̄ aditus, nā. † Mors est finis obscuri carce
 ris bonorū, malisq; incūbentibus dūtaxat voluptatib. ppetuus
 ignis.

13 ignis. † Sed quia dupliciter testari potest, videlicet per testium nuncupativum, & per testium in scriptis, credo, quod sit bonum videre an dispositio d. s. Ex imperfecto generaliter procedat in quocumque testamento. Hæc difficultas oritur ex Auth. quod sine C. de test. licet. n. verba d. s. sint generalia, & conveniant cuicumque testamento, cum tamen d. Auth. videtur limitare dispositionem, d. s. loquentis in testamento per scripturam confecto, multi tamen tenuerunt, quod pariter etiam ille s. non procederet, nisi in testamento condito in scriptis, sed tamen in pratica tenenda est contraria opinio, quod scilicet dispositio d. s. ex imperfecto non limitet per d. Auth. quod sine. quantum ad testamentum nuncupativum, sed solum quantum ad testamentum in scriptis, & hanc dicit esse rationem, Corn. in conf. 118. in fi. lib. 3. Vbi etiam dicit, quod ita servat in pratica. Hanc etiam opinionem, quod dispositio d. s. Ex imperfecto habeat locum in testamento nuncupativo, tenuit gl. in d. s. ex imperfecto in gl. 1. que ab omnibus approbatur, ut dicit ibi Cor. nu. 2. Et illam dicitur contra tenere per Corn. in d. Auth. quod sine. nu. 1. per Alex. attestat esse rationem in d. Auth. quod sine, & conf. 146. nu. 5. li. 2. & conf. 176. nu. 9. li. 5. Boer in decis. 240. Ideo ab hac sententia neque consulendo, neque iudicando est recedendum. Stat igitur conclusio, quod clericus decedens ab intestato si non habet consanguineos succedat Ecclesia.


14 † Sed cum in multis locis clericus non habet beneficium, sed dum taxat Altaria, si decederet sine consanguineis, eius bona transferuntur ab intestato in hæc Altaria, & etiam habes. † Quod id quod accedit Altari, posito in aliqua ecclesia, non accedit ipsi Ecclesie, sed ipsi alteri, ex quo Altare habet bona distincta ab Ecclesia, quod intelligo, quoniam proprie obvenit contemplatione Altaris, secus si contemplatione Ecclesie, puta si fuerint oblationes in illo Altari. † Nam sunt oblationes de iure parochiali, ideo non cedunt Altari, sed Ecclesie, cap. ad audiendam. de Eccl. edific. Et ita habes intellectum iurium, quæ simpliciter dicunt bona clerici intestati debere cedere ecclesie, si non habet consanguineos. Debet. n. intelligi de Ecclesia late sumpta, ut comprehendat omne beneficium, etiam sine

17 cura, facit et relat. el. 2. de testa. sed in casu, quod. † Clericus non habeat Ecclesiam, & decedat ab intestato, teneo, quod eius bona deveniri debeant ad Episcopum, ut ipse valeat disponere, secundum Dei præceptum, not. Inu. in c. in iuvante. qui cler. vel. vo. Abb. in c. in presentia, de prob. Fed. in conf. 35. Ex istis igitur habes, quod clericus bona propria dare potest cui vult, sed si decedat intestatus, & non habet consanguineos, succedit Ecclesia.

- 1 Intestatus decedens sepelitur in Sepulcro maiorum, vel in sepultura electa ab eo.
- 2 Ecclesia habet canonicam portionem, quod relinquitur Ecclesie.
- 3 Quilibet debet sepeliri in sepulcris parentum suorum, secundum, quod fecerunt Patriarchæ Abraham, Isaac, & Iacob.
- 4 Sepulturam nulli denegatur eligere propriam, etiam alienam, nam Dominus hoc fecit.
- 5 Mercenarius est dignus mercede sua, ideo tertiam partem Iudicii sui illi Ecclesie præcipi dari, in qua sepeliri debeat.
- 6 Intestatus moriens sepellitur in sepulcro suorum maiorum, sed dando portionem canonicam Ecclesie Parochiali, ob eius mercedem, poterit sepeliri, ubi elegerit sepulturam, & ad hoc tenetur sub pœna excommunicationis.
- 7 Si quis iuerit ad habitandum ad aliam ciuitatem, in qua non habeat sepulcrum, si casus mortis euenerit, debeat sepeliri in Ecclesia Parochiali.
- 8 Sepultura est danda omnibus catholicis, & si corpus non catholicum sepelitur, exhumatur.
- 9 Decedens in peccato mortali non debet sepeliri in cimiterio Ecclesie. An intra Ecclesiam possit aliquis sepeliri.
- 10 Episcopi, & Abbates, aut digni presbyteri, sunt sepeliendi intra Ecclesiam, quod nullus autem mortuus potest.
- 11 Portio de relictis iure institutionis an debeat Ecclesie Parochiali, secus si sit donatum inter uiuos, quia de eo non debetur quarta.
- 12 Relegatis, & dehortatis denegatur sepultura in loco, ubi uini stare non potuerunt.
- 13 Sepultura nõ denegatur ei, qui non extitit confessus in morte, si confiteri non potuit, nisi per annum contempsisset confessionem.
- 14 Debitori non soluenti creditoribus denegatur sepultura, consuetudo Anglicorum talis est.
- 15 Desueto condemnato in vita de rapina, de usura, de furto, vel alio crimine notorio, denegatur sepultura. Alias secus.
- 16 Confessus, si recipit pœnitentiam sepelitur in cimiterio, licet expresse non mandauerit satisfieri de delicto, vel de contr. Etibus.
- 17 Sepultura denegatur ei, qui se sponte interfecit, secus si casu.
- 18 Sepultura electio est ita libera, quod etiam si lius familias sine consensu patris

- patris eam eligere potest, dummodo sit pūber.
19. Mulier, quæ est subiecta viro, sepulturam eligere potest, & si esset vidua, & habuisset plures maritos, tumulanda est in sepultura ultimi mariti cuius domicilium, & honorem retinet.
20. Religiosi, quia non habent nec velle, nec posse, non possunt eligere sepulturam sepeliuntur in proprijs monasterijs.
- Nisi alibi moriantur ita, quod commode ad sua monasteria portari possent.
21. Testator legans centum, ut adificetur sepultura, decedes excommunicatus ita, quod non potest sepeliri, an debeatur legatum, & dicitur, quod sic.
22. Religiosi, & presbyteri non possunt pro loco, & terra, ubi quis elegerit sepeliri, aliquid accipere.
- Clerici aliquid exigere nō possunt laici tamen possunt compelli ad pias & laudabiles consuetudines observare.

Centesimum Decimum Octauum Privilegium.

1.  CCLESIA gaudet privilegio, quod. ¶ Decedens intestatus sepelitur in sepulcro maiorum, vel ubi eligitur sepultura Parochialis, tamen. ¶ Ecclesia habet canonicam portionem, quod relinquitur Ecclesie, sepulture ex decreto Leonis Papæ. ¶ Quod quilibet debeat sepeliri in sepulchris parentum suorum, secundum, quod fecerunt Patriarchæ Abraham, Isaac, & Iacob. ¶ Veruntamen nulli denegatur propriam eligere sepulturam, etiam alienam, nam Dominus hoc fecit. ¶ Sed cum mercenarius sit dignus mercede sua tertiam partem iudicii sui illi Ecclesie præcipit dari, in qua sepeliri debeat, si alibi non elegisset sepulturam, & ubi, dum uiuebat cælesti pabulo refici consuevit, quod si fecerit, ubicunque uoluerit eligat sepulturam, & ne aliter fiat præcipit Leo Papa, sub pæna excommunicationis, cap. x. de sepult. Ratio decisionis hæc esse potest. ¶ Quilibet moriens intestatus sepelitur in sepulcro suorum maiorum, sed dando portionem canonicam Ecclesie Parochiali, in qua debebat sepeliri, ob eius mercedem, ubi uoluerit poterit sepulturam eligere, ad hoc enim tenetur sub pæna excommunicationis, & hoc est memoria dignum, ne Ecclesia Parochialis mercede debita

- 7 debita fraudetur, hinc est, quod si quis iuerit ad habitandū ad aliam civitatem, in qua non habet sepulcrum, si casus mortis eueniret debet sepeliri in Ecclesia parochiali, cā. in nostra, & cap. ex parte, & cap. is qui de sepultur. Hoc igitur est constitutum, ut quis sepeliendus veniat in Ecclesia parochiali, a qua si receditur, tenetur recedens soluere debitam portionem, sub pœna excommunicationis, hodie vero loco debitæ portionis parochiani habent plures candellas, & unam tortiam magni ponderis, cum desenti quantitate numerum, iuxta vires facultatis sepeliendi. † Quæro au. omnibus sit danda sepultura, & dicendum, quod sic, cum sit una ex septem operarum misericordiarum, sed aduerte, quod hoc non debet ita intelligi absolute, nam si sepeliretur in loco sacro corpus non catholicum, debet exhumari & proijci cap. sacris. de sepult. Nam is, qui non est catholicus non debet in ecclesiastico cimiterio sepeliri, & si de facto fuisset sepultus, debet exhumari, & proijci, sepultura conceditur regulariter omnibus catholicis, nisi specificè reperiantur prohibiti cap. 2. Reg. in Ecclesiastico, & in cap. quæst. 13. q. 2.
- 9 2. Et generaliter dici potest, † quod decedens in peccato mortali, non debet sepeliri in cimiterio Ecclesiæ glo. not. in cap. 2. & in cap. cum ad monasterium de st. regul. facit text. cum glo. 88. dist. in cap. si. & 13. q. 2. ca. Pro obeuntibus, sed in quo loco debent sepeliri catholici, & dicendum est, quod in Ecclesiarū cimiteriis, an intra Ecclesiam posset aliquis sepeliri, text. cum glo. 13. q. 2. cap. nullus, in quo habetur, quod † nullus mortuus intra Ecclesiam est sepeliendus, nisi Episcopi, vel Abbates, aut digni presbyteri. † Sed aduerte nunquid hæc portio debeat Ecclesiæ parochiali de relictis iure institutionis quidam, quod non, sed solum per c. requisisti de testam. Io. Andr. tenet contrarium per istum textum, qui generaliter dicit tertiam partem sui iudicij, ad idem in capit. cum super. de sepult. Intellige tamen nisi sit donatum inter uiuos, nam de huiusmodi non debetur quarta, ut dicit glo. & Host. in cap. 1. de st. reg. Abb. in ca. requisisti. de testam. Sed postquam superius dixi sepulturam esse denegandam non catholico excommunicato,
- 12 & existenti in peccato mortali. † Et relegatis ac deportatis denegatur sepultura, in loco ubi uiui stare non potuerunt l. si quis, & ibi Bart. ff. de cadau. punit. Card. in elem. 1. in fin. de pœn. & remiss. uerum auctoritate Principis præstat, ut in d.l. Videamus igitur. † Si quis moreretur sine confessione an carere debeat

beat Ecclesiastica sepultura, & dicendum est, quod non: si confiteri, non potuit, nisi per annum cōtempisset confessionem; Abb. in c. ex parte de sepult. Tempus enim anni datur, in quo quilibet, doli capax tenetur semel confiteri, c. omnis de penit. & remiss. Elapso igitur anno præsumitur cum, non extiterit cōfessus in contemptum fecisse, ideo deneganda est sepultura Ecclesiastica. † Quid si debitor nō soluerit creditoribus, an eius sepultura impediri debeat: & dicitur, quod sic cap. qua frontē de appell. Et hoc nisi prius satisfaciat per hæredem, aliqui dicunt, quod illud procedebat de consuetudine Anglicorum, & non de iure cōi alii distinguunt inter obligationem ex contractu, & ex maleficio, ex contractu, nō interdicitur sepultura, ex maleficio sic. Tertii ita distinguunt. † Vtrum fuit condemnatus defunctus, in vita de rapina, vsura, furto, vel alio crimine notorio, & tunc potest interdici sepultura, alias secus Io. And. Dicit, quod illa pars tamquam iniquitatem continens, merito fuit sublata, quasi sentiat, quod hodie non sit sepultura interdicta. Ego dico, quod aut decessit manifestē in peccato mortali, tunc sepultura interdicitur Ecclesiastica, vt supra di
14
15
16
17
18
19
20
21
xi. † Aut fuit confessus, & recepit pænitentiam, tunc sepeliri debet in cimiterio Ecclesiastico, licet non expresse mandauerit de delicto satisfieri, vel contractibus, & bona ratio esse pōt, nam cōfitendo videtur tacitē iniunxisse onus hæredibus, vt satisfaciant, c. ex literis de rap. & c. si. de sepult. † Denegatur sepultura ei, qui se spontē interfecerit, secus si casu, & non sua spontē, cap. ex parte de sepul. † Electio sepultura, est ita libera, quod etiam filiusfamilias sine consensu patris, eam eligere potest, dummodo sit pubes, cap. licet de sepul. in 6. † Mulier etiam, quæ est subiecta viro potest eligere sepulturam, quod si non elegerit in tumulo mariti sepelietur, & si esset uidua, & habuisset plures maritos, est cum viro ultimo cuius domicilium retinet, & honorem tumulanda, capit. is cui habet de sepult. in 6. † Religiosi sunt deterioris conditionis in hoc, quia non habent, neque velle, neque posse, non possunt eligere sepulturam, sed debent in propriis Monasteriis sepeliri, nisi alibi moriantur ita, quod commodē ad sua Monasteria portari possint, cap. si. de sepul. in 6. † Quæro in hoc proposito, quid si testator reliquit centum eroganda, in sui sepulturam, & decessit excommunicatus, ita, quod non potest sepeliri, an debeat legatum: Bald. in l. prima. in fi. ff.

de his qui pe. no. tenet, quod debetur facitl. miles s. fi. ff. de
 22 adult. † Aduertant tamen religiosi, & presbyteri, quod non
 possunt pro loco, & terra, vbi quis elegerit sepeliri, aliquid ac-
 cipere, tex in cap. abolendę. de sepult. dicit tamę gl. ibi in verb.
 exigere, quod licet clerici aliquid exigere non possunt, laici ta-
 men compelli possunt pias, & laudabiles consuetudines obser-
 uare, si quę super hoc fuerit arg. cap. cum ad Apostolicam. de
 simon. De quo quidem casu fui pluries in facto. Concluditur,
 quod libera est electio sepulturę, dummodo Ecclesię Paro-
 chiali detur canonica portio, eius quod relinquitur Ecclesię
 sepulturę, & ex his etiam habes, cui conceditur sepultura, &
 cui denegetur.

S U M M A R I V M.

- 1 Confines Parochiarum non præscribuntur, nec limites provinciarum.
 - 2 Limites debent esse canonica ordinatione distincti.
 - 3 Confinium diocæsium, Episcopatum, provinciarum, & parochiarum præ-
 scriptio non currit nec cum titulo, nec sine
 Nisi vbi legitime non constaret de finibus.
 - 4 Confines qualiter probandi, probari possunt per verba enunciativa pro-
 lata in aliquo instrumento, etiam confecto ad alium finem, & inter di-
 uersas personas.
 - 5 Probatio in factis antiquis admittitur præsumptiua.
 - 6 Limes est longitudo, seu latitudo, spatium à spatio distinguens.
 Quandoque solet apponi vnicus lapis pro limite.
 - 7 Limites Episcopatus strictè non accipiuntur, sed solent esse flumina mon-
 tes, paludes.
 - 8 Ecclesia, si sit in medio limitis fluminis exiccati, per longitudinem, vel
 per latitudinem fit diuisio, per iudicem arbitrio boni iuri.
 Et Ecclesia diuiditur in duas, si alias inter se Episcopi non potuerint con-
 uenire, & si fieri due non possent, communis erit inter eos, nec vnus
 contra alium præscriberet, sed alternis disponat vnusquisque eorum,
 secus si Ecclesia habret caput positum in parte vnus.
 - 9 Parochie fuerunt diuise post Aduentum Christi.
 - 10 Provincie, & Episcopatus fuerunt diuisi longè ante Aduentum Christi.
 - 11 Ius Parochiale consistit, vt Parochiani in diebus festiuis audiant Mis-
 sam, & assumant sacramenta in Ecclesia Parochiali, & vt ibi sepe-
 liantur.
- Item in præstatione decimarum personalium.

Item

- Item in oblationibus frendis.
- 12 Oblationes, quæ fiunt imagini depictæ in muro intra limites Parochiæ, cedunt præbytero Parochiali.
- 13 Parochiani possunt compelli ad faciendas oblationes. Math. in cap. 5. tenet contrarium.
- 14 Oblationes, quæ fiunt ad usum sacerdotis, & ad cultum diuinum, non sunt in præcepto, nisi in quatuor casibus.
- Primus si tenet ab Ecclesia aliquid.
- Secundus obligatus ex testamento, vel inter viuos.
- Tertius, si sacerdos indiget, nam ex quo impendit spiritualia debet consequi temporalia.
- Quartus, quando hoc habet consuetudo, quia Parochiani in diebus festiuis in multis locis offerunt.
- 15 Oblationes sunt, ita de iure Parochiali, ut si fiant Capellis, Altaribus fundatis intra Parochiam, debentur Rectori parochiali.

Centessimum Decimum Nonum Privilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet privilegio, quod fines Parochiarum de quibus constat, vel finibus coherentia præscribi non possunt, repetitur, quod limites prouinciarum siue diocesium, & ea, quæ in limitibus adheret, nõ præscribuntur, quæsitum fuit vtrum idem sit iudicium in limitibus Parochiarum, respondet Papa, quod idem seruandum est in vtroque. † Dummodo constiterit limites canonice ordinatione fuisse distinctos, c. super eo de Paroch. & alien. Paroch. Ratio istius decreti fuit, quod idem iuris sit in minori, quod in maiori, eo maxime si constiterit limites ordinatione canonice fuisse distinctos, ideo non præscribuntur, hic igitur in primis considerandum venit, quod limites canonicè distincti, & ea, quæ adherent limitibus, prouinciarum, siue diocesium, & Parochiarum, non præscribuntur. † Et fortius præscriptio non currit, nec cum titulo, nec sine, circa confinia diocesium, Episcopatum, prouinciarum, & Parochiarum, nisi vbi legitime, non constaret de finibus. † Sed qualiter sunt probandi fines, dic, vt legitur, & notatur in cap. cum causam, de probat. cap. Cum olim. de censibus, quibus cauetur, quod possunt probari per verba enuntiativa, prolata in aliquo instrumen-

to etiam confecto ad alium finem, & inter diuersas personas,
 & ibi not. Inn. facit gl. in l. optimam C. de contrah. & commit.
 5 stipul. & ratio fuit. † Quia in istis antiquis non potest de fa-
 cili haberi probatio necessaria, & concludens, ideo admitti-
 tur hæc præsumptiua probatio facit, l. si arbi ter. ff. de probat.
 & vt in d. c. Cum causam, Sed pro declaratione materiae viden-
 6 dum, quid. † Sit limes, quæ est longitudo, seu latitudo, spatium
 à spatio distinguens, & quandoq; in limite nihil pōt consistere,
 vt quando est valde strictus nam quandoq; solet apponi vnicus
 7 lapis. Veruntamen † non sic strictè limites Episcopatus acci-
 piuntur, sed flumina, montes paludes in Episcopatibus solēt
 esse limites & de hoc limite dicūt quidā, q̄ est cōis vtriusque, &
 quod in eo fundatur cōe erit. Alii dicūt, q̄ est nullius. Alii di-
 8 cunt, & fortè bene, q̄ talis limes diuisus inter Episcopos intelli-
 gitur ipso iure, licet nūquam actus diuisus fuerit. † Vnde si flu-
 uii limes exiccatus, sit per longitudinem, vel per latitudinem,
 diuisus intelligitur & per iudicē arbitrio boni viri actuali signo
 distinguetur, & si Ecclesia sit in medio limitis in duas Ecclesias
 diuidet, nisi aliter Episcopi inter se potuerint conuenire; quā-
 diu autem non fiunt duæ; cōis intelligitur, quo ad parochialia,
 & Episcopalia iura, sicut arbor in confinia posita, l. arbor. ff. de
 cōi diui. inst. de re. diuis. §. insula, nec vnus contra alium præ-
 scriberet 16. q. 3. c. inter me si autem de illa Ecclesia duæ fieri
 non possent, superior ordinabit, quòd alternis annis, vel vici-
 bus disponant. ff. de vsufr. l. si rei & l. Quoties, vel die, quòd il-
 lius soli erit Ecclesia, in cuius parte caput positum est. ff. de
 acq. re. dom. l. ad eos §. si. Item non potest Episcopus donare
 alii, quæ sunt in limite, 16. q. 3. cap. licet quæ finibus. ff. de
 re. vendicat. l. quæ religiosis. ff. de contrahend. emp. l. in modi-
 cis principaliter ita, quòd sunt partes eius. ff. de re. vend.
 qui pro re. ff. de contrahend. emp. in modicis vel vicina sunt,
 & si non sunt partes eius, nam ratione vicinitatis possent fines
 confundi, & relinquatur, hoc arbitrio boni viri, nam quædam
 sunt quæ potius intellectu accipiuntur l. ratum. ff. de solut. Et
 9 hæc sunt intelligenda, de Episcopis, de plebibus. † Et scias,
 quòd parochia fuerunt diuise post Aduentum Christi 13. q. 1.
 10 c. 1. † Episcopatus vero, & prouinciæ fuerunt diuisi longè ante
 Aduentum Christi, vnde vbi prius stabant illi principes infide-
 lium seu eorum sacerdotes fuit statutū per Apostolos, q̄ prima-
 tus Archiepi & Episcopi constituerentur, vt plenè habetur 80.
 dist.

- 11 dist. c. 1. & 2. & 40. dist. c. 1. In quo ergo. † Ius parochiale consistat, bonum est scire, & dic, quod in pluribus, primo, ut parochiani diebus festiuis audiunt Missam in parochia, ut in c. 2. de paroch. & alien. paroch. Secundo, ut sacramenta percipiantur in Ecclesia parochiali seu à presbytero parochie, & ut parochianus ibi sepeliatur c. ois de pœnit. & remiss. & clem. dudum in §. verum de sepul. Item in præstatione decimarum personalium 16. q. 1. c. quæsti. Itē in oblationibus faciendis, de consec. dist. 1. c. ois Christianus. Et verbū oblatio capit largo modo secundū Io. And. Et bene, ut comprehendat, quicquid intra limites parochie perueniat, bonus tex. in c. pastoralis de his que fi. à prelat.
- 12 Et per hoc arguit Ant. hic. † Quod oblationes quæ fiunt imagini depictæ in muro intra limites alicuius parochie, cedunt presbytero parochiali, quod etiam habetur in d. c. pastoralis, & quod ibi not. Host. ad idem c. quoniam. de decim. licet Io. And. fuerit alterius opinionis, sed præmissa opinio mihi magis placet c. cum inter de verb. sign. † Sed an parochiani possunt compelli ad oblationes faciendas, primo uidetur, quod sic, per d. c. omnis Christianus, & c. statuimus 16. q. 1. in contrarium allegatur Matt. c. 5. Vbi dicit si offers munus tuum ad Altare &c. Et sic nō loquitur imperatiuè, & ad idem quod habet in Exod. c. 25. Ibi dicitur ab eo, qui ultro munus offert recipe, &c. Ergo à spontaneo, & non à coacto recipienda est oblatio. Solutio habetur in gl. d. cap. omnis Christianus, & 10. q. 1. cap. sanctorum, & videtur gl. uariasse nam quandoque simpliciter tenet parochianos, ad hoc compellendos, & quæque tenet hoc habere locum cum limitatione, scilicet, quod si presbyter curatus indiget. Beat. Thom. in q. 86. art. 1. Et ibi in effectu, quo ad
- 14 præpositum nostrum concludit, quod. † Regulariter istæ oblationes quæ fiunt ad usum sacerdotis, seu pro diuino cultu, non sunt in præcepto nisi in quatuor casibus primus si ratione census debet fieri, puta, quia aliquid tenetur ab Ecclesia ratione cuius soluitur oblatio nomine census, secundus casus si quis est obligatus, ex testamēto, uel inter uiuos cap. quāto de cens. Tertius casus si sacerdos indiget nam, ex quo impendit spiritualia debet consequi temporalia cap. si Eppiscopus de offic. ord. in 6. Non tamen sacerdos ob hoc debet subtrahere spiritualia, sed superior debet eos cōpelleere ad has oblationes iuris remediis. Quartus casus quā hoc habet cōsuetudo nā in multis locis parochiani semper offerūt dieb. festiuis, quia in aliquibus
- locis


locis solent facere oblationes, cum candelis in festo alii dulus
 sancti, & ex quo talis inoleuit consuetudo, possunt ad hoc com-
 pelli, ut habetur in cap. ad Apostolicam. de simon. l. privile-
 1 5 gia in fi. C. de sac. sanc. Eccl. & ibi Bar. † Et scias, quod obla-
 tionibus ita sunt de iure Parochiali, quod si fiant in capellis,
 seu Altaribus, fundatis intra Parochiam, debentur Rectori Pa-
 rochiali, arg. d. cap. pastoralis cap. ex transmissa. de præscrip.
 Ex his habes, quod fines, & quæ finibus coherent non præscri-
 buntur, nedum in prouinciis, siue in diocesi, verum idem ser-
 uandum in parochiarum limitibus, dummodo ordinatione ca-
 nonica fuerint distincti.

S V M M A R I V M.

- 1 Decima sunt soluendæ de omni fructu prædii.
- 2 Decima sunt de iure diuino.
- 3 Decimarum ex veteri lege quatuor genera debeantur.
- 4 Decimarum compositio fieri potest, & non tollitur persequens privi-
 legium.
 . Si de decima non facit mentionem.
- 5 Decimas Monachi tenentur soluere de prædiis nouiter cultis, de quibus de
 decima prius soluebantur.
- 6 Decima de noualibus debentur Ecclesie, in cuius Parochia surgunt.
 . Si non surgunt in certa parochia debentur diocæsano.
- 7 Decimam soluentes animaduertant soluere, sine deductione seminis, &
 . sumptuum.
- 8 Decimas soluere tenentur Dominus, & colonus, non cui voluerint Ec-
 clesie, vel pauperibus, sed Ecclesie, cui debentur.
 . Nec ab hoc excusantur, propter malitiam clericorum.
- 9 Decimas de lucro negociator soluit, deductis expensis, quas facit de pe-
 cunia decimata.
- 10 Decimarum privilegia duo sunt, primum, quod Domini prædiorum
 possunt cogi, ut prædia dent colenda talibus, à quibus sine contradi-
 ctione Ecclesia possit decimas consequi. Secundum, quod laici Ecclesias
 donare non possunt.
 . Etiam si sunt Reges, nec ex eorum titulo præstatum causa præscribendi.
- 11 Decima debent solui statim, cum fuerint recollecti fructus.
- 12 Decima habet etiam privilegium, quod de laboribus, quos propriis ma-
 nibus, aut sumptibus excolunt, non soluantur.
 . Hoc non extenditur ad noualia, sed ad templarios, hierosolymitanos, &
 . hospi-

- hospitales.
- 13 Decimas de terris ipsorum subtrahere, quas alius tradunt excolendas, non licet.
 - 14 Decimæ, quod non soluantur, ex consuetudine fieri non potest.
 - 15 Decimæ tertia pars, vel minor, quod soluantur, talis consuetudo non sufficit, nisi à Papa esset approbata.
 - 16 Consuetudo, quæ absque peccato mortali seruari non potest, non valet quantumcunque longa.
 - 17 Decimarum ius à laicis nunquam præscribi potest.
Decimæ quota præscribi potest, & ita fuit iudicatum.
 - 18 Decimas, qui non soluerunt eorum animæ non sunt in via damnationis, si decimæ non petantur à curato, vel ab alio, cui debentur.
 - 19 Regum, & Principum animæ saluantur, qui non obediunt Imperatori, quia Imperator ab eis non petit subiectionem.
 - 20 Decimas soluere tutius est, cum agatur de periculo animæ, vel de eis componere.
 - 21 Decimas in agro nostro Veronensi multi ciues profitentes armâ usurpant, quos vidimus aliquos ferro egestate, & in exilio perire, & nunquam dies claras habuisse, ex quo alios possessores habere non permiserunt.
 - 22 Decima transit ad emptorem, nisi venditor sibi reseruet in contractu.
 - 23 Obedientibus calum patet, inobedientibus fores infernales sunt continuo aperte, vestra est electio.

Centessimum Vigessimum Priuilegium.

- 1  CCLESIA gaudet priuilegio, quod. † De omni fructu prædij soluendæ sunt decimæ, quidam agricultores diuersâ semina in agro seminabant, nec decimam persoluebant, nisi de vno semine, vnde Papa mandat, quod de omnibus fructibus prædiorum sine aliqua diminutione, decimas persoluant, cap. ex parte de decim. Et ratio esse potest, quia vna, & eadem res diuerso iure censerî non debet, c. cognouimus r. 2. q. 2. Hic notandum est, quod. † Decimæ sunt de iure diuino, & q. † quatuor genera decimarum, ex veteri lege debebantur cap. i de decim. Et † super eis componi potest, vnde si compositio super decimis fuerit emanata, non tollitur per sequens priuilegium, si de illa in priuilegio mentionem

5 nem non facit, & ita est priuilegiata, quòd. † Monachi te-
 6 nentur soluere decimã, de prædijs nouiter cultis, de quibus
 7 decimã prius soluebantur. † Pariter de noualeis decimã de-
 8 bentur Ecclesiã in cuius parochia surgunt, & si in certa paro-
 9 chia non sunt debentur diocæsano, qui illam retinere potest,
 10 vel alteri Ecclesiã concedere, cap. quoniam eo. tit. † Et deci-
 11 mam soluentes animaduertant, quòd sine deductione semi-
 12 nis, & sumptuũ debent Dñs, & † Colonus decimam soluere,
 13 cui uoluerint Ecclesiã, vel pauperibus, sed Ecclesiã cui deben-
 14 tur, nec ad hoc excusantur propter malitiam clericorum, ut in
 15 cap. tua nobis. † Etiam negotiator de lucro decimam soluit
 16 deductis expensis quas facit de pecunia decimata, in cap. pa-
 storalis eod. tit. † Habet decima duo priuilegia admodum
 consideranda, quia magna sunt uidelicet, quòd Domini præ-
 diorum possunt cogi, ut prædia dent colenda talibus, à quibus
 sine contradictione Ecclesia possit decimas consequi, cap. in
 aliquibus. eod. tit. Aliud est priuilegium, quòd laici ecclesias,
 vel decimas donare non possunt, etiam si sunt Reges, nec ex
 eorum titulo præstatur causa præscribendi cap. dudum eo. tit.
 † Statim igitur recollecti fructus decima fructuum debet sol-
 uui non deductis expensis: c. cum hoies eo. tit. † Habet & pri-
 uilegium, ut de laboribus quos propriis manibus, aut sumpti-
 bus excolunt, aliqui non teneantur, non extenditur ad noua-
 lia, & ita priuilegium non est interpretandum malitiosè, ut cū
 dictum fuerit de laboribus, uelint pro laboribus intelligere de
 noualeis, nam si talis fuisset opinio Papæ expressisset, cap. ad
 audientiam. eod. tit. Aduertè hoc priuilegium de iure com-
 muni, & de benignitate sedis Apostolicæ concessum templa-
 rijs hierosolymitanis, & hospitalarijs, ut de laboribus terris, &
 possessionibus quos & quas propriis manibus, uel sumptibus
 colunt, nemi soluere decimas teneantur. † Tamen non est
 eis licitum decimas de terris ipsorũ subtrahere, quas alijs tra-
 dunt excolendas, Guid. Pap. in decis. 207. † Videamus etiam
 an consuetudo possit inducere, quòd decimã non soluantur.
 Innoc. tenet, quòd non in cap. in aliquibus ext. de decim. & al-
 legat. cap. quæcunque 16. q. 7. Ita etiam tenet gl. expressè in
 d. cap. in aliquibus super verb. Consuetudo est, † quòd detur
 decimatertia pars, uel minor, talis consuetudo nõ sufficit, nisi
 à Papa esset approbata. † Quia non ualet consuetudo, quæ
 absque peccato mortali seruari non potest, quantumcunque
 longa,

longa c. quonia omne de prescrip. Nam tales bonam fidem habere non possent, quia de iure diuino talis decima debetur, ergo nec consuetudo locum habere potest, ut dicit d. gl. hoc tenet Io. An. in c. 2. extra de decim. lib. 6. Et ibi Theologorum opinionem recitat, & eos reprehendit, ut in clem. 2. de iud. & ibi idem in d. cap. 2. tenet Guil. De Monte, qui expressse ponit.

17 ¶ Nunquam ius decimale a laicis posse prescribi, & ibi ponit modum per quem recusantes sunt mouendi, & hæc est communis opinio cano. tamen Host. in tit. de decim. Post multa quae ibi dicit circa hanc materiam dicit, quod licet decimæ a laicis non possint prescribi, quota tamen prescribi potest, & ibi attestatur, per eum vidisse de consuetudine ita fuisse iudicatum, & determinatum, in curia parlamenti, hæc opinio mihi displicet nam communem tenco cum regula iuris sit in toto parte non est dubium contineri, ergo ius in toto idem in parte seruandum si igitur decima prescribi non potest, ergo nec eius quota prescribi potest, sed audi, quod tibi dico in hoc proposito, quæro igitur qualiter animæ nostræ absoluerentur, si non soluamus decimas respõde, quod malè secundum gl. in clem. 1. de vsur. aduertendum tamen secundum Thom. de Aquino, ut refert Archi. in

18 17. q. 7. in c. maiores. ¶ Quod animæ eorum, qui non soluerunt decimas non sunt in uia damnationis, si non perantur a curato vel ab alio cui debentur sicut videmus in simili dicit Io. An. in

19 c. per venerabilem qui fil. sin. legit. ¶ Quod saluantur animæ Regum, & Principum, qui non obediunt Imperatori, quia Imperator ab eis non petit subiectionem. ¶ Tamen tu, qui non consulis, te cõsulo, ut in rebus in quibus agitur de periculo anime, ut tutius agas, tutius est ergo soluere decimas, vel cum eis componere pro decimis, secundum gl. in d. c. 1. de vsur. ¶ Quia vidi, & quotidie præsertim in agro nostro Veronensi multos ciues ac alios ferocissimos barbaros profitentes arma deturpantes iura decimarum unde ob eorum tiraniam luunt pœnas tanti sceleris nam modo ferro modo exilio modo egestate pereunt, & nunquam dies claras habent, ex quo alios directos possessores habere non permiserunt itaque solve, quod debes

22 quod animæ, & corpori tuo proderit. ¶ Nec esto immemor, quod decima transit ad emptorẽ fundi nisi venditor, sibi reseruet in contractu Iac. de Aren. Bened. de Plumb. in l. si is cui. ff. de st. li. l. fundus. ff. de fund. inst. l. nominatim. ff. de lib. & post. Alber. de Ros. cõtrarium tenet in l. Sciz s. tyranne. ff. de fund.

inst. & l. inter antiquam C. de vsufr. Bar. Cæpol. Cautel. 177.
 & per gl. in cap. tua de decim. Et hæc opinio vti verior mihi ma-
 gis placet, ex his habes, quòd teneris ad solutionem decimæ,
 nedum de vno semine, sed de omni, & quocunque semine in
 agro seminato, & quòd aliter salua conscientia fieri nõ potest.
 23 Animi aduerte igitur, quòd. † Obedientibus patet cœlum, &
 inobedientibus stercora infernales sunt continuo aperte, vestra
 est electio, cordi ad hereat bonum, & ab eo malum recedat.

S V M M A R I V M.

- 1 Religionem ingredi nullus debet, nisi habeat legitimam ætatem, & spontaneam voluntatem.
- 2 Religionem ingressus inter legitimos annos, cum consensu parentum suorum, si parentes non reclamauerint infra annum, post annum non poterunt reuocare.
- 3 Religionem ingressus per vim post legitimos annos, si ipse, nec parentes infra annum reclamauerint, postea exire non poterit.
- 4 Religionem profitentes, & ingredientiæ tria profitentur substantialia paupertatem, castitatem, & obedientiam.
- 5 Dispositio odiosa concepta erga regulares, nõ comprehendit illos, qui promiserunt castitatem, obedientiam, & paupertatem.
- 6 Fratres Sancti Francisci de tertio ordine, vel Iesuitæ, vel mulieres mantellatæ, non dicuntur propriè regulares, cum non comprehendantur in dispositione odiosa facta contra regulares.
 Secus in dispositione fauorabili, quia largo modo videntur sub regula ratione promissionis.
- 7 Religiosi, qui dicantur, quando verba capiuntur in largæ significatione, tunc omnis Christianus dicitur religiosus.
 Verba quandoque capiuntur latè, tunc comprehendit hominem honestè viuentem.
 Verba quandoque capiuntur minus latè, tunc comprehendit clericos.
 Verba quandoque capiuntur strictè, tunc comprehenduntur illi, qui professionem subiecerunt se Abbatis Imperio.
- 8 Alienus à cultu diuino, tanto magis deuiat à nomine Christiano.
- 9 Nomina debent esse consequentia rebus.
- 10 Religiosi, & clerici officia secularia habere non possunt.
- 11 Professio facta per metum est ipso iure nulla.
- 12 Cõsensus si requiritur in actu oportet, quòd sit spontaneus, & liber, alias non valet, si interuenit metus.

- 13 Iuramentum, si requiritur ad actum tactura scripturae non est satisfactum dispositioni, si iuramentum præstatum sine tactura.
- 14 Aetas, quæ requiritur ad assumendum ordinem, dicitur post septennium.
- 15 Infanti potest conferri tonsura, si vult transire ad monasterium, alias seclusus.
- 16 Professio Monachi ad hoc, ut teneat in masculo, requiritur ætas 14. annorum in femina ætas 12. annorum.
- 17 Aetas apta, ad matrimonium carnale, est apta ad matrimonium spirituale.
- 18 Auus si habet patrem, & nepotem in potestate, nunquid pater possit reuocare eum ingressum, inuito Auo, vel possit offerre filium monasterio inuito Auo.
- 19 Filius est magis astrictus patri, quam Auo.
- 20 Pater, & Mater si essent discordes, quia pater intendit offerre filium monasterio, matre inuita, & non potest.
- 21 Pater habet potestatem in filio, non autem Mater.
- 22 Ratio naturalis magis in spiritalibus, quam in civilibus, est seruanda.
- 23 Filius naturaliter, est obligatus obedire Patri, & Matri.
- 24 Patris auctoritas est maior in filio, quam auctoritas Matris.
- 25 Filius est de solo semine Patris, nec concurrit semen maternum, Mater non præstat, nisi formam.
- 26 Filius sequitur conditionem patris, non autem Matris.
- 27 Filius est suppositus Matri in educatione, per quadriennium.
Et quandoque accipit tutelam pro filio, mortuo marito.

Centesimum Vigessimum Primum Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet priuilegio, quod. † Nul-
lus debet intrare religionem, nisi in legitima
ætate, & spontanea voluntate a deo, quod ætas
& voluntas attendenda sunt, ideo ex concilio
Maguntinensi statutum fuit, quod. † Si ali-
quis inter legitimos annos religionem intra-
uerit, consensu parentum suorum, si parentes infra annum
non reclamauerint, ad Papam, vel Episcopum, vel eius Vica-
rium, post annum ipsum non poterunt reuocare. † Si vero
post legitimos annos, per vim religionem intrauerit, & infra an-
num ipse, nec parentes eius reclamauerunt ad prædictas per-
sonas,

sonas, postea exire non poterit, cum præsumatur consentire, cap. 2. cum 1. de regul. transf. ad relig. Ratio potest esse quia, quod ab initio non valuit, tractu temporis conualescit, & hic animaduertendum, quod. † Illi proprii dicuntur habere regulam, qui profitentur tria substantialia cuiuslibet religionis approbate videlicet paupertatem, castitatem, & obedientiam, ut in c. cum ad monasterium de st. regul. alii vero licet aliqua promittant, non dicuntur propriè habere regulam, sed potius quendam modum uiuendi, licet ille modus sit approbatus à Papa, de quo vide, gl. in clem. 1. de relig. dom. & in clem. cum ex eo de sent. excomm. Ex quo inferri potest, ad q. quotidianam quod. † Dispositio odiosa concepta erga regulares nõ comprehendit illos, qui non promiserunt illa tria substantialia, & ita. † Fratres sancti Francisci de tertio ordine, vel isti Iesuitæ, vel mulieres mantellatæ, non dicuntur propriè regulares, cum nõ comprehendantur in dispositione odiosa secus in favorabilibus, quia largo modo videntur sub regulâ ratione promissionis, factæ superiori eorum. † Sed qui dicantur religiosi quandoque verba capiuntur in largâ significatione, & tunc omnis Christianus dicitur religiosus, unde religio Christiana appellatur c. gaudemus de diuort. c. pro humani de homic. quæque capitur late, & tunc comprehendit omnem hominem honestè viuente nõ aut quemlibet Christianum, in c. Ecclesia de conit. quæque capit minus late, & comprehendit clericos seculares c. saluator 1. q. 3. quæque capitur strictè, & solum comprehenduntur illi, qui per professionem subiecerunt se Abbatis imperio. † Qui est alienus à cultu diuino, tanto magis deuiat ab hoc noie. † Nam noia debent esse consequentia rebus inst. de don. in s. est, & aliud c. cum secundum de præb. & hic not. quod Clerici, & religiosi habere non possunt officia secularia quasi per totum. ne cle. vel mon. ex quo infero, quod professio facta per metum est ipso iure nulla nec est opus, quod rescindatur, per actionem, quod metus causa. † Non ubique; requiritur in actu spontaneus, seu liber consensus, nõ valet actus si interuenit metus, pro hoc vide gl. not. 3. q. 5. in c. notifficali c. cum locum de spon. Ratio est, quia licet coacta voluntas, fit voluntas, in c. merito 15. q. 1. & l. si mulier. ff. quod met. causa nõ tamen est voluntas spontanea, gl. in c. Abbates quod met. causa gl. in c. ut circa de elec. li. 6. quæ dicit, quod. † Si ad actum requiritur iuramentum, cum tactura scripturæ non est satisfactum dispositioni si præstatur iuramentum, sine tactura, licitè in veritate

- 14 tate, sit iuramentū sine tactura. † Sed quę ætas requiritur ad assumendum ordinem, & dicitur, quòd post septenniū, & quòd potest statim, in principio pueritię post completam infantilem ætatem, quæ in septenio cõpletantur, gl. in c. generalem in cle. de æt. & qual. & ibi habes rex. de ætate requisita ad ordines sacros tamen vide tex. in c. fi. de tem ord. li. 6. qui videtur, quòd.
- 15 † Etiã infanti potest conferri tonsura si vult transire ad monasterium alias secus, idonei vero ad beneficium respectu ætatis,
- 16 Abb. in c. super inordinata de præbend. † Monachus ad hoc ut teneat eius professio requiritur in masculo ætas 14. annorum cap. significatum de regul. & transf. lib. 6. in femina, vero sufficit ætas 12. annorum cap. puella 20. q. 2. Ratio diversitatis est, quia citius pubescit femina, quam masculus. † Unde ætas apta, ad matrimonium carnale est, apta ad matrimonium spirituale. † Unde quæstio talis assumi potest, si vnus habet patrem, & nepotem in potestate, nunquid pater possit offerre filium monasterio invito Auo, vel nunquid pater possit reuocare eum ingressum invito Auo, Inn. tenet, quòd sic quia in spiritualibus potius est attendenda, ratio naturalis.
- 19 † Sed naturaliter filius est, magis astrictus patri, quam Auo, & hoc dictum Inn. communiter approbatur, sed satis potest dubitari, nam cum auus habeat nepotem in potestate, nec per istum actum factum, ante pubertatē, potestate Aui eripitor, non video quomodo potest pater in præiudicium Aui, hanc oblationem facere, cum non possit filius, vouere in præiudicium paternæ potestatis, ut tenet Abb. in capitu. scripturæ
- 20 de vot. hinc inferitur alia quæstio. † Quid si pater, & mater esset discordes, ut quia pater intendit offerre filium in atrocitate, uel econtra opinio Inn. Est quòd præferaturis, qui contradicit, quia in re communi potior est, conditio prohibentis; ut in regul. in re communi de reg. iur. lib. 6. & in l. Sabina
- 21 ff. communi diuid. tamen dicendum est, quòd. † Pater est præferendus cum habebat filium in potestate, & non mater, ut in l. de pat. potest. Inn. tamen residerit in opinione sua assenti
- 22 gnathano. † Rationem, quòd in istis spiritualibus, magis sit seruanda ratio naturalis, quam civilis, nam patria potestas est
- 23 de iure. † Naturaliter enim filius obligatus est obedire matri, sicut patri, motus ex illo Dei præcepto, honorá patrem, & matrem, & si auctoritas tanti viri talis & tanta sit mihi vna cum cõteris, ut ei acquiescere liceat, tamen mihi non placet.

placet, quia nō videtur, quōd in subiecta materia procedat ar-
 gumentū allegare illud præceptū, quōd tenetur honorare pa-
 trē, & Matrē, habet locum, quo ad mores filiorum, non propte-
 rea datur intelligi, quōd pater, & mater habeant æqualem au-
 24 toritatem, & potestatem in filium. † Quia absque difficul-
 tate maior est auctoritas patris, quam Matris, & quōd ita res
 25 se habeat, videmus in practica seruandum. † Quia filius, est
 de solo semine patris, nec cōcurrit semen maternum, nam Ma-
 ter non præstat nisi formam, & ita audiui à pluribus obstetrici-
 bus, quę in casu mortis parturientis, ceso eius ventre, viderunt
 matricem, & ita concluderunt, quōd filii sunt duntaxat patris,
 & hæc opinio fuit à peritis Medicis approbata, & quōd hæc opi-
 26 nio sit communis apud nos percipi potest. † Quōd filius se-
 quitur conditionem patris, non autem matris, l. assumptio. ff.
 ad l. municip. de incol. & ex omni causa est suppositus patriæ
 27 potestati, nec memoria teneo vidisse in iure, quōd. † Filios
 fit suppositus Matri, nisi in educatione per quadriennium, l. r.
 ff. vbi, & apud quę pupil. Et in casu mortis paternæ, quia tunc
 mater iudicialiter accipit tutelam, l. r. C. quando nul. offic. tu.
 fung. Ideo resideo in opinione cōtraria Inn. Ex his habes, quōd
 ad ingrediendam religionem ætas, & voluntas requiruntur, &
 quōd post ingressum impuberis elapso anno, eum parentes,
 non possunt reuocare, pubes vero per vim ingressus post an-
 num exire, nec à parentibus reuocari, potest.

S V M M A R I V M.

- 1 Maritus si inuita vxore professionē fecit, & ei postea restituitur, non com-
 pellitur mortua vxore ad monasterium redire, matrimonium tamen
 contrahere non debet.
- 2 Vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, & econuerso.
- 3 Votum obligat illum, qui est in potestate, idest ad faciendum id, quod est
 in sua potestate.
- 4 Obligatio est reciproca inter maritum, & uxorem.
- 5 Vxor potest vendicare maritum de iure diuino, cum eum in sua potestate
 habeat.
- 6 Vxor dans licentiam marito ingrediendi monasterium, ipsa censetur no-
 uisse castitatem.
- 7 Vxor sola licentia non sufficit, vt professio mariti teneat.
- 8 Mariti ingressus in religionem non potest irrevocabiliter fieri, nisi vxor
 consentiat.

- voleat continentiam.
- 9 Matrimonium consummatum, non rumpitur per ingressum religionis.
- Secus si matrimonium non est consummatum.
- 10 Votum, si impeditur aliquo facto intrinseco, non obligatur vouens ad implendum, etiam cessante impedimento.
- 11 Filius familias, an teneatur ad votum, postquam fuerit liberatus à patria potestate, si votum erat tale, quod non poterat, sine consensu patris exequi.
- 12 Regula illa, si non valet quod ago, ut ago, in materia voti valet, ut vale-
re potest.
- 13 Continentia castitatis includitur sub ingressu religionis.
- 14 Maritus, qui fuerat ingressus in religionem, post mortem uxoris, tene-
tur redire ad monasterium.
- 15 Religiosus habitus non est illudendus.

Centesimum Vigesimalium Secundum Privilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet privilegio, quod. † Qui inuita vxore, professionem fecit, & ei postea restituitur, non compellitur mortua vxore, ad monasterium redire, matrimonium tamen contrahere non debet, inuita ergo vxore, qui-
dam ingressus monasterium, coactus est ad eam redire, tandem mortua est illa, queritur vtrum debeat com-
pelli ad monasterium reuerti, an possit aliam accipere vxore.
Respondet Papa, q̄ votum non tenuit, vnde ratione voti ad monasterium non teneretur redire, tamen vltterius non poterit vxorem accipere, quia promisit se non exigere debitum carnis quod fuit in eius potestate, & quantum ad hoc tenuit votum, sed non reddere non erat in potestate viri, sed vxoris, vnde di-
cit Apostolus. † Vir non habet potestatem sui corporis sed mulier, & è conuerso, ca. quidam intrauit, de conuers. coniug.
Ratio esse potest. † Quia votum meum obligat me ad id, quod in me est, ideo cum mutuam seruitutem sibi debeant vir, & mulier, & ex quo sunt duo in carne vna, votum non tenuit, respectu primæ uxoris mortuæ, sed respectu futuri matrimonii ad quod transire non potest, quia votum tenet, hic considerandum est, quod. † Inter maritum, & vxorem contrahitur recepto ca, id est repetita obligatio, nam maritus obligatur vxori
&

- & vxor marito, ita quòd neuter habet plenam sui corporis potestatem, c. non debet de confang. affin. hinc est, quòd. † Vxor potest vindicare maritum de iure diuino cum habeat, eum in sua potestate quo ad quid sciret dicimus in patre, qui potest vindicare filium l. prima. §. hanc. ff. de re. vend. capitu. illud
- 5 de præsumpt. † Vnde quæri potest an vxor dans licentiam marito, vt ingrediatur monasterium censeatur ipsa uouisse castitatem dicendum est quòd. † Sola licentia vxoris non sufficiat, vt teneat professio mariti, putarem, quòd vbi vxor fuisset certificata, seu fuisset iuris conscia, tunc dando licentiam tacitè videatur uouere continentiam, & sic non reuocaretur, ingressus mariti, ratio quia qui vult vnum, videtur velle omne id per, quòd peruenitur ad illud cap. prudentiam de offic. deleg. & l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procur. cap. vi.
- 6 8 dua de regul. trans. ad relig. † Sed ingressus mariti non potest irreuocabiler fieri nisi vxor uoueat continentiam, cap. cum sis de conuers. coniug. Ergo licentiam marito ingrediendi, videtur uouere continentiam, gl. in cap. seriatim 22. dist. cap. qui vxorem 33. q. 5. arg. cap. veniens de conuers. coniug. procedit ergo ista tex. in d. cap. Quidam vbi vxor erat istius iuris conscia, & potest argui per istum tex. quòd in hoc casu excusat mulierem ignorantia iuris, verum est, quòd matrimonium contractum, per verba de præsentis scilicet religionis ingressum, & hoc si carnalis copula non est consummata, si vero copula carnalis consummata fuit, confirmat matrimonium, & illud redit fortius. † Ideo consummatum non rumpitur, per ingressum religionis, secus si non est consummatum, gl. not. in cap. 10 qua propter 27. q. 2. Abb. in cap. ex publico. † Sed aduerte, quòd vbi uotum impeditur aliquo facto intrinseco non obligatur uouens ad implendum etiam impedimento cessante,
- 9 11 quòd facit ad quæstionem. † Nunquid filius familias teneatur exequi uotum postquam fuit liberatus, à patria potestate, si est tale, quod non potuit sine consensu patris emitte? d. cap. 12 quidam Inn. contrarium tenet cap. scripturæ deuot. Et † in materia uoti dicendum est, quod illa iuris regula si non ualet quod ago, vt ago ualet, vt ualere potest, de quo in ca. 1. de despons. impub. lib. 6. Vt hic nam maritus, non obligauit se simpliciter, ad continentiam in seculo seruanda sed ad religionis ingressum, qui tamen ualuit, & nihilominus remansit obligatus respectu continentie seruandæ. † Quia continentia includitur


cluditur sub ingressu religionis, vt in cap. ad monasterium, de stat. regula. Sed si vxor habuit ratum factum mariti, post ingressum, quod videtur, quando vxor dedit licentiam marito intrandi religionem, quo casu ingressus tenuit, glo. in ca. 14 vxoratus. Hac igitur ratione. † Maritus post mortem coniugis tenetur redire ad monasterium, quia vxor non contradicit, nec maritum reuocauit, ergo post mortē vxoris maritus non pōt ad seculū redire, secus si contradicit, vt in casu proposito, quia nō videtur peccare, si non perficit votum post mortē vxoris, nam votum fuit nullum respectu ingressus monasterii, cum tunc nō haberet consensum habilem, ad se obligandum, requiritur ergo consensus, de nouo c. proposuit de coniug. ser. Ego in hanc partem me adducerem, quod absque alio consensu deberet valere primus consensus, quia pendeat; ex voluntate propria, & si non valuit à principio tractu temporis conualescere videtur, quia mortua vxor fuit, ergo ingressus talis, quod recipit robur, alias autem esset deludere ingressionem religionis. Ex his habes, quod nō licet marito ingredi religionem inuita vxore, & ei restituitur, nec ex vxore mortua tenetur monasterium repetere, denegatur tamen contrahere matrimonium ideo ex hoc, quod vetatur matrimonium, inclino, quod tutius sit ingredi ad monasterium, ex hac causa, subiiciens me tamen Ianioribus Iuris peritis, moueor conscientia, 15 quia. † Habitus religiosus non est illudendus, & vidi quam plurimos laceratores habitus religiosi bonam vitam ducere.

S Y M M A R I U M.

- 1 Vota possunt elemosynis redimi, vel in aliud commutari intercedente superioris auctoritate, & iusta causa mutandi, vel redimendi.
- 2 Votum peregrinationis, an possit redimi elemosynis, vel commutari in aliud, necessitate instante.
- 3 Votum ex arbitrio superioris, qui consideret qualitatem vouentis, et causam commutationis, an ex infirmitate, vel affluentia diuitiarum, aut alia probabili causa sit commutandum.
Superior super antedictis dispenset.
- 4 Votum an sine causa possit redimi, vel commutari.
- 5 Ieiunia autem necessaria, quæ sunt inducta ab Ecclesia, non possunt commutari, nec redimi, sine causa existenti.
- 6 Ieiunia data per sacerdotem, pro pœnitentia ipsius, arbitrio possunt commutari, sed sine arbitrio secus.

- 7 *Votum emissum calore iracundiæ non ualet.*
 8 *Votum tria habere debet deliberationem, propositum voluntatis, & promissionem subsequentem.*
 9 *Votum ex facilitate emissum an tale votum obligat.*
 10 *Blasphemanti per iracundiam non remittitur pena.*
Nisi esset blasfemia, quæ inducet mentis alienationem, sicut in ebrio.
 11 *Calor iracundiæ quando in totum vitiat consensum, iuramentum, non obligat.*
 12 *Iuramentum factum per iracundiam non obligat.*
 13 *Votum causa mortis non ualet, nec ligat.*
 14 *Vota illa quatuor idest, in voto hyerosolimitano, in voto sancti Iacobi, in voto visitando, limina Apostolorum Petri, & Pauli, & in voto religionis.*

Centesimum Vigessimum Tertium Priuilegium.

- 1  **E**CCLESIA gaudet priuilegio. † Quòd vota possunt Elemosynis redimi, vel in aliud commutari, intercedente superioris auctoritate, & iusta redimendi, vel mutandi causa. † Si igitur quis fecerit votum peregrinationis, queritur utrum tale votum possit redimi elemosynis, vel commutari in aliud, necessitate instante. Respondet
 2
 3 Papa, † quòd hoc pendet, ex arbitrio superioris, ut ipse consideret diligenter qualitatem vouentis, & causam commutationis, scilicet an ex infirmitate, vel affluentia diuitiarum, aut alia probabili causa, ut scilicet peregrinatio, vel commutatio magis sit Deo accepta, & secundum hoc, super hoc dispenset, cap. 1. de vot. & vot. redempt. Ratio hæc esse potest, quòd requiritur arbitrium superioris ob commutationem voti, ut videat causam, quæ magis sit accepta Deo, & secundum eam dispenset. Hic igitur considerandum venit, quòd votum in aliud votum commutari potest, iniuncta auctoritate superioris, &
 4 adiecta iusta causa à superiore consideranda. † Sed quero an sine causa votum possit redimi, vel commutari, vota sunt à principio voluntaria possunt redimi, vel commutari causa existente in vouente, dummodo commutetur, vel pro redemptione det aliquid magis utile, & Deo magis acceptum, hoc tenet, in rubrica Inn. de obseru. ieiun. & sequitur Archid. in cap. præsbiter

sbyter & 2. dist. probatur per c. ex multa in fi. Vbi dicitur alter-
natiuè loquendo, si necessitas exigat, vel utilitas persuadeat,
sufficit ergo alterum illorum, & ex illo tex. infertur ad limi-
tationem, vt tunc commutationem voti, nam ibi dicit, quòd
necessitas, nò suggerit còmutationem voti, quando ne-
cessitas, nò suggerit còmutationem voti, nam ibi dicit, quòd
sufficit necessitas, vel utilitas, ergo in casu necessitatis non re-
quitur melior utilitas, vnde surgit hęc commutatio voti, cum
sit de iure diuino, cap. magna. de vot. & vot. redemp. hęc au-
5 tem respiciunt, vota voluntaria. † Ieiunia autem necessaria,
quæ sunt inducta ab Ecclesia, non possunt commutari, nec re-
6 dimi, sine causa existenti in ipso obligato Inn. in d. Rub. † Ie-
iunia vero data per sacerdotem pro pænitentia ipsius, arbitrio
possunt commutari, sed sine arbitrio secus, sic gl. intelligit in
7 d. cap. presbyter. † Aliquando quis emittit votum calore
iracundiæ, an valeat, dicitur quòd non cap. dudum. de conuer-
sat. coniug. quam Rom. sequitur pro singulari in singularibus
8 suis in singul. incipiente volo commentare, vbi inter alias alle-
gat sanctum Thom. qui dicit, quòd in voto requiruntur. † Tria
deliberatio, propositum voluntatis, & promissio subsequens,
sed in tali casu iracundiæ non est deliberatio, gl. in cap. neque
9 viduas 27. q. 1. aliquando. † Quis emittit votum ex facili-
tate, an tale votum, emissum obligat, & dicendū quòd sic, Host.
10 in summa. de malef. dicit. † Quòd blasphemanti, per iracun-
diam nò remittitur pæna, & hoc limitat Abb. in c. 2. de malef.
Nisi esset tanta blasfemia, quæ induceret mentis alienationē,
sicut de ebrio, capitu. à crapula. de vi. & hon. cl. Et hoc maxi-
mè, quando procedit iracundia, ex iusto furore, secus si in dan-
do operam rei illicitæ, puta post amissionem in ludo, Abb. in
11 d. c. 2. Fely. in cap. si vero, & in cap. sicut. de iur. iur. quòd quan-
do. † Calor iracundię in totum vitiat consensum, iuramen-
tum, non obligat, quādo iracundia inducit cecitatem mentis,
secus si non est tanta iracundia, & ibi dicit Fely. q̄ qñ Ecclesia
12 militans est incerta, de gradu furoris, & de non consensu iu-
rantis, eligit tutiorem partem Rom. in singul. 407. incip. Volo
commentare, vbi dicit, † quòd iuramentum factum, per
iracundiam non obligat l. 2. C. ad l. Iul. maie. Et † an vo-
tum mortis causa valeat, dicitur, quòd non valet, nec ligat, si-
cut nec iuramentum, sicut enim ligat iuramentum propter
periculum mortis, ita nec votum cum paribus passibus ambu-
lent, Abb. in cap. debitores, & c. licet de voto, & vot. redemp.

Sed quis est superior cuius auctoritate, vota possint commutari. † Quo ad quatuor vota solus Papa dispensat, scilicet in voto religionis, in voto gherosolimitano, in voto sancti Iacobi, & voto visitandi limina Apostolorum Petri, & Pauli. Ex his habes, quod votum mutari potest ex causa.

S V M M A R I V M.

- 1 Diocæsanus non debet molestare monasteria, præterquam, pro causa correctionis.
- 2 Oblationes factæ monasterio cedunt monasterio, nec Episcopus valeat sibi vendicare.
- 3 Ep̄s præter correctionem non potest aliquod granam imponere monasteriis.
- 4 Monasteria sunt exempta à communibus obsequiis, nisi aliqua lege specialiter obligentur.
- 5 Monasteria aliqua ita sunt privilegiata, quod non recognoscunt, nisi Summum Pontificem.
- 6 Oblationes, quæ fiunt in eorum Ecclesiis privilegiatis non cedunt, nec Episcopo, nec Ecclesiæ curatæ, sed ipsis locis religiosis.
- 7 Monasteria privilegiata habent Abbates, quibus magis monachi astricti sunt, quàm Episcopo loci.
- 8 Religiosus cuiuscunque ordinis non potest habere peculium. Peculium capitur pro proprio, seu proprietate.
- 9 Religiosus de licentia Abbatis potest habere peculium, seu administrationem peculij.
- 10 Monachi pretio non recipiuntur in monasteriis. Qui dederit, & receperit puniatur.
- 10 Religiosi habentes peculium, nisi ex permisso Abbatis à communione altaris deponetur, si in extremis non restituerit, inter fratres non accipiat sepulturam.
- 12 Ingrediens monasterium sub hac conditione, quod possit retinere bona sua debet, intelligi, quo ad usumfructum.
- 13 Religioso conceditur usumfructus, & denegatur proprietas, ut possit uli aliqua commoditate.
- 14 Religioso expedit non habere, nec usumfructum, nec proprietatem pro salute animæ.
- 15 Legatum factum religioso, ab amico, vel consanguineo, hac conditione, quod non acquiratur monasterio, non valet.
- 16 Legatum factum seruo immediate ius acquiritur Domino.
- 17 Seruitus spiritualis dicitur strictior. Religiosus potest habere administrationem legati sibi facti in casu licito, puta, ut

puta, vt dispensaret ad pios vsus, vel vt conuertat ad vsum vestimen-
torum, vel librorum.
Bona legata non potest administrare, tamquam bona propria.

Centesimum Vigésimum Quartum Privilegium.

1 **E**CCLESIA gaudet priuilegio. † Quòd diocesa-
 2 nus, nò debet molestare monasteria, præter quã,
 pro causa correctionis, nec eis oblata sibi vendica-
 re. Archiepiscopus grauabat monasteria sua, & ea
 quæ offerebantur ibidem, ibi vendicare volebat,
 vnde Papa iubet, nec ipse, nec præbyteri sui, valeant mona-
 3 steria molestare præter causam disciplinæ. † Et si quæ obla-
 4 tiones eis factæ fuissent, nihil sibi debeat vendicare, sed totum
 monasterio proficiat, c. 1. de stat. monach. Ratio fuit hæc, quia.
 5 † Præter correctionem, non pòt Episcopus aliquod grauamen
 6 imponere monasteris. † Nam monasteria sunt exempta à com-
 munib. obsequiis, nisi aliqua lege specialiter obligètur, & hæc
 regula est hic, ad hoc est tex. c. quam sit. in fi. 18. q. 2. Hic consi-
 7 derandum venit, quòd monasteria sunt sub cura Episcoporu
 c. Abbates 18. q. 2. c. cum venerabilis. de relig. dom. † Verum
 sunt, & aliqua monasteria, ita priuilegiata, quòd non recogno-
 8 scunt nisi summum Pontificem, hinc est, quòd. † Oblationes
 quæ fiunt in eorum Ecclesijs, nò cedunt nec Episcopo, nec Ec-
 clesie curatæ, sed ipsis locis religiosis, quibus à fidelibus offerri
 contingit cap. nimis. de excels. prælat. Et aduertè, quòd † Mo-
 nasteria illa priuilegiata habent Abbates, quibus magis mo-
 nachi astrièti sunt, quam Episcopo loci glo. in capit. qui resistit
 11. q. 3. Olim quodlibet monasterium recognoscebat præla-
 tum per se, sed hodiè multæ sunt religiones, ad inuicem col-
 lecte habentes patrem Abbatem, cui obedientiam præstant, &
 qui, ob eius negligentiã, deponi potest, c. si quis Abbas 18. q. 2.
 eo maxime, quando monachos, & exigentia monasterii non cu-
 rasset. Hinc inferitur, quòd. † Nullus religiosus cuiuscunque
 ordinis potest habere peculium, et hic capio peculium pro pro-
 prio, seu proprietate, l. cogi. ff. ad Trebel. Quòd est intelligen-
 dũ de religiosis strictè sũptis, scilicet qui profitent illa tria sub-
 stantialia regulæ, paupertatè, obediètiæ, & castitatè, c. eũ ad mo-
 nasteriũ de st. monac. Nam isti propriè dicunt strictè religiosi,
 Sed

9 † Sed an de licentia Abbatis possunt habere peculium, seu
 administrationem peculii, & dicendum, quod sic, quod ta-
 men intelligendum, pro utilitate monasterii, vel pro se ipso
 alendo cap. insinuante qui cler. vel vo. secus autem, si vellet
 habere, vt disponderet, ad libitum, quia tali casu Abb. Hoc non
 posset concedere, quinimo, nec Papa cap. Cum ad monaste-
 10 rium allegatum, vnde Lateranense Concilium statuit. † Quod
 monachi precio non recipiantur in monasteriis, nec quod so-
 li per parochias habitent, quia non est, qui subleuet eum si
 11 ceciderit, & qui dederit, & receperit puniatur. † Et qui pe-
 culium habuerit, nisi fortè ab Abbate fuerit ei, pro iniuncta ad-
 ministracione permiffum, à communione Altaris deponen-
 tur, & qui cum peculio in extremis inuentus fuerit, & non re-
 stituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat se-
 pulchram, & ita hic vides, in quam pœnam incurrunt contra-
 12 facientes. † Sed si quis ingrederetur monasterium, sub hac
 conditione, vt valeret retinere bona sua, debet intelligi, quo
 ad vsufructum, tex. in l. si vno .ff. loc. Ergo retinendo vsufru-
 ctum videtur retinere peculium, sed aduertè, quod superius
 13 dixi de peculio, idest proprietatè. † Vnde vsufructus conce-
 ditur, vt vt valeat aliqua commoditate, sed proprietates dene-
 gatur, cum non studeat, cui sit relinquenda, vel quod bene, vel
 male se habeat, & ita deuietur ab orationibus, sed ego sum in
 14 hac opinione. † Quod tutius sit, pro salute animæ, vt non
 habeat ne dum vsufructum, nec proprietatem, sunt enim di-
 uersa, quæ in eodem subiecto remanere non possunt, considera
 illa tria substantia, quæ promiffisti tempore tui ingressus in
 monasterium, non ne promiffisti castitatem, obedientiam, &
 paupertatem, si tibi cura erat rebus secularibus gaudere, libe-
 ra erat voluntas à principio, sed postquam, à religione capta
 fuerit, non licet salua conscientia in rebus secularibus immi-
 scere, caueant igitur religiosi, qui talia faciunt, sumpta hac
 15 occasione. Quæri potest de not. † Quæstione, quid si ab ami-
 co, vel à consanguineo religioso aliquid relinquatur hac adie-
 cta conditione, vt nihil acquiratur monasterio, nunquid va-
 leat relictum, & videtur quod non, quia continet in se repu-
 gnantiam, nam si relinquatur religioso, ergo necessario mo-
 16 nasterio, 18. q. 1. cap. vnico. † Nam si quid relinquatur ser-
 uo immediatè ius acquiritur Domino ita, quod per momen-
 tum ius non consistit in persona serui l. placet .ff. de acq. hered.
 reli-

religiosus autem est magis attrictus monasterio, quam seruus
 17 Domino, unde † Seruitus spiritualis dicitur strictior 54. dist.
 inc. multos, vide in simili, per Inn. & alios in cap. in presentia.
 de probat. Ergo tale relictum non debet valere, saltem quo
 ad sui formam, arg. in cap. sollicitudinem. de appel. & in reg.
 ubi repugnantia. ff. de reg. iur. unde in hac quaestione Bar. in
 Auth. excipitur contra C. de bon. quæ lib. concludit, vt reli-
 ctum valeat, debent illa verba intelligi, vt nihil acquiratur mo-
 nasterio scilicet respectu utilitatis, non autem respectu iuris,
 & est sensus, vt monasterium permittat conuiuentibus oculis
 illum habere administrationem relictæ, sicut & seruus dicitur
 habere proprium, vt in l. 3. ff. de manum, facit quod legitur,
 & not. in l. Lucius §. tres hæredes. ff. ad Trebell. Hoc dictum,
 vt salua sit auctoritas Bar. intelligitur quando religiosus habe-
 ret administrationem illius relictæ, in casu licito puta, vt dispen-
 sare ad pios vsus, quod etiam est licitum religioso, vel, vt con-
 uertat ad usum uestimentorū, uel librorum, indirectè tamen
 his ultimis casibus aliqua utilitas acquiritur monasterio, quia
 releuatur ab his oneribus, non tamen debet intelligi, vt ad li-
 bitū religiosus illa bona administraret, tanquam propria, quia
 etiam Papa hoc facere non posset, vt in d. cap. cum ad mona-
 sterium, sed dubium est, ultra Bar. Quid si Abbas nolet con-
 sentire, vt iste habeat administrationem, credo, quod relictum
 non valeat ex defectu conditionis, & sic remanebit pænes gra-
 natum, l. vnica C. de caduc. toll. Ex his habes diocesano non
 licere molestare monasteria, nisi ex causa disciplinæ, nec obla-
 ta eis auferre immo proficiant.

S V M M A R I V M.

- 1 Cecus, & pauper non tenentur ad collectas.
- 2 Ecclesia est clypeum miserabilium personarum.
- 3 Afflictio non est danda afflictio.
- 4 Creditor si consentit, vt res obligata vendatur, non per hoc videtur re-
mittere ius suum.
- 5 Ecclesia de dote sua non tenetur soluere tributum.
- 6 Caci & pauperes sunt miseratione digni.
- 7 Elemosyna de pedagio illicito, restitutioni subiecto, non est facienda.
- 8 Pedagia clerici, seu vectigalia etiam licitè statuta per Dominos tempo-
rales soluere non tenentur.

Peda-

- 9 Pedagium est onus personale, et persona clerici nullo modo est subiecta laico.
- 10 Gabellam an possit clericus fraudare, nedum clericus, sed etiam omnes extranei licite defraudant, seu non solvunt, ex quo non est legitime impositum.
- 11 Episcopi possunt facere Ecclesias censuales, imponendo nouum censum Ecclesie.
- 12 Episcopi auctoritas, ubi interuenit, non presumitur collusio.
- 13 Episcopus bona Ecclesie, sine causa, alienare non ualet.
- 14 Monasteria tenentur contribuere in uisitationibus, quas facit Archiepiscopus licet monasteria sint exempta a lege diocesana.
- 15 Hospitalia quacumque sint, an Archiepiscopus, uel Episcopus uisitare possit.

Visitare potest in tribus casibus.

Centessimum Vigessimum Quintum Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet priuilegio, quod. † Cæcus, & pauper non teneantur ad collectas, fuit ergo conquestus quidam cæcus coram Papa, quod ipse compellebatur ad soluendas collectas, pariter cum aliis, non habito respectu ad cecitatem suam, unde eius Beatitudo mandat Episcopo loci, quod hoc fieri non permittat, c. licet de cens. Ratio fuit hæc, quia iniquum est eum, qui taliter afflicus est, in collecta affligere, cum ei debeat potius, ex collecta, si esset necessitas subueniri, hic igitur considerandum. † Quod Ecclesia, est clypeum miserabilium personarum, & † quod afflictio non est danda afflictio, sed quando consensisset soluere, quo casu censetur sibi præiudicare, aut prædia erant tributaria aliis, quam Patrono, & tunc si patronus contulit, de consensu dominorum, uideatur domini remisisse ius, quod habent, arg. l. cius. ff. de pign. act. Quod intelligo, in dotè necessaria facta Ecclesie, alias autem uideretur dominus consensisse, ut transeat cum onere suo, arg. l. sicut. ff. quibus modo pign. vel hypot. sol. ubi patet.
- 2
- 3
- 4 † Quod creditor habens rem obligatam consensit, ut vendatur, non per hoc uidetur remittere ius suum cap. ex literis de pign. aut domini contradixerunt, & non ualet, quod agitur, arg. cap. potuit si autem dominus ignorauit, credo distinguendum, pro ut distinguit, gl. in cap. secundum canoniam

5 cam 23. q. 8. quæ est memoria digna. † Quia Ecclesia de do-
 te sua non tenetur ad tributum, ideo si soluitet quoquomodo
 non intelligeretur sibi præiudicasse, nisi tributum antea esset
 impositum rei datæ postea in dotem Ecclesie, quia tunc de
 ea soluitur decima, gl. in c. 1. de cens. sed cum dicatur in tex.
 6 † Quod illi cæci, & pauperes sunt miseratione potius digni,
 7 quam collectis affligedi, potest de tali questione queri. † An
 de pedagio illicito, restitutioni subiecto, elemosyna sit facien-
 da, & dicendum, quod non cap. ex transmissa. de decim. c. in
 8 summa 14. q. 5. Scias tamen. † Quod clerici non tenentur sol-
 uere pedagia, seu vectigalia etiam licite statuta per dominos
 9 temporales. † Quia pedagium est onus personale, & persona
 clerici nullo modo est subiecta laico, dic. vt in cap. quamquam
 10 de cens. lib. 6. & ex hoc inferitur questio ad questionem. † Nun-
 quid clericus possit libere fraudare gabellam, dic. quod nedum
 clerici, sed etiam omnes extranei licite defraudant, seu non
 soluunt, ex quo non est legitime impositum, quia non cadit
 fraus proprie hoc casu, sed potius, quis euitat grauamen, sed
 ipsi ciues, qui communi consensu, sibi imposuerunt, non li-
 cite fraudant, quia in eorum præiudicium non bene potue-
 runt hoc statuere, & hæc sunt de mente Bart. in l. vectigalia
 11 ff. de public. † Verum Episcopi possunt facere Ecclesias
 censuales, imponendo nouum censum Ecclesie, cap. constitu-
 tus. de relig. dom. & cap. cum venerabilis. de cens. Et hoc in-
 12 tellige ex iusta causa, sed sine causa iusta non potest. † Ta-
 men vbi interuenit auctoritas Episcopi, non præsumitur col-
 lusio, arg. in cap. nisi. de præbend. & ita auctoritas Episcopi,
 13 non sufficit, vt Ecclesia efficiatur censualis. † Nam que-
 madmodum Episcopus non ualet alienare bona Ecclesie, sine
 causa. capit. sine exceptione. duodecima. questione secunda.
 Ita & fortius nec censum imponere, cum sit quedam alie-
 14 natio iuris Ecclesie, verumtamen. † Monasteria tenen-
 tur contribuere in visitationibus, quas facit Archiepiscopus,
 licet igitur, quod monasteria sint exempta à lege diocesana,
 vt in capitu. dilectus. de off. ordi. Tenentur nihilominus ad
 procuracionem præstandam, ratione visitationis, ex quo in-
 fertur, quod illa Theorica est falsa, quæ habet, quod ea,
 quæ consistunt in dando, sunt de lege diocesana, nam pro-
 curatio consistit in dando, tamen ab ea monasteria sunt exem-
 pta, de quo vide, quid dixit Abba, in capitu. primo. de


15 ft. regul. hinc queritur. † An Archiepiscopus, vel Episcopus possit visitare hospitalia qualiacunque sint, vide per Fed. conf. 46. Et concludere tres casus. Primus quando certum est hospitalia esse religiosa, vt puta auctoritate Episcopi fundata, & hæc indubie visitantur per Episcopum, & Archiepiscopum c. 1. de cens. lib. 6. Secundus casus quando constat, quod sint fundata auctoritate Episcopi, sed habent signa religionis, & publicitatis, vt quia habent campanile cum campana, & ibi publicè celebratur quotidie, quia præsumptio est, quod sint religiosi, vt not. Arch. de consec. dist. 1. cap. nemo Abb. in cap. patentibus, de priui. Tertius casus est, magis dubitabilis, quando constat, quod sint hospitalia priuata, & sentit Fed. Quod poterit adhuc visitare, ex quo sunt deputata ad vsus pios, loquitur tamen de hospilali infectorum, vel leproforum, cap. 2. de Eccl. edif. Sed fortasè in hoc casu est distinguendum, quod aut viuit ille, qui hospitale erexit, & non poterit Episcopus eo inuito illud visitare, quemadmodum, & domum propriam alicuius priuati, aut ille decessit, & voluit hospitale remanere in suo statu, & tunc superior potest illud visitare, arg. in Auth. de Eccl. tit. 5. Si quis ædificationem, & facit quod duxit Abb. in cap. in ter dilectos, de donat. Ex istis habes in specie, quod cæci, & pauperes non tenentur ad collectas, cum esset ad dere afflictionem afflicto, sed miserendi.

S Y M M A R I V M.

- 1 Pensiones antiquæ, sunt soluendæ, ad antiquam monetam, siue ad eius estimationem, si non est in vsu.
- 2 Pensio est soluenda secundum quod ab initio fuit constituta.
- 3 Filius debita patris soluere tenetur, ita prælatus sui prædecessoris, pro Ecclesiæ necessitate contracta.
- 4 Ecclesia an teneatur ultra vires hereditarias, si non consecit inuentarium.
- 5 Hereditas delata Ecclesiæ intelligitur delata in quantum non est onerosa.
- 6 Prælatus, qui mutuat pecuniam ipsius Ecclesiæ aliis, non dicitur malè administrare res Ecclesiæ, ideo non incidit in penam legis.
- 7 Elemosynam indigentibus Ecclesia facere tenetur.
- 8 Prælatus obligans Ecclesiam, pro debitis alienis, ipso facto suspenditur ab administratione temporalium, & spiritualium, & Ecclesia non tenetur

- tenetur.
- 9 Prælati, qui Ecclesia pro alienis debitis gravat, si fideiubeat pro alio, si recipiat mutuum siue alienam obligationem in se, incurrit in penam suspensionis.
- Idem si recipit mutuum profecto suo, obligando Ecclesiam, nisi receperit pro sua sustentatione.
- 10 Prælati suspensi, an incurrat irregularitatem celebrando.
- 11 In panis stricta interpretatio fieri debet.

Centesimum Vigessimum Sextum Privilegium.

- 1  CCLESIA gaudet privilegio, quod. † Ad antiquam monetam, vel si non est in usu, ad eius estimationem soluendę sunt pensiones antiquę, unde Rector Ecclesię soluebat certam pensionem annuatim canonicis maioris Ecclesię, & illam aliquot annis soluit ad monetam antiquam, in qua pensio fuerat ab initio constituta, postea alia moneta maior fabricata fuit, canonici exigebant pensionem sibi solui de meliori moneta, ex integro hinc mandat Papa quibusdam, quatenus canonicos illos faciant manere contentos solutionis prioris pecunię, vel si non est usu, contenti sint estimatione pensionis antiquę cap. pen. de cens. Ratio autem hæc esse potuit, quia initiu spectatur, ideo si moneta non est in usu, in estimatione soluendę sunt pensiones, quadere animadvertendum est, quod. † Pensio soluenda est secundum, quod ab initio fuit constituta, satisfaciendum est ergo de debito secundum monetam currentem tempore contracti debiti, & si illa non est in usu, debet solui estimatione, ex quo inferitur, quod ex quo pecunia non est in usu, non potest solui debitum, licet esset in usu tempore debiti contracti, de quo per Inn. & Host. in cap. quanto de iur. iur. & per Bal. in l. Paulus ff. de solut. hic advertendum censeo, quod. † Sicut filius debita patris soluere tenetur, ita prælati sui prædecessoris, pro Ecclesię necessitate contracta, cap. 1. de solut. Hinc questio notabilis in ecclesia. † An Ecclesia teneatur ultra vires hereditarias, si non confecit inventarium, gl. in cap. 1. de testam. sentit, quod sic Bal. contrarium tenet in l. fi. C. de iure delib. & expressius Bar. in l. 1. C. de sac. san. Eccl. Nam fiscus non te-


5 netur, vt not. in d. l. si. ergo nec Ecclesia. † Hereditas enim de
lata Ecclesie, intelligitur delata in quantum non est onerosa,
ne indirecte alienentur bona Ecclesie not. in Auth. sicut C. de
6 sac. sanc. Eccl. † Sed quid si prelati, qui mutuam pecuniam
ipsius Ecclesie aliis, non dicitur res Ecclesie male administra-
re. ideo non incidit in penam, de qua in c. Si quorundam. de
7 soluz. quia. † Cum Ecclesia teneatur facere elemosynam in-
digentibus 16. q. 1. c. quoniam, ita & pecuniam mutuare, &
not. hoc singul. dictum, non ergo potest redargui prelati, si
mutuat indigentibus pecuniam Ecclesie, sed hoc intellige
8 quando Ecclesia abundat, verum. † Si prelati obligaret
Ecclesiam pro debitis alienis, ipso facto est suspensus ab ad-
ministracione temporalium, & spiritualium, & Ecclesia non te-
9 netur d. cap. Si quorundam, ideo. † Hic nota, quod pena hu-
ius cap. habet locum in eo, qui grauat Ecclesiam pro alienis
debitis, ex quo infertur, quod siue prelati fideiubeat pro
alio, siue recipiat mutuum, siue alienam obligationem in se,
semper incurrat penam d. cap. idem si recipit mutuum pro fa-
cto suo, obligando Ecclesiam, nisi receperit pro sua sustentatio-
ne, secundum Doc. Nam tunc non obligat pro alienis debitis,
10 sed propriis ipsius Ecclesie. In dubium venit. † Nanquid sus-
pensus tali casu, de quo supra incurrat irregularitatem cele-
brendo, Host. tenet, quod sic, per ca. 1. de re. iud. lib. 6. Contra-
rium tenuit hic Io. And. Quia non est suspensus ab officio, id est
ab ordine, sed ab administracione Ecclesie, tam in spirituali-
bus, quam in temporalibus, & hoc videtur verius, maxime.
11 † Quia in penis debet fieri stricta interpretacio, cap. is qui. de
sent. excomm. lib. 6. Esto ex his memor, quod pensio debet
soluti de pecunia currenti tempore contractus, & si non est in
usu, soluitur aestimatio.

S. V. M. M. A. R. I. U. M.

1. Altare motum, vel lapis fractus reconsecrabitur.
2. Oleum non consecratum potest commisceri. Oleo consecrato, & totum erit consecratum.
3. Magis dignum trahit ad se minus dignum.
4. Vinum simplex, si commisceatur cum uino consecrato, an efficiatur totum sacrum, nam si post transubstantionem factam per sacerdotem in altari apponeretur vinum in Calice remanet vinum, nec assumitur natura sanguinis

- sanguinis Christi.
- 5 Sanguis non est sine corpore.
 - 6 Corpus Christi cum sanguine sicut verum in Hostia est, ita in Calice est verum corpus Christi cum sanguine.
 - 7 Altare, vel Ecclesia quibus modis reconsecratur, vel reconciliatur.
 - 8 Ecclesia reconciliatur per effusionem sanguinis, et per effusionem seminis. Item si excommunicatus in ea sepeliatur. Item si notorie ab excommunicato fuerit consecrata.
 - 9 Ecclesia cuius expensis reconcilianda.
 - 10 Ecclesia reconcilianda expensis Episcopi, vel expensis violatoris, si scitur, Episcopus, si consecrauit Ecclesiam indotatum, potest eogi de redditibus sua Ecclesie, vel patrimonij sui illam dotare.
 - 11 Ordinis Episcopalis, quae non sunt committi non possunt non Episcopo.
 - 12 Consecratio virginum, ordinatio clericorum, consecratio Ecclesiarum, & similia incumbunt Episcopo. Quae tamen sunt iurisdictionis demandari possunt.
 - 13 Papa non potest dare potestatem non sacerdoti conficiendi Corpus Christi, quia illud est distributum in dispositione diuina.

Centessimum Vigessimum Septimum Privilegium.

- 1  CCLESIA gaudet privilegio, quod. † Si Altare motum fuerit, vel lapis fractus fuerit, Altare, reconsecrabitur. † Et oleum non consecratum potest commisceri oleo consecrato, & totum erit consecratum, unde casus est, quod Altare motum fuerit, vel tabula superior enormiter fracta, debet iterum consecrari. Item oleum consecratum potest immisceri oleo non consecrato, & dicetur totum consecratum, cap. quod in dubijs de consec. Eccl. vel Alt. Ratio esse potuit, quia lapis mota, vel enormiter fracta debet iterum consecrari, & oleum praedictum etiam
- 3 consecratur. † Quia magis dignum trahit ad se minus dignum, hic igitur considerandum, quod ea, quae religiosis adherent, religiosa censentur, si oleum non sanctum, immixtum cum oleo sacro, totum
- 4 sacrum efficitur, quid erit. † Si vinum simplex commisceatur cum vino consecrato, an efficiatur totum sacrum, nam si post transubstantiationem factam per sacerdotem in Altari apponeretur, vinum in calice, remanet vinum, nec assumit naturam sanguinis Christi cap. cum Marthe. de cele. Miss. Doc. solvunt tripliciter. Prima, quod

quòd oleum consecratum non desinit esse oleum, stat ergo in sua natura, ideo commistum cum alio oleo, fit confusio, sed vinum post consecrationem desinit esse vinum, & efficitur sanguis Christi, ideo cum fuerit vinum alterius naturæ, non fit commistio, credo etiam, quòd alia ratio fortior dari potest, nam post consecrationem, non est ibi purus sanguis Christi, quia. † Non est sanguis, sine corpore, vt not. d. cap. cum Marthe. vnde. † Quemadmodum in Hostia est verum corpus Christi cum sanguine, ita in Calice est verum corpus Christi cum sanguine, & ibi videbis, quare sunt ista duo sacramenta, & non vnum tantum, merito vinum, postea impositum, vel alius liquor non transit in sanguinem, quia non est ibi purus, liquor sanguinis, & hæc ratio iudicio meo fortius stringit, quàm ratio Doct. Secunda ratio, quia sicut sanguis est in commutabilis, ita est in commistibilis. Tertia, quòd hoc procedit virtute sacramenti, sed alia præcedens mihi verior videtur, sed videamus. † Altare, vel Ecclesia quibus modis reconsecratur, vel reconciliatur, Primus enim est casus cum dubitatur, an Altare fuerit consecratum, Secundus casus quando mensa Altaris est mora, Tertius quando enormiter fracta, c. ligneis eo. ti. † Primus casus in quo Ecclesia polluitur, & indiget reconciliatione, est per sanguinis effusionem, Secundus per effusionem seminis, Tertius quando Ecclesia fuit reparata in aliis etiam duobus casibus reconciliatur Ecclesia, vt si in ea sepeliatur excommunicatus, vel si notoriè ab excommunicato fuerit consecrata, debet iterum reconsecrari, quid si ex temporis vetustate tectum destructum, & consumptum corrueret, firmis remanentibus parietibus, & firma remanente mensa Altaris, tamen passa modicum damnum, reparato tectò, & Altari, non debet consecrari, cum paries in sua integritate permanferit, nec Ecclesia, nec Alta re propter causam prædictam, debet denuo consecrari, cap. ligneis eo. tit. † Sed quando casus euenerit, cuius expensis, debeat venire Episcopus ad Ecclesiam reconciliandam, cap. conquerente de offic. ord. dicit, quòd Episcopus debet hoc facere expensis suis, quia propter hæc, & similia habet redditus, nec obstat cap. cum sit Romana. de simon. Quia loquitur in consecratione, & hæc opinio placet arg. cap. 1. de cens. lib. 6. sed alii, vt refert hic Io And. distinxerunt, aut scitur, quis violauit Ecclesiam, & est soluendo, & tunc expensis illius debet reconciliari, arg. cap. si. de

si. de iniur. & in l. 1. ff. de eo. per quem fa. eri. aut nescitur, vel non est soluendo, & tunc recurrendum est ad consuetudinem & statutum Ecclesie, quibus deficientibus rector, & Parochiani debent procurare Episcopum, d. cap. cum sit Romana, in defectum omnium debet Episcopus facere suis expensis arg. cap. cauendum 1. q. 3. & hanc opinionem tenet Io. de Lign. in clem. 1. de cel. Miss. & cum ea concurrunt multi Doc. mihi etiam placet, hæc opinio hac ratione accedente, quòd.

10 † Si Episcopus consecrauerit Ecclesiam indotatam, potest cogi de rebus suæ Ecclesie, vel patrimonii sui illam dotare, Abb. in cap. cum sicut. de consec. Eccl. vel. Alta. Sed ad subterfugiendum hoc, ne possit aliquando, defraudari, vt ductus opinione, quòd Ecclesia sit dotata accedat ad eam consecranda, an possit delegare, regula est in materia delegationis

11 quod. † Ea quæ sunt ordinis Episcopalis non possint committi non Episcopo, multa enim sunt, quæ non possunt fieri nisi per Episcopos, tamquam dependentia ab ordine Episcopali

12 vt. † Cõsecratio virginum, ordinatio clericorum, consecratio Ecclesiarum, & similia de quibus vide, tex. in c. quamuis dist. 68. Ea vero, quæ sunt iurisdictionis demãdari possunt, etiã nõ Episcopis ex quo infertur, quòd potestas excommunicandi potest committi, etiam non Episcopis, & idem de omnibus, quæ Episcopus consequitur in sola confirmatione de quibus, in cap. transmissam. de elect. & ad prædicta glo. est sing. memoria digna in cap. peruenit 95. dist. Quæ dicit, quod nihil habet Episcopus, quod sit meri Imperij, quod non sit delegabile, aduertè distinctionem, scilicet, quo ad iurisdictionem, secus quo

13 ad ordinem, vnde in illa glo. Ibi not. quòd † etiam Papa non potest dare potestatem non sacerdoti cõficiendi corpus Christi, quia indispositione diuina illud est distributum ordini sacerdotali, vt in cap. 1. §. vna. de sum. trin. Ex his habes quando Altare motum debeat iterum consecrari, & quando oleum non consecratum misceatur consecrato totum fit consecratum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Sacerdoti sufficit semel in die celebrare, exceptis duobus casibus necessitate & festo natiuitatis.
- 2 Sacerdos de facili incurrit in cupiditatem.
- 3 Necessitas facit de illicito licitum.

Sacerdotes

- 4 Sacerdotes dicentes missam principaliter propter intentionem lucri temporalis committerent simoniam mentalem.
- 5 Sacerdotes tenerentur agere penitentiam, lucrum autem reddere non tenerentur, si Missam propter lucrum celebrauissent.
- 6 Canonici vadunt ad officium principaliter propter distributiones quotidianas.
- 7 Missæ tres, in nocte Natiuitatis significant statum ante legem, statum sub lege, & statum gratiæ.
- 8 Vtilitas accipitur pro re concernente salutem animæ.
Vtilitas non dicitur semper lucrum.
- 9 Sacerdos potest superueniente aliqua magna persona Missam iterum celebrare.
- 10 Missæ profunt viuis, & defunctis.
- 11 Sacerdos, qui Missam celebrat, vt Deus aliquem deperdat, deponendus est.
- 12 Missam audientes debent principaliter illam audire, ad gloriam Dei, & sanctorum.
Non vt lucra consequerentur, seu eorum census multiplicetur.
- 13 Sacerdos, si in peccato mortali celebrat, & omittit conficere Corpus Christi, vt indignus, an minus malum fecerit, in non conficiendo.
- 14 Missam celebrare, qui pro sui criminis conscientia reputat, se indignum grauius peccat, si se ingerit irreuerenter.
- 15 Sacerdos in peccato conficiens in solius misericordia Dei manum incidit, qui simulat conficere in Missa Deo, & populo se constringit.
- 16 Sacerdos grauius peccat non consecrando cum celebrat, quam consecrando in peccato mortali.
- 17 Sacerdos existens in peccato mortali, et celebrans offendit Deum conficit sacramentum, tamen non ita prodest populo malus sacerdos, sicut bonus.
- 18 Sacerdos bonus magis exauditur, dum orat pro populo, quam malus.
- 19 Sacerdos non debet celebrare in peccato mortali, sed confiteatur, nec sufficit sola contritio, vel propositum confitendi.
- 20 Sacerdos an possit celebrare post confessionem non expleta penitentia sibi iniuncta, deuotius, vt prius expleatur, non tamen necessariam est.
- 21 Sacerdos in celebratione debet esse ieiunius, quando Sacramentum sumit.
- 22 Corpus Christi sumens de mane, debet differre cibum naturalem vsque ad sextam, & si tunc sumpsit, differrat vsque ad vesperras.
- 23 Miraculum dicitur, quod contingit contra naturam.
- 24 Deus est supra naturam.

Centesimum Vigesimalum Octauum Priuilegium.

ECCLESIA gaudet priuilegio, quòd † Sacerdoti
 sufficit semel in die celebrare, exceptis duobus
 casibus, scilicet necessitate, & Festo natiuitatis.
 Fuit hoc quæsitum a Papa, vtrum sacerdos possit
 celebrare plures missas eodem die, respondet Pa-
 pa quòd excepto die natiuitatis sufficiat Sacerdoti vnâ mis-
 sam celebrare, nisi necessitas immineat, cap. consulisti. de ce-
 leb. miss. ratio autem hæc esse potest, quòd † ita fuerit decreta-
 tum ob euitandam cupiditatem, in qua de facili sacerdos in-
 currere posset, unde animaduerte, quòd † necessitas facit de
 illicito licitum, & quòd ob lucrû captandum aliqui sacerdotes
 plures Missas celebrarent vna die, & ita committerent pec-
 catum. † Nam dicentes Missam principaliter propter inten-
 tionem lucri temporalis committerent simoniam mentalem,
 vnde. † Tenerentur agere penitentiam licet lucrum redde-
 re non tenerentur, ex quo pactum expressum non interuenit.
 idem. † Dicendum de canonicis, qui vadunt ad officium prin-
 cipaliter propter distributiones, quotidianas gl. in cap. vno. de
 cleri. non resi. lib. 6. cap. si. de simo. excipit duos casus præmis-
 sos, primus in die Natiuitatis Domini, in quo die tres Missæ, pro-
 pter misterium celebrantur, quoniam † per illas tres Missas
 repræsentatur triplex status, scilicet, status ante legem, sub le-
 ge, & status gratiæ, secundus casus necessitatis, vt si de die
 sacerdos celebrauerit, & postea etiam moriatur aliquis, vel
 etiam causa honestatis, & vtilitatis, & aduertè, quòd illud ver-
 bum vtilitatis, respicit tertiam personam, quæ vtilitateam re-
 cipit Missam audiendo. Et † Ita hic accipitur vtilitas pro re
 concernente salutem animæ, non autem dicitur vtilitas, idest
 lucrum, & † Si Missa dicta de die, superueniat aliqua magna
 persona, quæ velit Missam audire, poterit tali casu sacerdos aliã
 Missam dicere, c. 1. & 2. eo. tit. alias sufficit, vt quis vnã Mis-
 sam in die celebret c. sufficit de conf. dist. 1. Vnde hic notandû
 est, quòd. † Missæ profunt viuis, & defunctis, c. animæ defuncto-
 rum 13. q. 2. † Sacerdos tamen, qui Missam celebrat, vt Deus
 aliquem deperdat si hoc compertum esset, talis sacerdos est
 deponendus, quia abutitur tanto sacramento, gl. in c. dictum 1.
 12 q. 1. Hinc infertur, quòd. † illi, qui Missam audiunt debent

Aaa principa-

principaliter etiam audire ob reuerentiã Dei, & sanctorũ, non autem ob aliam deuotionẽ, puta, vt lucra consequerentur, seu
 13 earum census multiplicetur. Et † sacerdos in peccato mortali constitutus, si Missam celebrat, sed propter conscientiam dubitat celebrare, peractisque cæteris circumstantiis Missam celebrare se finxit, & suppressis verbis, quibus conficitur Corpus Christi panem, & vinum solummodo purum sumpsit, credens per hoc populo satisfacere, & Deum non prouocare, dubitatur, quid de hoc præbytero videatur, an minus malum fecerit, quam conficiendo, vnde à Papa fuit responsum, quòd falsa remedia sunt abiicienda, quæ sunt veris periculis grauiora,
 4 licet † Enim ille, qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, grauius peccat, si se ingerit irreuerẽter, ad illud, grauius tamen offendit, qui sic fraudulenter sumpserit simulare, quia ille. † Qui verã conficit, in solius misericordia Dei,
 15 manum incidat, iste vero, qui sic simulat, Deo & populo se constringit, quia taliter decipit, Missa est audienda ob reuerentiam, & deuotionem passionis Domini nostri Iesu Christi, & à sacerdote dicenda pari reuerentia, & deuotione, ideo.
 16 † Grauius peccat non consecrando, dum celebrat, quam consecrando in peccato mortali, nam. † Sacerdos existens in peccato mortali, & celebrans non offendit populum, sed Deũ, & conficit verum sacramentum, non tamẽ ita prodest populo
 18 malus sacerdos, sicut bonus. † Quia licet vterque verẽ conficiat, tamen citius exauditur bonus præbyter, dum orat pro populo, quam malus, vt in cap. ipsi sacerdotes 1. q. 1. & 3. q. 7.
 19 cap. in grauibus. Hinc est. † Quòd Sacerdos, non debet celebrare, si sciat esse in peccato mortali, aut alio peccato, nisi prius confiteatur, nec sufficit sola contritio, vel propositum confitendi, ex quo de præsentì potest confiteri, quod multi sacerdotes malè obseruant, per hoc aliqui Doc. tenent falsam esse opinionem eorum, qui dicunt sufficere contritionem, cum proposito confitendi semel in anno, hunc articulum vide per Abb. in cap. omnis vtriusque sexus. de penit. & remiss. Et qui vult tenere illam opinionem respõdetur, quòd loquitur de eo, qui non est contritus de peccato, sed perseuerabat in eo, & quamuis crederem illam opinionem veram in nõ debente celebrare, tamen in sacerdote tutum est tenere opinionem,
 20 quam sentit gl. in cap. nihil 7. q. 1. † Quinimo in sacerdote, dubitatur nunquid possit celebrare post confessionem, non
 exple.

expleta pœnitentia sibi iniuncta, & deuotius est, vt prius expleatur, non tamen necessarium est, dummodo non sit in mora, ipsam explendi, de quo est bona gl. in cap. de his dist. 50. & per Inn. in cap. omnis allegato, si igitur requiritur, vt sacerdos extiterit confessus. † Pari modo ob reuerentiam sacramenti requiritur, debet esse ieiunus, quando sacramentum sumit, ita post sumptum sacramentum, debet stare ieiunus e ratione, ne cibus naturalis secundum opinionem quorundam admisceatur sacris, & ideo dicit text. multum notabilis in c. 21 tribus. de consec. dist. 2. Quod, † si quis sumpsit Corpus Christi de mane, debet differre cibum naturalem vsque ad sextam, & si sumpserit in tertijs debet differre vsque ad vesp̄as, licet non obseruetur, & malè, nam opinio videtur magis communis, quòd Corpus Christi, & sanguis tam diu durat, quam diu durat accidentia panis, & vini, & sic oportet differre per tantum tempus, quo verisimiliter illa accidentia, & per consequens Christi Corpus non sit amplius in corpore recipientis, fuit tamen opinio quorundam, quòd immediatè, quo præmittitur dentibus definit ibi esse Corpus Christi, quæ tamen opinio non tenet cap. si quis per æbrietatem. de consec. distin. 1. Animaduertant igitur sacerdotes, quòd maximum onus sibi ipsis maximum iniunctum est, eorum dignitas verè præfertur omnia alia dignitate, maxima est, & admirabilis, sint igitur cauti, vt rectè agant, & veluti speculum se cœteris ostendunt, & si omnes in hac Republica Christiana tenentur saltem semel in anno assumere Eucharestiam, optimum est non ignorare, ex qua ratione communicantibus tantum datur Eucharestia, & non sanguis, quia recipiendo Eucharestiam recipit Corpus, & sanguinem, nec est necesse, vt iterum recipiat sanguinem, quia vt dixi, cum sanguine est integrum Corpus, sed sacerdos vtitur, his duobus sacramentis, ad representandum passionem Christi. † Si miraculum dicitur, quòd contingit contra naturam non potest dari aliqua similitudo, quòd mutetur subiectum, remanentibus prioribus accidentibus, licet non possint reddi rationes, sed similitudines, tamen nobis deseruiunt, quòd sicut cibus, & potus conuertuntur, mediantè natura, in carnem humanam, ita panis transubstantiatur in carnem, seu in corpus Christi, nam si primum operatur natura, fortius secundum potest operari. † Ipse Deus, qui est supra naturam, & ita de similibus. Ex his igitur habes, plura memoria digna, &

in specie sacerdotibus considerata, quibus non licet, nisi semel in die celebrare, nisi excepta Natiuitate Domini nostri Iesu Christi, & imminente necessitate.

S Y M M A R I U M.

- 1 Puer si termersus in aqua non fuerit dictum, ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. non est baptizatus.
 - 2 Verba aliqua omiſſa de ſubſtantia, vel forma alicuius actus omiſſio eorū viciat totum actum.
 - 3 Forma ſubſtantialis eſt ſeruanda
 - 4 Baptiſmus eſt ſacramentum valde neceſſarium, ſine quo nemo pot̄ ſaluari.
 - 5 Baptiſmus producit tres effectus, remittitur culpa, viciatur damnationis periculum, & aperitur regnum Cęleſte.
 - 6 Sacramentum baptiſmi in quo conſiſtit.
 - 7 Animal brutum non poteſt aſſumere Sacramentum, neque bibendo, neque comedendo.
 - 8 Chriſtus non eſt ſub illo Sacramento, niſi quatenus eſt ordinabilis ad uſum humanum.
 - 9 In Aqua duo reperiuntur, actio ex parte baptizantis, & paſſio ex parte baptizati.
 - 10 Character, qui imprimitur animę baptizate, eſt ſacramentum, quod habilitat & diſponit animam ad ſuſcipiendam gratiam Dei.
 - 11 Baptiſmus non imprimitur perſonę aſperſione aquę, niſi dicatur, Baptizo te in nomine Patris.
 - 12 Mulieres videntes infantes in periculo mortis eos dumtaxat aquę Baptizant, omittentes alias ſollemnitates Baptiſmi quę per Sacerdotes ſuplentur.
 - 13 Baptiſmus an fieri poſſet in alio elemento, vel alio liquore, vt in vino dicitur, quod non eſſet Baptiſmus.
 - 14 Elementum aquę eſt ſubſtantia baptiſmi.
 - 15 Chriſtus mādauit, in aqua Baptizari, et ita ipſe quoque fuit Baptizatus.
 - 16 Aqua eſt de ſubſtātia Baptiſmi, ſicut eſt et illud pronome ego te Baptizo.
 - 17 Baptiſmus olim fiebat ſub his verbis, in nomine Trinitatis, vel in nomine Chriſti.
 - 18 Baptiſmi Hodie eſt immutata forma illa
 - 19 Verba ſcripturę Diuinę debent intelligi ſecundū cōem uſum loquendi.
 - 20 Baptizari an per vim quis poſſit, & differentia fit inter uim præciſum, & conditionalem
- Vis præciſa impedit impreſſionem characteris, ſecus in conditionali.

- 21 Baptizatur aliquis ligatis manibus, & pedibus, inuitus in vi conditiona-
li est voluntas, quæ licet sit coacta, voluntas est.
- 22 Baptizare se ipsum nemo potest, etiam instante necessitatis articulo, si
tamen statim mortuos fuisset; propter fidem saluus fuisset.

Centesimum Vigesimo Nonum Privilegium.



- 1 **E**CCLESIA gaudet privilegio, quod licet puer sit
termersus in aqua in nomine Patris, & Filij, &
Spiritus Sancti. Amen. Si non sit dictum, ego te
baptizo in nomine Patris &c. non est baptiza-
tus; unde si quis aliquem baptizaverit omisis
verbis predictis, non dicetur baptizatus cap. 1.
- 2 de baptis. & eius effec. ratio esse potest, quod quia ubi aliqua ver-
ba sunt de substantia, vel forma substantiali alicuius actus,
omissio alicuius verbi vitiat totum actum, sicut patet hic in
3 omissione illorum verborum, Ego te baptizo quod forma sub-
4 stantialis servanda est, & hic advertendum quod baptismus est
sacramentum valde necessarium, sine quo nemo potest salvari, cap.
5 firmissime. de consec. dist. 4. quod tres. n. effectus producit, nam per
baptismum remittitur culpa. Item vitatur damnationis peri-
6 culum, & aperitur regnum celeste, glos. in capit. 2. de con-
secr. distin. 4. quod queri potest in quo consistit hoc sacramen-
tum baptismi, in hoc reperiuntur tres opiniones, quidam dicunt
in ipsa aqua, unde si animal brutum biberet de illa aqua,
consecrata, quæ est in fonte, videtur quod biberet sacramen-
tum, de quo vide glos. in capit. detrahe 1. q. 1. nam hoc mihi
7 non placet, quia quod animal brutum non potest assumere sa-
cramentum, neque bibendo, neque comedendo, nam si mus co-
8 mederet Eucharistiam, non est dicendum, nec credendum, quod cor-
pus Christi transeat in eius ventre, quod qui a christus non est sub
illo sacramento, nisi quatenus est ordinabilis ad usum huma-
num, scilicet, ad manducationem, unde illa glos. allegata di-
cit, quod aqua illa in eod. instanti incipit, & desinit esse sa-
cramentum, secunda opinio, quod ipsa intinctio, seu ablutio
9 est sacramentum, & non aqua, in qua quidem intinctione,
duo reperiuntur scilicet actio ex parte baptizantis, & passio
ex parte baptizati, unde ipsa intinctio, seu ablutio, quate-
nus est passio, est sacramentum baptismi, tertia opinio quod
chara-

10 † Character ipse, qui imprimitur animæ Baptizatur est sacra-
 11 mentum, & quod habilitat, & disponit animam ad suscipien-
 12 dam gratiam Dei, hinc est, quod † Baptismus non impi-
 13 mitur per solam asperisionem aquæ, nisi dicatur, Baptizo te.
 14 In nomine Patris &c. Secus est, ubi omitterentur aliqua ver-
 15 ba, quæ non sunt de substantia, sed de solemnitate, ut puta si
 16 præbyter omitteret catechismum, vel salis impositionem, vel
 17 unctionem, quam facit in pectore, & in fronte, sufficit ergo,
 18 quod fuerit Baptizatus in aqua verbis antedictis. † Ideo
 19 mulieres videntes infantes in periculo mortis, eos duntaxat
 20 aqua Baptizant, omittentes alias solemnitates Baptismi, quæ
 21 per sacerdotes non reiterantes Baptismum supplentur, potest
 22 & alia quæstio moueri. † An baptismus fieri possit in alio ele-
 23 mento, ut in vino, vel alio liquore, & videtur dicendum, quod
 24 non esset Baptismus, quia † Elementum aquæ est substan-
 25 tia Baptismi, c. ut non apponeres. de Bap. & eius effec. † Nam
 26 Christus mandauit, in aqua Baptizari, & ita ipse quoque fuit
 27 Baptizatus, & fortè ad hoc ostendendum aqua exiit de ipsius
 28 latere in passione eius, c. in quadam. de celeb. miss. † Aqua
 29 igitur est de substantia Baptismi, sicut est etiam de substantia
 30 illud pronomen, ego te Baptizo, non sufficit dicere te Bapti-
 31 zo, sed tenetur, uti hoc pronomine, ego te Baptizo, licet tamen
 32 aliqui dicant, quod non est de substantia, quia intelligitur sub
 33 aliis verbis, tenet tamen gl. in c. multi. de consec. dist. 4. Quod
 34 non debet omitti, verum est, quod in alia prouincia potest uti
 35 alia forma, quam illa, quæ hic expressa, dummodo in substan-
 36 tia sit isti æquipollens. † Olim autem fiebat Baptismus, sub
 37 his verbis in nomine Trinitatis, vel in nomine Christi, & te-
 38 nebat Baptismus, ut in cap. quodam. de consec. dist. 4. † Ho-
 39 die est immutata illa forma, hinc inferitur, quod † Commu-
 40 nis usus loquendi est, quod etiam verba scripturæ diuinæ debeant
 41 intelligi secundum usum communem, cap. ex literis. de spons.
 42 & l. Labeo, de suppel. leg. Multo ergo fortius, quando est, im-
 43 mutata forma, illa debet amplecti, quæ est ne dum in usu ve-
 44 rum, & decretata, pro ut est in hoc casu tanti sacramenti, ab
 45 ea igitur non est recedendum, Baptizatur ergo secundum for-
 46 mam traditam. † Sed an per vim, quis possit Baptizari, fit
 47 enim differentia inter vim præcisam, & conditionalem, nam
 48 vis præcisa impedit impræisionem characteris, secus in con-
 49 ditionali, ratio est, quia primo casu potius dicitur quis pati,
 50 quam

- 21 quam agere, capit. sacris, quod met. causa, vt patet. † In exemplo si quis ligatis manibus, & pedibus inuitus Baptizaretur, sed in vi cōditionali est volūtas, licet coacta, & ex hoc not. Quod coacta voluntas est, licet non sit absoluta ne dū inuitus
- 22 potest quis Baptizari, verum. † Nemo potest se ipsum Baptizare, etiam in instante necessitatis articulo, si tamen statim mortuus fuisset saluus fuisset, propter fidem, quam habuit, cap. debitum de Bap. & eius effec. Ex his habes substantiam, & formam Baptismi.


S V M M A R I V M.

- 1 Præbyter non Baptizatus, si fuerit ordinatus characterem non recipit.
- 2 Præbyter ordinatus, si cognouerit se non esse Baptizatum, debet Baptizari, & iterum ordinari.
- 3 Quod de iure non fit, pro non facto habetur.
- 4 Baptismus, qui est ianua omnium sacramentorum, non est validum aliquod aliud sacramentum, in quo imprimatur character.
- 5 Ordinem qui suscipit, oportet, quod sit Baptizatus.
- 6 Baptizatus, vel non Baptizatus quomodo poterit cognoscere.
- 7 Præbyter post assumptionem Baptismi, debet iterum ordinari, si de nouo nollet ordinari remanebit laycus.
- 8 Paria esse aliquid non fieri, vel non rectè fieri.
- 9 Sacramentum matrimonii potest adesse sine Baptismo sed non est ratum, nec firmum sicut si processisset Baptismus.
- 10 Baptizatus qui non est, non accipit verum Corpus Christi.
- 11 Iudas accepit Corpus Christi, & à Iudeis Christus Passus est.
- 12 Iteratum non intelligitur, quod ambigitur esse factum.
- 13 Præbyter, si non recordatur dixisse aliquam horam diei, puta tertiã, vel sextam tenetur reiterare.
- 14 Actus de necessitate explicandus, si ambigitur vtrum fuerit gestus, debet iterum geri.
- 15 Præsumptio violenta transfert onus probandi cōtrariū, in aduersarium.
- 16 Probatio in contrarium contra violentam præsumptionem admittitur euidentissime.
- 17 Sacerdos credens Baptizatum esse, & postea compertum, quod non fuerat Baptizatus, ex quo mortuus est, persistens in fide gaudet celestis Patria.
- 18 Peccatum originale dimittitur non solum in Baptismo fluminis sed etiam in Baptismo fluminis.

in baptismo flaminis.

19 Decedens in fide Christiana præsumitur adeptus gaudium patriæ Cælestis.

Centessimum Trigesimum Priuilegium.

1  **E**CCLESIA gaudet priuilegio, quòd † si quis
 2 præbyter, non baptizatus, fuerit ordinatus
 3 characterem non recipit. † Si igitur post-
 4 quã fuerit quis præbyter ordinatus cogno-
 5 uerit se non fuisse baptizatum, debet bapti-
 6 zari, & iterum ordinari, cap. 1. de bresby. nõ
 7 bap. ratio hæc est † quia quod de iure non fit, habetur pro non
 factò, hic aduertè, quòd † ubi non est baptismus, qui est ia-
 nua omniũ sacramentorũ, non est validũ aliquod aliud sacramẽ-
 tum, in quo imprimatur character. † Qui suscipit ordi-
 nem oportet, quòd sit Baptizatus. † Sed cum dicatur, sic
 deprãhenderet se non esse Baptizatum, quomodo poterit hoc
 cognoscere, fortè si expositus fuisset, & constabat per expo-
 nentes non fuisse Baptizatum, utitur textus illo verbo deprã-
 hẽderit, quòd quidem verbũ significat in certo errore captus,
 Amb. lib. 1. off. Dicit quia ea quæcunque vana sunt, deprãhen-
 dit ea, quæ sancta sunt nescit, vel alia fortè necessitate instan-
 te de loco ad locum trãsportatus fuisset, & in tali actu dictum
 fuisset esse Baptizatum, & quòd postea penitentia ducti refe-
 rentes detegant veritatem, quòd non fuerit Baptizatus, satis
 est, quòd veritas detegatur efficitur obnoxius Baptismo, &
 quacunque causa habeatur, etiam si sumus in dubio, an fue-
 rit baptizatus, & ita probabiliter dubitari potest, debet bapti-
 zari ea forma, qua cauetur in ca. 2. de bap. & eius effec. † Post
 igitur assumptionem baptismi debet iterum ordinari, quid si
 de nouo nollet ordinari. Io. An. dicit quòd remanebit laicus, &
 licet non deberet contrahere matrimonium, quia tacite vide-
 tur vouisse continentiam, arg. cap. quidam de conuer. cogn.
 tamen si contraheret matrimonium tenet, cum illud votum
 non fuerit solemnæ, ex quo verè non recipit sacrum ordinem,
 vt in cap. 1. de uot. lib. 6. & not. ex hoc dicto quòd ad solemnizan-
 dum uorum, nõ sufficit opinio credulitatis, sed oportet quòd
 subsequatur sacer ordo, vel ingressus religionis, d. cap. 1. de
 uot.

vot. lib 6. Vnde opinio quorundam est, vt compelli debeat ad
suscipiendum ordinem propter intentionem, quam semel ha-
buit, arg. cap. qui bona agunt 17. q. 1. & in cap. fide presby.
non bap. Vbi talis mandatur ordinari, nec permittitur insiste-
8 re in propria sua voluntate, ex hoc ¶ Infero paria esse aliquid
non fieri, vel non rite fieri, sicut nullum, & inutile paria iudi-
cantur, vt in capit. inter corporalia. de translat. prælat. l. prima
ff. quòd cuiusque vniuers. nom. & per illum tex. potest argui,
quòd si procurator non facit fidem de suo mandato, peri inde
est, ac si non comparuisset, vnde potest Dominus puniri tam-
9 quã contumax, quod ibi not. Bar. Nota, ¶ quòd sacramentum
matrimonij potest adesse sine baptismo (cap. de infidelibus. de
confang. & affin. Sed dic non est ratum, nec ita firmum, sicut
si præcessisset baptismus, cap. quanto de diuort. Et hic nota,
10 ¶ quòd non baptizatus accipit verum corpus Christi, si Eucha-
11 ristia sibi confertur nimirum, nam & ¶ Iudas accepit corpus
Christi, & à Iudeis Christus passus est. Sed in Sacramento. vbi
12 imprimitur character, ideo serua, vt in cap. 1. hic in fi. quia ¶ nõ
intellegitur iteratum quod ambitur esse factum, quod facit
ad multa capit. solennitates. de consec. dist. prima, ex quo in-
13 fertur, quòd ¶ Si quis non recordatur si dixerit aliquam
horam diei puta tertiam, vel sextam tenetur iterare. Item si
non appareat, quòd Ecclesia fuerit consecrata, debeat conse-
14 crari, & generaliter vbi ¶ actus de necessitate debet explica-
ri, si ambigitur vtrum fuerit gestus, debet iterum geri nec hic
15 omittendum, quòd ¶ Violenta præsumptio pro aliquo trans-
fert onus probandi contrarium in aduersariũ, cap. vt nostrũ
16 vt Eccles. benef. & ¶ etiã contra violentã præsump. admittitur
probatio in contrariũ, pro quo vide, gl. in cap. ferrum 50. dist.
& quòd dixit Abb. in cap. is quæ. de sponsal. debet tamen pro-
batio talis esse euidentissima arg. cap. quia verisimile. ff. quòd
17 met. causa, sed ¶ quid esset, si quidam sacerdos credens se
baptizatum, & in fide baptismi persistens mortuus est, po-
stea compertum est, quòd non fuerat baptizatus, quæsitum est
à Papa, vtrum Ecclesia deberet eum habere pro baptizato,
vt possit pro eo orare, Papa respondet, quia præbyter il-
le in fide Sanctæ Matris Ecclesiæ, & in confessione nomi-
nis Christi perseueravit, ab originali peccato solutus,
gaudium cœlestis patriæ, fuit adeptus, August. libro 8.
de ciuitatæ Dei, legitur baptismus inuisibiliter ministratur
Bbb quem

quem nec contemptus religionis, sed necessitatis terminus excludit, vt in lib. Beat. Amb. De obitu Valentiniani, idem legitur, & sic huiusmodi quæstionibus sopitis Ecclesia potest præces, & Hostias Deo offerre, pro præbytero memorato, 18 cap. ad Apostolicam de præby. non bapti. Hinc † est, quod peccatum originale dimittitur, non solum in baptismo fluminis, sed etiam in baptismo flaminis, idest, Spiritus Sancti, qui quidem baptisus flaminis ministratur omnibus habentibus Christi fidem, & non contemnentibus baptismum fluminis, siue excludantur à baptismo fluminis ex necessitate, vt contingit Valentiniano, siue ex ignorantia probabili, quia credebant se esse baptizatos, qui. † Igitur decedit in fide Christiana præsumitur adeptus, seu adipisci gaudium patriæ Cælestis, quod est intelligendum re, vel spæ, nam si præsumeretur oppositum non oraretur pro decedente, cap. quod obeuntibus 13: q. 2. Ex his habes, quod defectus baptismi impedit impræssionem characteris aliorum sacramentorum, nam vbi non est baptisus, ibi non est validum aliud sacramentum.

S V M M A R I V M.

- 1 Sanctorum reliquæ vendi non possunt, vel passim ostendi non debent.
 - 2 Reliquias inuentas de nouo, nullus præsumat venerari, nisi à sede Apostolica fuerint approbatæ.
 - 4 Sanctum non licet aliquem colere, etiam si in vita fecisset miracula, sine authoritate summi Pontificis.
 - 4 Miracula non sufficiunt vt aliquis veneretur pro sancto, quia per malos fiunt miracula arte magica.
 - 5 Simon magus fecit miracula.
 - 6 Fidem tantam habens, vt montes transferat, caritatem autem non habens, nihil prodest.
 - 7 Corpora sanctorum nemo præsumat transferre, sine licentiâ principis, vel Episcopi.
 - 8 Princeps intelligitur Papa.
 - 9 Corpora sanctorum tradita perpetuæ sepulturæ, non possunt amoueri alias sine auctoritate alicuius possunt transferri.
- Idem videtur de ossibus aliorum fidelium.

Centessimum Trigesimum Primum Priuilegium.



1 **U**CCLESIA gaudet priuilegio, quòd. † San-
 2 ctorum reliquię vendi non possunt, vel pas-
 3 sim ostendi non debent, ne circa illas popu-
 4 lus decipiatur. Quidam exponebant reliquias
 5 sanctorum venales, & eas indifferenter osten-
 6 debāt, propter quod sæpe detrahitur Christia-
 7 nę religioni, vnde statuit concilium, vt antiquę reliquię, de
 8 cætero extra capsam nullatenus extrahantur, nec exponan-
 9 tur venales. † Inuentas de nouo nullus venerari præsumat,
 nisi prius, à sede Apostolica fuerint approbatę, nec prælati
 Ecclesiarum permittāt aliquos decipi huiusmodi falsis figmen-
 tis, sicut in plerisque locis, occasione quęstus, fieri consuevit,
 cap. 2. de reliquijs, & vener. sanc. Ratio fuit ne populus de-
 fraudetur ob quęstum prælatorum, vnde. † Hic confidera,
 quòd non licet aliquem colere, pro sancto, etiam si in vita fe-
 cisset miracula, sine auctoritate Summi Pontificis, & hoc in-
 telligendum, quando quis publicę, vult aliquem venerari,
 secus autem si in occulto quis emittit præces apud eū, quem
 credit sanctum, vt probatur in gl. in cap. 1. de reliq. & ven.
 sanc. lib. 6. Quare autem. † Miracula non sufficiunt, vt ali-
 quis veneretur pro sancto, dic quòd quandoque per malos
 etiam fiunt miracula, multi enim faciunt ex arte magica. † Vt
 fecit Simom Magus, Saul, qui prophetauit dum persequeretur
 Dauid, alij propter fidem, quã habent sine charitate, iuxta
 illud Euangelij. † Et si tantam fidem habeam, vt montes
 transferam, charitatem autem non, nihil mihi prodest, &
 aduertè, quòd. † Corpora sanctorum nemo præsumat tran-
 8 ferre sine licentia principis, vel Episcopi, c. corpora de con-
 9 secr. dist. 1. vbi dicit gl. Quòd, † per Principem intelligitur
 Papa, & hoc verum. † Si corpora tradita sunt perpetuę se-
 pulture, alias sine auctoritate alicuius possunt transferri, se-
 cundum gl. ibi idem videtur de ossibus aliorum fidelium. ff.
 de religios. & sump. fun. l. Ossa, nec est omissendum, quòd
 reliquię de nouo iuuenite non sunt venerandę, in publico sine
 auctoritate sædis Apostolicę, & gl. in d. cap. 2. Intelligenda de
 B bb 3 omni-

omnino nouis secus si essent reliquias sanctorum approbatorum, sed dictum gl. & Doc. potest procedere quando certum, quod sunt reliquiae sancti canonizati, sed ubi oritur aliqua dubitatio, tunc habet locum tex. allegatus, vt non venerentur publice sine auctoritate Papae, vnde proprie loquitur, quando dicitur, quod sunt reliquiae sancti canonizati, siue a propabati sed de hoc non habetur clara certitudo, alias enim nihil adderet ad capitulum. i. eod. tit. Caueant igitur illi, qui causa questus decipiunt populum fingendo reliquias, ubi non sunt, ex his habes, quod non licet aliquem venerari pro sancto, sine licentia Papae.

S V M M A R I U M.

- 1 Clerici, & Monachi, à negocijs secularibus, qui sunt in nu. 24. abstinere debent.
- 2 Militans Deo nemo debet negocijs secularibus, immiscere, excepta defensione orphanorum, aut viduarum.
- 3 Clericus non debet emere rem, vt eam integram, pro maiori precio, vendat.
- 4 Negociatio in se est licita, ex causa quandoque efficitur inhonesta, & iniusta.
 Puta propter cupiditatem.
 Item ex tempore, qui à die feriata.
 Item ex loco, quia in Ecclesia.
 Item ex persona, quia sunt clerici, & eis non licet.
 Item ex re, quia non licet negociari.
- 5 Clerico negociari licet in veneno, quia admixtum potest esse vsui, in medicinis, vel etiam purum pro feris occidendis.
- 6 Dei opus est quod nascitur, Diaboli quod mutatur.
- 7 Mulieres si se ornant, vt viris suis placeant admittitur, secus si aliorum oculos ad se trahant mortale peccatum committunt.
- 8 Clerici non debent administrare negocia laicorum.
- 9 Clerici etiam si non sint sacerdotes non debent esse famuli laicorum.
- 10 Clericus si esset Generalis procurator laicorum, vel deponendus, excommunicandus esset, nec potest esse officialis alicuius Principis.
- 11 Religiosus grauius punitur delinquendo, quam laicus, quando facit aliquid, nam religiosus tamquam in statu perfectionis non solum à relictis, sed etiam a quibus non licitis debet abstinere.
- 12 Iustus non collidetur si peccauerit, quia Dominus supponit matrem suam.

Centesimum Trigesimum Secundum Priuilegium

ECCLESIA gaudet priuilegio, quòd. † Clerici,
 vel monachi à multis negocijs secularibus, &
 sunt in numero vigintiquatuor abstinere debent
 de quibus ait Apostolus, cap. i. ne cler. vel mo-
 nach. Ratio fuit hæc, quia † Nemo militans
 Deo debet se negocijs secularibus immiscere, unde aduer-
 tendum est, quòd excepta defensione orphanorum, aut vi-
 duarum, cætera secularia sunt prohibita clericis, qui non
 debent exercere etiam iustam causam, capitu. fornicari 38.
 dist. Nisi ex iusta causa, puta propter necessitatem, intellige
 tamen quando aliquid operatur ex suis manibus, vel emit
 rem, vt inde habeat materiam reducendi ad aliquas formas,
 non † Enim debet emere rem, vt eam integram pro maiori
 precio vendat, de quo vide cap. in summa 14 q. 3. & cap. cano-
 num, & capit. quicumque tempore messis 14. q. 4. scias Quòd
 † vbi negociatio in se est licita, ex causa, quandoque efficitur
 inhonesta, & iniusta, & ita hic tenet Inn. vt puta propter cupi-
 ditatem, d. cap. quicumque. Item ex tempore, quia die fe-
 rriata de fer. cap. i. in fi. Ex loco, quia in Ecclesia capitu. pri-
 mo de immunit. Eccles. Ex persona, quia sunt clerici, & eis
 non licet. Item ex re, quia non licet negociari in his, que
 nec per se, nec cum admisto possunt esse vsui, vt in l. quod
 sapax s. veneni ff. de contrah. emph. Vnde, † Negociari li-
 cet in ueneno, quia admistum potest esse vsui in medici-
 nis, vel etiam purum, pro ferris occidendis, sicut de gladio
 dicimus propter defensionem. Item dicit Innoc. de colori-
 bus, ad colorandos homines, vel mulieres pro bono, sed
 hoc dictum vltimum, de colorandis maximè hominibus,
 Host. non placet, cum cuique placere debeat sufficere, & pla-
 cere naturalis color datus à Deo, & vix sine ipsius iniuria
 potest alius supponi, arg. de consecrat. distinc. quarta capit.
 ostenditur, vnde Ecclesiastes in quarta. Nec accipias faciem
 aduersus faciem naturalem. † Quia opus Dei est, quod na-
 scitur, diaboli quòd mutatur Host. tamen non reprobatur præ-
 ciosum, & placitum ornamentum mulierum, sine pictura,
 Ideo


- 7 † Ideo si se ornent, vt magis placeant viris suis, sed si aliorum oculos ad se trahant illicitum, & mortale peccatum est 32. q. 5. cap. Nec solo. exercens igitur negotiationem licitam, ex causis prædictis, illicitam ter. etur restituere lucrum, Inno. in cap. plerique. de immunit. Eccles. Sub hac prohibitione sunt nedum sacerdotes verum etiã clerici omnes beneficiati cap. 8 tribus. de consec. dist. 2. Hinc est quòd, † si clerici publicè administrabant negotia laicorum, & eorum procuratores fiebant, mandat Papa Diocesano Episcopo, vt eis publicè denuntiet, ne de cætero hoc faciant, quòd si postmodum, hoc facere præsumperint, & in administratione propter causam pecuniariam in fraude deprehensi fuerint ab Ecclesia, non subuenietur eisdem, vbi ex hoc scandalum contingat in Ecclesia generari, cap. sacerdotibusne. cler. vel mon. &c. Et aduertendum est, quòd † Clerici etiam si non sint sacerdotes, non debent esse famuli laicorum, vel seruitores, nec esse in eorum ministerio, multo fortius si essent sacerdotes, & si. † Clericus generalis esset procurator laicorum, vel deponendus, vel excommunicandus esset, nec potest esse officialis alicuius
- 9 Principis, cap. sed nec eod. tit. Nam. † Religiosus grauius punitur delinquendo quam laicus, quando facit aliquid ex contemptu, nam religiosus tamquam in statu perfectionis, non solum à vetitis, sed etiam à quibusdam licitis debet abstinere, Io. And. in cap. aliud 11. q. 1. de pen. dist. 1. cap. Aliud, & hoc intelligitur habere locum, si religiosus peccaret, ex contemptu, vel contra votum, seu publicè cum eorum scandalo, alias autem non venit grauius puniendus, nec grauius
- 10 peccat propter bona opera præcedentia, iuxta illud Psal. † Si peccauerit iustus, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam, Abb. in cap. cum quidam de iur. iur. Aduertant igitur & clerici, & monachi, in ea vocatione, in qua vocati sunt, persistere, & se abstinere à negocijs secularibus, nam qui in eis se omnino inuoluunt, de facili impediuntur ingredi in regnum Dei.

S V M M A R I V M.

- 1 *Vxor non certificata, de morte viri, ad alias nuptias transire non potest.*
- 2 *Matrimonium est vinculum indissolubile, quòd sola morte dissoluitur.*

- 3 Intra omnia cursu temporis, prescriptione tolluntur, Matrimonium vero nunquam prescribitur, sed alter alterum expectare tenetur usque ad mortem.
- 4 Captus ab Hostibus, licet omnia perdat, & efficiatur seruus non perdit uxorem, nec matrimonium dissoluitur.
- 5 Mors probatur, si maritus intravit mare, vel ciuitatem pestiferam, vel exercitum magnum, nec postea amplius visus fuit.
- 6 Mors probatur per famam publicam, si maritus esset morosus, de loco lunginquo.
- 7 Mulier non potest transire, ad secunda vota, nisi habeat certum nuncium, de morte viri.
Certificatur etiam per litteras, vel alias probationes.
- 8 Mors, ut probetur tres modi probandi, ad hoc, ut liceat uxori transire ad alia vot, inter quos sola fama sufficit.
- 9 Testis vnus sufficit ad probandam mortem mariti, ad hoc, ut mulier transeat ad secunda vota.
- 10 Fama aliquando procedit, ex authore incerto, & falaci.
- 11 Certum est illud, in quo de nihilo est dubitandum, ut de morte, de Paradiso, de Inferno.
- 12 Mulieres debent esse certæ de morte mariti, ne incidant in periculum infamie, quo ad Corpus, & quo ad animam, in odium Dei.
- 13 Viuere quis presumitur usque ad centum annos.

Centessimum Trigesimum Tertium Privilegium.

- 1  CCLESIA gaudet priuilegio, quod. † Vxor non certificata de morte viri ad alias nuptias, transire non potest, quamuis ignoret, quid sit de marito, qui longo tempore ab fuit. Quidam in captiuitate erant, vel absentes causa peregrinationis, uxores eorum expectauerant illos per septennium, & ultra, nec potuerunt certificari de vita, vel illorum morte, quamuis super hoc diligentiam adhibuissent, & quia iuuenes erant, non poterant continere, petebant aliis copulari, fuit responsum per Papam, quod quantocunque tempore ita remanserint viuentibus viris suis, ad alia matrimonia non possunt copulari, nisi primo certum nuntium receperint, de morte virorum, ratio fuit hæc quia. † Matrimonium, est vincu-

- vinculum indissolubile, quod sola morte dissoluitur, ideo nisi mulier certa sit morte mariti non transit ad alias nuptias, unde
- 3 de † Hic aduertendum, quod omnia iura a cursu temporis prescriptione tolluntur, matrimonium vero nunquam prescribitur. Sed alter alterum expectare tenetur quousque fuerit de alterius morte certus, per hanc decretalem derogantur legibus, in quibus habetur mulieres per quinquenium tantum teneri virum expectare, si quis forte † Captus ab hostibus, licet omnia bona perdat. ff. de captiu. per totum & licet efficiatur seruus, non tamen perdit uxorem, nec matrimonium dissoluitur, quod sola mors naturalis soluit, cap. 2. 3. 2. q. 7. hinc est quod per absentiam quantumcunque longam, non licet mulieribus se matrimonio copulare, † Si mulier non ignoraret, quod maritus intrauit mare, vel ciuitatem pestiferam vel exercitum magnum, nec postea amplius visus fuit, mors probatur ex eo, quod nunquam fuerit visus, Bar. in trac. de test. vers. mortuum hominem & idem Bar. in l. si. C. de infant. expos. Fely. in cap. quoniam contra §. Porro. ut lite non contest. Corn. in cons. 131.
 - 6 in 4. par. † Quid si esset morosus de loco longinquo, nam tunc mors probatur per famam publicam specul. de act. vers. sed quid si iste & de not. crimi. §. 3. vers. fama Alex. in cons. 24. in 4. par. Corn. cons. 10. in 1. part. Bar. in l. si quidem C. sol. mat.
 - 7 his non obstantibus † mulier non potest transire ad secunda vota, attende quod in tex. dicitur nisi mulier certum nuntium acceperit de morte viri, verba sunt clara, nec sunt impropianda, sed illis acquiescendum, cum ita rationabiliter fuerit decretatum, verum non solum per nuntium, sed etiam per litteras, vel alias probationes potest mulier certificari, arg. cap. prudentiam. de offic. deleg. vide not. gl. in cap. quoniam in §. si autem
 - 8 ut lit. non contest. in vers. presumatur, ibi ponuntur † Tres modi probandi mortem ad hoc, ut liceat uxori transire ad alia vota & inter ceteros ponit probationem fame, unde sentit, quod sola fama sufficit, pro quo etiam facit gl. in l. si quidem C. sol. matrim. quæ vult mortem per famam probari posse, & gl. in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemadm. test. aper. quæ dicit sufficere vnum testem, vel alias coniecturas, sed ibi Bar. tenet requirendam probationem secundum quantitatem præiudicij, nam ubi agitur de maximo præiudicio, ut si quis esset accusatus de homicidio, in tali casu probationes debent esse plenæ, ut quod testes viderunt eum mortuum, vel sepeliri l. inde neratius. ff. ad l.

ad l. Aquil. si tamen præiudicium est magnum, vt quia agitur de fama, vel statu hominis, & tunc saltem habendam probationem, de qua in Auth. Hodie est enim satis graue, quòd vxor transeat ad vota in viro mariti, vnde Bar. opinio est, quòd cum dicatur in tex. † Certus nuncius, quòd vnus testis sufficiat, quãdo non agitur de certo præiudicio, sed Doc. tenent contra Bar. Nam quando fama sufficit ad probandam mortem, sufficit vnicus testis, quando non agitur de magno præiudicio, sed nunquid fama sufficiat, dicunt aliqui, quòd si est de longinquo & tunc videtur sufficere, maximè cum longo tempore maritus steterit absens, aut fuerit mortuus, in partibus vicinis, & fama sola non sufficit, hæc opinio mihi non placet, nam † Fama procedit ex auctore incerto, & plerunque fallaci, cap. vstra. de cohab. cler. Et propterea replico, quòd illud verbum certum, est valde considerandum. † Nam certum, est illud, in quo de nihilo est dubitandum, vt puta de morte, de Paradiso, si volumus mediante gratia, & de Inferno quando inobedientia vtimur, ideo consideranda admodum est persona, & qualitas nunciij, & vtrum deponat mortem viri, per verba verisimilia, quia hic tractatur de non modico præiudicio absentis, & licet hoc remittatur arbitrio iudicis, cuius officium est diligenter ponderare, & considerare, vtrum de morte sit facta certificatio, multo † Fortius debent cauere mulieres, ne incidant in periculum infamię quo ad corpus, & quo ad animam in odium Dei, caueant igitur, quòd illis est dedecus, & agant quod illis est decus, & salus, eo maximè, quia quis † Præsumitur posse viuere vsque ad centum annos, l. fi. C. de sacr. san. Eccl. Ex his igitur habes, quòd vxor non certificata, de morte viri, non potest contrahere, quamuis ignoret, quid sit de marito, qui longo tempore ab fuit.

S V M M A R I U M .

- 1 Qui viuente vxore legitima, cum secunda contraxit adultera, etiam prima mortua, separabitur à secunda, etiam si longo tempore cohabitauit & filium suscepit.
- 2 Penitentia perpetua indicatur ei, qui tanto tempore in adulterio, & periuurio, ex certa scientia, perdurauit,
- 3 Nullus ducat in matrimonium, quam polluit per adulterium.
- 4 Peccatum ex diuturnitate temporis non minuitur.
- 5 Episcopi cura est, vt filijs natis ex adulterio, ex facultatum genitorum

C c c r u m

- rum subministrantur alimenta necessaria.
- 6 *Vxore prima viuente, si contraxit cum secunda ab Ecclesia compellitur agere pœnitentiam.*
- 7 *Ecclesia adulteros punit hac pœna, vt pani siue vestimenta ante, & retro abscondantur etiam si sit mulier crinibus incisis, per maiori ignominia.*
- 8 *Vxores duas habens in quibusdam locis mitratur, vel aliam ignominiam patitur, per Iudicem Ecclesiasticum.*
- 9 *Ecclesia irrogat publicam ignominiam Diuinatoribus.*
- 10 *Peccatum tripliciter potest quis committere, in Spiritu Sancto, vt quando quis est pertinere, & in mala opinione firmus, & peccat in contemptum tunc dicitur irremissibile, peccat in patre, qui per impotentiam, peccat, & in filio, qui pro ignorantiam.*
- 11 *Vxorem viuente habens si contrahit cum alia secunda adultera committit peccatum in Spiritu Sancto.*
- 12 *Uxores duas habens efficitur reus pœne uno, & eodem tempore, & pœna infamiæ punitur.*
Item punitur, pœna stupri, quæ est publicatio dimidiæ partis bonorum.
- 13 *Vxores binas habens pœna apud Hispanos seruatur, vt contrahentibus candenti ferro fronte imprimatur littera Q.*
- 14 *Uxores binas habens dummodo duxerit. in agro veronensi punitur, ex statuto nostro in libris ferentis.*
- 15 *Vxores duas habens eodem tempore aliquando fustigatur, aliquando mittitur, ad iriemes ad tempus, aliquando affligitur pœna mortis.*
- 16 *Filij spurij siue nati, ex damnato coitu debent ali, à parentibus.*
- 17 *Filijs spurijs parentes ratione alimentorum legare possunt, vel relinquere dotes filiabus cum dos succedat loco alimentorum,*
- 18 *Filij spurij non succedunt parentibus licet, eis decernantur alimenta de Iure canonico.*
- 19 *Filij Sacerdotum non succedunt, nec succedere possunt patri, nec matri.*
- 20 *Filij naturales, quia non sunt nati ex coitu tam damnabili succedunt matri cum legitimis filijs, nisi mater sit Illustris.*
- 21 *Filii naturales, non succedunt patri, nec coniunctis per lineam paternam, quia non sunt agnati.*
- 22 *Filii nati, ex concubina in domo retenta, cum qua poterat esse matrimonium succedunt patri ab intestato in duabus vncijs Hæreditatis non extantibus filiis legitimis. nec coniuge.*

Centesimum Trigesimum Quartum Privilegium.



ECCLIESIA gaudet privilegio, quòd . † Qui viuente vxore legitima, cum secum da contraxit adultera, etiam prima mortua separabitur à secunda etiam si longo tempore cohabitauit & filios, ex ea suscepit, quidam ergo habens vxorem commisit adulterium cum alia, & cum

- super hoc fuisset vocatus, in ius, illam adulteram abiurauit, tãdem iuramento contempto viuente vxore sua matrimonium cum altera contraxit, diutius cohabitando cum eadem de qua plures filios suscepit, fuit à Papa quæsitum vtrum tale matrimonium stare possit, respondet vt omnino separentur, &
- † Imposita eis pœnitentia perpetua continentia indicatur, qui tanto tempore in adulterio, & periurio ex certa scientia perdurarunt, statuit Leo Papa, vt †. Nullus ducat in matrimonium quam polluit per adulterium, sed hic plus fuit processum, quam fides tantum data fuisset adultere, vt defuncta vxore eam duceret in vxorem, quia legitima vxore viuente copulauit sibi adulteram, & iuramentum violauit, & si etiam iuramentũ non interuenisset à sancta synodo tale conubium detestatur, nec ex longa cohabitatione nullum præstetur ad-
 - miniculum, vel quòd plures filios susceperunt, quia † Diurnitas temporis peccatum non minuit sed auget. † Cura tamen Episcopi sit, vt vterque filiis suis iuxta vires facultatum suarum necessaria alimenta subministrent, cap. cum haberet de eod. qui dux. in matrim. quam poll. &c. Ratio fuit hæc,
 - † quia qui viuente prima vxore contraxit cum secunda, ex quo comittit delictum compellitur, ab Ecclesia ad agendam pœnitentiam, immo etiam in foro contentioso. † Ecclesia potest talem punire, & pœna est, vt pani siue vestimenta ante, & retro abscindantur etiam si sit mulier crinibus incisis pro maiori ignominia, cap. de benedicto 32. q. 1. Iudex Ecclesiasticus de honestate fungitur tali officio. † In habente duas vxores in alijs quibusdam locis mittantur, vel aliam ignominiam patiuntur cap. Episcopi in quo. † Ecclesia irrogat publicam ignominiam diuinatoribus 26. q. 1. Et si fortè aliquis iuris peritus esset constitutus, vel alter sapiens non confidat,

nec se tueatur, quòd elapso quinquénio non potest quis puniri de adulterio, vt in l. adulter C. de adult. & l. querelam C. de fals. lege vero nostra nūcipali cauetur, quòd propter adulteriū vel stuprum commissum in ciuitate possit infra mensem accusari, & in Territorio per duos menses, quibus elapsis, non potest accusator audiri, tamen vidi Rectores ciuitatis pro tempore hoc statutum non seruare, tali enim clypeo non possunt contra facientes se tueri, nam quando quis viuit in diuturno peccato, illud non censetur diminuere, sed augere, † Sed tripliciter potest quis peccare in spiritu sancto, vt quando quis est pertinax, & in mala opinione firmus, vel immobilis, & peccat in contemptum, & tunc dicitur irremissibile, quia non de facili remittitur, peccat in patre, qui per impotentiam peccat, & in filio peccat, quando aliquid committitur per ignorantiam, vnde maius peccatum committit, qui in spiritu sancto peccat, omnibus hominibus viuentibus, sub hac Republica Christiana, notū, & manifestum est vno, & eodē met tempore

11 habere duas vxores non licere † Ergo qui prima vxore viuente contrahit, cū alia secunda adultera, cōmittit peccatū in Spiritu Sancto, quia nō ignorādo incōtēptū legis ciuili, cano-

12 nicæ, & diuinę peccat. † Idcirco efficitur Reus pœnæ, etiam in foro ciuili, iste sic contrahens punitur pœna infamię, l. eum qui duas, & ibi Bal. C. ad l. Iul. de adult. Felyn. in capit. ex tenore versic. cœterum in prin. de rescripti. Sed in hoc varię sunt opiniones, magis communis videtur esse, quòd puniatur pœna stupri, quæ est publicatio dimidię partis bonorum, vt in contingentiā facti consuluit Alex. consil. 156. libr. 7. Alij dixerunt, vt supra, quòd ducentes duas vxores, sunt infames, vt in l. 2. C. de incest. pup. Didac. super 4. decret. fol. 126. num. 8.

13 praxis recipit, † Vt contrahentibus binas nuptias candenti ferro fronte imprimatur littera Q. apud verò Hyspanos seruatur, in statu Mediolanensi punitur pœna pecuniaria. † Idē cauetur statuto, vt qui binas vxores duxerit dnmmodo, sint in agro Veronenī punitur in libris trecentis, vel tribus istibus

15 zculei & vltierius arbitrio senatus, qui solet quando, † Quis plures, quā duas vxores habet, eodem tempore, grauius in eo animaduertere, videlicet, aliquando, eum fustigari facere, aliquando eum ad triremes ad tempus mittere, aliquando pœna vltimi supplicij eum affligere, vnde hiecit faciendā distinctio, postquā pœna efficitur arbitraria, aut ille, qui com-

misit

missit tale delictum est ignobilis, & aut desponsavit duas ignobiles, aut duas nobiles, primo casu inclinarem in partem mitiorem, quod deberet puniri citra mortem, quia honor ignobilis potest pecunijs emendari, sed honor nobilis ad exemplum debet puniri ultimo supplicio, gl. f. in summa, inst. de iniur. Mathesil. not. 102. incip. Nota vnum, vnde hic inferitur, quod si quis fuerit tantæ audaciæ, vt contraheret cum duabus, vt supra, & ex adultera susceperit filios illi, de iure canonico, siue.

16 † Filij spurij, siue nati ex damnato coitu debent ali a parentibus, secundum eorum facultatem, & huic iuri canonico statur hodie etiam, de iure civili, quia Ecclesia hoc induxit, ex quadam equitate naturali, & ne filij alimentis privati percant & ita sentit Bar. in Auth. ex complexa C. de incest. nupt. vbi

17 per rationem istius tex. notabiliter dicit. † Parentes posse legare filiis spurij ratione alimentorum, & quod poterunt parentes donare, vel relinquere dotes filiabus cum dos succedat loco alimentorum Mathesil. in singul 147. verum † Est quod de iure canonico filij spurij non succedunt parentibus, licet eis decernantur alimenta, tex. in c. dicat aliquis 32. q. 4.

19 † Filiis vero sacerdotum non succedunt, nec succedere possunt patri, nec matri, gl. in c. per venerabile. qui fil. sin. legit. † Filij autem naturales tantum, quia non sunt nati ex coitu tam dånabili succedunt matri, etiam cum legitimis filiis, nisi mater sit illustris, vt in l. si qua illustris, & ibi glo. & Bar. C. ad Orficia.

21 † Patri vero, vel cõiunctis, per lineam paternam, non succedunt, quia non sunt agnati, de quo vide, quod habetur inst. de succ. agn. in f. vulgo, & inst. ad Orficia. in s. Nouissime. † nati autem ex concubina, in domo rerenta, cum qua poterat esse matrimonium succedunt patri ab intestato, in duabus vncijs hereditatis, non extantibus filiis legitimis, nec cõiuge, vt in Auth. licet patri C. de natural. liber. gl. in c. tanta. qui filij sin. legit. & in capit. nisi de renunt. Ex his habes, quod viuente prima vxore non licet contrahere, cum secunda adultera, potest tamen contrahere cum, secunda viuente prima, dummodo eam non cognouerit cap. si quis de eo, qui dux. in mat. quam poll.

S V M M A R I V M.

- 1 Affinitas superueniens post matrimonium contractum, non soluit matrimonium, sed ex actionem debiti impedit.
- 2 Affinitas inhabilitat crimine incestus, quo ad matrimonium contrahendum.


Pri.

- 3 Priuignam si quis cognouit, non potest petere debitum ab uxore, nec priuignam habere, in uxorem, nec priuigna, nec ille alij matrimonialiter copulare poterant.
- 4 Incestus committitur proprie, cum proprijs consanguineis, vel cum affinis uxoris.
- 5 Incestus crimen priuat maritum facultate petendi debitum carnale, ab uxore, & à facultate contrahendi matrimonium.
- 6 Impedimentum iuris positiui Papa dispensare potest.
- 7 Incestus crimen Episcopus dispensare non potest.
Nisi ratione Iuuentutis.
- 8 Ius quod Papæ non reseruat dispensationem tacite Episcopo indulgere videtur.
- 9 Peccat grauius ille, qui uxoris consanguineam cognouit, quam sponse consanguineam.
- 10 Incestus suspitio, an habenda in fratre dormiente cum sorore per bienium.
- 11 Incestus dicitur committere, qui carnaliter cognouerit monialem.
- 12 Incestus dicitur, si mulier habet rem carnalem, cum clerico in sacris constituto.
- 13 Opinio communis est, vt non sit nisi simplex fornicatio.
- 13 Incestus pœna est mors, si committitur, cum alia specie fornicationis.
- 14 Incestus pœna in clerico, est pœna depositionis.
- 15 Incestus si committitur contrahendo nuptias punitur pœna confiscationis bonorum.
- 16 Incestus crimen committitur aliquando si quis scienter contrahit incestas nuptias vnde vltra alias pœnas sunt excommunicati.
- 17 Incestus crimen excusatur si committens ignoraret factum.
- 18 Matrimonium si quis contrahit cum consanguinea sub hac conditione si Papa dispensauerit non valet.
Contraria opinio de consuetudine obseruatur, vt ibi.
- 19 Matrimonium inter consanguineos permittitur, inter Principes.
- 20 Regnum omne in se diuisum desolabitur.
- 21 Homo limus, & fumus est.
- 22 Leges ligant homines non ex voluntate sed ex ratione.
- 23 Coitus omnis præter matrimonialem, est peccatum mortale.
- 14 Fornicationis pœna in laico, de iure canonico, est arbitraria, in clerico est suspensio.
- 25 Concubinatus est à iure prohibitus.
- 26 Concubinam laicus tenens punitur, ex arbitrio.

Cleri-

- 27 Clericus concubinarius priuatur beneficio, & tenetur restituere fructus perceptos.
- 28 Stuprum cum uirgine, & uidua in clerico est pena depositionis in laico pena est dotandi siue eam ducendi in uxorem.
- 29 Coitus cum puero punitur p[en]a mortis.
- 30 Coitus cum nupta punitur p[en]a mortis.
- 31 Coitus cum moniali punitur p[en]a mortis.
- 32 Coitus uasalli cum Domina pena est, quod priuetur feudo.
- 33 Coitus serui cum Domina pena est ignis flammis conburitur.
- 34 Coitus tutoris pena est deportationis, & confiscationis omnium bonorum.
- 35 Coitus cum carcerata pena in francia, ut suspendatur, vel trium ictuum funis vel fustigetur.
- 36 Coitus Iudæi cum Christiana punitur mitiori pena quam morte, & è contra Christiana cum Iudeo pena est arbitraria citra mortem.
- 37 Coitus cum animali bruto punitur p[en]a mortis.
- 38 Coitus cum mortua est punibilis tanquam contractator cadauerum. Pena est pecuniaria, & si minus idoneus luit in corpore.
- 39 Coitus inter mulieres fricando, & se corrupendo, est pena mortis.
- 40 Coitus cuiuscunque generis per vim punitur pena capitis.
- 41 Coitus qui frequentat cito perit.

Centessimum Trigesimum Quintum Privilegium.

- 1  CCLESIA gaudet priuilegio, quòd. † Affinitas superueniens post matrimonium contractum non soluit matrimonium, sed exactiorem debiti impedit. † Et crimen incestus inhabilitat, quo ad matrimonium contrahendum dicitur hic. † Quòd si quis cognouit priuignam suam, non potest petere debitum ab uxore, nec priuignam habere in uxorem, nec vnquam priuigna, nec ille poterunt se alij matrimonialiter copulare, capit. 1. de eo qui consang. vx. su. cog. Ratio istius decreti fuit, quia commisit.
- 2 † Crimen incestus, quod proprie committitur cum proprijs consanguineis, vel cum affinibus uxoris cap. si. s. cum ergo
- 3 25. q. 1. l. inter. ff. de adul. † Pro quo quidem delicto Ecclesia priuat illum facultate exigendi debitum carnale à propria
vxo-

- 6 vxore, & à facultate contrahendi matrimonium, & † Cum istud sit impedimentum iuris positiui Papa dispensare potest
- 7 cap. proposuit. de concess. præben. † Episcopus vero, si commissum est verum crimen incestus, dispensare non potest, nisi ratione iuuentutis, quo casu dispensare poterit, cap. si duo 35. q. 6. Aut non est propriè crimen incestus, quia commissum cum consanguinea sponsæ, & tunc poterit Episcopus dispensare, etiam citra iuuentutem, cap. veniens eo. ti. Ideo cognoscens consanguineam sponsæ inhabilitatur ad matrimonium contrahendum, etiam cum alia, sed potest secum de facili dispensari. † Nam cum ius non reseruet Papæ dispensationem tacite videtur Episcopo potestatem indulgere, Inn. in cap. dilectus de temp. ord. Hic † Aduertendum, quòd grauius peccat ille, qui vxoris consanguineam cognouit, quam sponsæ consanguineam, nam primo casu non indulgetur dispensatio, saltem ex facili causa, sed in alio casu sic, nam ratio diuersitatis est, quia cognoscens consanguineam vxoris propriè committit crimen incestus, quoniam ex copula habita cum vxore contracta fuit affinitas inter eum, & consanguineos vxoris, sed ex sponsalibus non est contracta affinitas, cum consanguineis sponsæ, sed quædã publica honestas, incestus autem propriè non committitur, nisi cum affinibus, vel consanguineis, vt in d. §. cum ergo Cepol. cons. crimi. 69. Crauet. in cons. 321
- 10 † In quo defendit à suspitione incestus fratrem, qui per benedictionem cū sorore sua eodè lecto iacuerat, † Sed nunquid committitur cum moniali, quando quis eam carnaliter cognouit, & dicitur, quòd sic, & ita concludunt communiter canon. Immo, & alij tenuerunt, quòd, † Si mulier habeat rem carnalem cum clerico, in sacris constituto, sit incestus, gl. in l. 2. in verb. filij C. de Epif. & cler. & ibi dicit Bal. Quòd cum ista questio fuisset de facto, fuit determinatum, quòd esset incestus, & hoc communiter est à Doc. receptum, vt ait Gerland. de diuer. crim. lib. 3. q. vlt. & illud refert Prat. Conrad. fol. 376. nu. 11. qui etiam fol. 341. post nu. 13. Dicit, quòd hæc est communis regula, sed certè veritas est in cōtrariū, quia non est nisi simplex fornicatio, Cacialup. in Rep. l. si qua illustri C. ad Orfic. & quia de iur. canon. Pæna est, vt supra. † Videamus pænam de iure ciuili, quæ est pæna mortis, & hanc opinionè esse comunè attestatur Gerland. de diuers. crim. lib. 3. q. 3. nu. 5. Quòd est verum, quādo incestus committitur cum aliqua alia
- gl. .ff.

specie fornicationis, puta adulterio, stupro l. si adulterium, in
 14 gl. ff. de adult. † In clerico vero de iure canon. pro crimine in
 15 cestus, est pœna depositionis † Si vero incestus committitur
 contrahendo nuptias punitur, iuxta formam Auth. incestas nu
 16 ptias C. de nupt. quæ est pœna confiscationis bonorum, in con
 tingentia facti diuersimode incestuosi puniuntur. † Sed hoc
 crimen incestus aliquando quis scienter contrahit incestas nu
 ptias, ultra alias pœnas dispositas suis locis, contrahentes sunt
 ipso iure excommunicati tex. in clem. eos. de consan. & affin. &
 declarat Gem. conf. 71. Qui in contingentia facti ita consuluit.
 17 † Excusatur incestum committēs vbiunque appareat, quod
 ipse ignoraret factum, & hæc est communis opinio, Bal. Nouel.
 in prima parte vndecimæ partis prin. num. 8. Villalobos in sua
 18 coll. communium opin. in littera P. nu. 68. Sed quid † Si quis
 contrahat matrimonium cum consanguinea, sub hac conditio
 ne si Pontifex Maximus dispensauerit tale matrimonium, an
 valebit, in hoc articulo sunt variè scribentium opiniones, nam
 Inn. in cap. super. de cond. appof. tenuit, quod non, & hanc opi
 nionem tenet pro communi Aret. in l. Apud Iulianum §. con
 stat col. 3. ff. de leg. 1. Viuius in lib. communium opinionum, in
 ver. matrimonium contrahentes. In contrarium autem, quod
 possit tale matrimonium sub conditione contrahi, tenet Bu
 tri, in d. cap. super eo, & hæc opinio, de consuetudine obserua
 tur, vt attestatur Boer. in decis. 264. nu. 27. Et reuera quoti
 die videmus matrimonia in hac forma contrahi, hæc opinio
 mihi videtur, quod egeat hac consideratione, aut contra
 ctum est sub hac conditione, aut consummatum fuit matri
 monium, vt sapiens videmus fieri contractum, & statim de
 neniunt ad copulam carnalem, fingentes, & simulantes non
 habere notitiam consanguinitatis, & supplicat, vt euiten
 tur scandala, & stante eorum ignorantia, quod dispensentur.
 & ita fraudant Papam, nec animaduertunt, quot mole
 stia damnosa, & quot excruciatu sibi ipsis euenire solent,
 & ignorant, ex quo capite talia accidunt, efficiuntur imme
 mores delicti commissi, in hoc enim proposito audiui plu
 res verba facere, & ita dicere, si in Principibus permitti
 tur matrimonium inter consanguineos, in quocunque gradu
 consanguinitatis, cur non est etiam permissum cœteris priua
 tis, cum Apud Deum militet eadem ratio, certè isti tales sunt
 miseratione digni, quia fateor, quod Apud Deum sunt præ

parate sedes secundum ea, quæ à nobis gesta fuerint sed hoc
 venit considerandum sub hac forma, fuerunt factæ leges ex in-
 19 spiratione diuina, quæ prohibent † Matrimonium fieri inter
 consanguineos, & Principibus concedunt, vestrum est parere
 legibus, quia eadem ratio non militat in Principe, quæ militat
 in priuato, nam cor Regis in manu dei est, & ratione diuisionis
 prouinciarum, & regnorum, hoc fuit sancitum cū ex ore Dei,
 20 habetur. † Quod omne regnū, in se diuisum desolabitur. Luc.
 in cap. 11. Nolite, vt in adagio, ponere os, in cælum, acquiescite
 igitur, cognoscite vos met ipsos, veluti notulas errantes, in-
 spicientes in lumine solis, nolite querere quia, & quare scire
 causas, & momenta, non est vestrum, sed Patris omnipotentis,
 qui cæli, terræque Dominus, Mundi machinam suo quidem
 miro ordine construxit, hominemque ad sui imaginem
 compegit, vt moribus, ac legibus humanum genus viueret,
 desuper statuit, recta cunctis sectari, prauaque abhominari
 21 præcipiens, non licet ergo dicere. † Quid ego quid tu, quid
 22 ille omnes homines sumus limus, & fumus. † Leges nos ligat,
 non ex voluntate, sed ex ratione, ideo illis standum & acquie-
 scendum, aduerte, etiam quòd ne dum solum incestus, est pu-
 23 nibilis, vt superius diximus, † Sed omnis coitus præter matri-
 monialem tam de iure canonico, quàm diuino vnde omnis forni-
 catio simplex est prohibita. Adeo quod proculdubio est pecca-
 24 tum mortale, & ita omnes sancti Theologi tenent. † Et pæna
 fornicationis est de iure canonico in laico, est pæna arbitraria,
 in clerico sunt variæ opiniones, nam aliqui tenuerunt, quòd,
 propter simplicem fornicationem, non incurrat pænam depo-
 sitionis, sed solummodo suspensionis, gl. in c. Maximinianus in
 verb. remoueantur disti. 81. Scias igitur quòd damnatus dici-
 tur ille, qui aliqua lege exteriori, & humana punitur, ita dicit
 Bar. in l. si. nu. 4. ff. de his quibus, vt indig. Vnde credo, quòd ex
 25 pediat videre, coitus omnes, qui possunt à lege puniri, † Con-
 cubinatus est à iure prohibitus, de iure can. & in foro conscien-
 tiæ, vt tenet glos. in clem. Vt nostrum in verb. non est. de heret.
 quam omnes sequuntur. De iure autem ciuili, aliqui tenuerunt
 tales coitus cum concubina non esse improbatos. Alex. in l. ex
 facto §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. contraria opinio est ma-
 gis vera, videlicet, quòd concubinatus, sit improbatus etiam à
 iure ciuili, licet iudices non puniant, tamen reprobatur, nisi
 quatenus requisiti ab Ecclesiasticis, brachium suum impartiu-
 tur.

26 tur. † De iure canonico laicus tenens concubinam punitur,
 27 arbitrio iudicis. † Clericus vero concubinaris privatur be-
 neficio, & tenetur ad restituendum fructus, perceptos. Villalo-
 bos in suis coll. in littera C. nu. 85. Bell. attestatur, de communi
 28 conf. 56. † Stuprum quod committitur, cum virgine, & vidua
 punitur de iure canonico, pœna stupri in clerico, cum virgine,
 est depositionis, in laico est, vt eam dotet, aut in vxorem ducat
 29 Chassen. conf. 40. † Cum puero punitur de iure ciuili est pœ-
 30 na mortis l. cum vir nubit in fœminam C. de adult. † Cum
 nupta pœna est vltimi supplicii tex. in l. quâuis la 2. C. de adult.
 31 Alex. conf. 13. nu. 3. lib. 7. † Coitus cum moniali punitur pœ-
 32 na capitis tex. in § pen. in Auth. de sanc. Epif. † coitus vafal-
 li cum Domina pœna est, quod priuetur fœudo Clar. de fœud.
 33 in q. 48. † Coitus serui cum Domina flammis conburitur l.
 pen. C. de mul. quæ propt. seru. se iniunx. & mulier. ca. punitur.
 34 † coitus tutoris cum pupilla pœna est deportationis, & con-
 fiscationis omnium bonorum l. vnica C. si quis eam cuius tut.
 35 sue. & c. † coitus cum carcerata pœna est, in francia, vt suspen-
 datur Faber. in §. Item lex Iulia inst. de publ. iud. in aliquibus
 pœna est trium ictuum funis, & aliquando delinquens fustiga-
 36 tur Boer. decis. 317. num. 9. † Coitus Iudæi, cum Christiana
 non punitur morte. sed mitiori Boer. in dec. 316. nu. 5. Et è con-
 uerso, de coitu Hebrææ cum christiano, in istis infidelibus pœ-
 na citra mortem arbitraria, Alciat. in conf. 488. & ita Doc. com-
 37 muniter sentiunt. † coitus, cum animali brutto punitur pœ-
 na mortis, cū sit cōtra humani generis naturā. c. hoc ipsum §. j.
 38 33. q. 2. † cum mortua coitus est punibilis tãquam cōtracta-
 tor cadauerum l. fi. C. de sepulc. viol. Pœna est librarum quin-
 quaginta auri, & si minus idoneus, pœna s. luat in corpore.
 39 † coitus inter mulieres fricando, & se corrumpendo, est im-
 posita pœna mortis l. sēdisimā C. de adult. Boer. in decis. 316.
 40 omnes igitur † Coitus cuiuscunque generis si per vim com-
 mittantur grauius punitur l. vnica C. de rap. virg. & pœna est ca-
 pitis, ideo ab omnibus vnusquisque Dei amator caueat, nam
 offendit Deum, & propriam animæ salutem, incidit in infamiam,
 & infinita pericula cum damno facultatis, & denique
 41 sui ipsius efficitur homicidialis. † Quia qui coitus frequen-
 tat cito, perit, ex his habes, quod priuigna non sit causa, vt
 ab vxore tibi debitum denegetur, & eam non valeas in vxor-
 em ducere, immo, quod puniris ex pœna incestus, quam
 Ddd 2 supra

supra cum ferè omnibus coitus penas saltem in locis breui manu expositas, quas per te videre poteris.

S V M M A R I V M.

- 1 Contrahens scienter cum impotenti ad copulam, ab ea non separatur.
- 2 Mulieres aliqua sunt ita cluse, & impotentes, quòd viris carnaliter commisceri non possunt, an matrimonium contrahere possunt.
- 3 Matrimonium contractum inter impotentes scienter, quòd non videtur credible, tamen si contractum, si non possunt habere mulieres, vt uxores, habeant, vt sorores.
- 4 Matrimonium, qui contraxit cum impotenti scienter, illam alere impotentem, & secum caste viuere tenetur.
- 5 Coniuges possunt promittere continentiam simul morando.
- 6 Coniuges appellantur, in quibus etiam non exercetur carnalem commercium.
- 7 Matrimonium contractum, cum frigida, pro facienda copula carnali datur triennium, quo elapso aliam accipit.
Deficiente probatione non secute copula, carnalis statuitur iuramento vtriusque.
- 8 Impedimentum carnalis copula si in principio probari potest non est expectandum tempus triennij.
- 9 Euentus frustra expectatur, cuius, nullus induceretur effectus.
- 10 Impedimentum copulae carnalis, intelligitur de impedimento propter maleficium, quòd ad tempus remoueri potest.
Apostoli habebant uxores, cum quibus caste vivebant.
- 11 Prestatio iuramenti propinquorum, vel coniugum, non est necessarium, vbi constat, de euidencia impedimenti.
- 12 Impedimentum matrimoniale viri, & mulieris, quòd factò humano sine corporali periculo remoueri non potest, reddit quem inhabilem ad contrahendum matrimonium secus, si impedimentum potest reuocari.
- 13 Mulier impotens, si fuit separata à primo viro, si postea ab alio cognoscatur, an venia restituendo primo viro.
Primus vir an possit obycere fornicationem, & non matrimonium.
- 14 Sententia matrimonialis transit in rem iudicatam quando est confirmata per duas sententias conformes.
- 15 Sententia bis confirmata, non audatur contra eam.
- 16 Differentia magna est, vt quis audiatur, per viam appellationis, aut per viam querelle.

Centessimum Trigesimum Sextum Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet priuilegio, quod † Contra-
- 2 hens scienter cum impotenti ad copulam, ab
- 3 ea non separatur, vt † Si aliquæ mulieres, ita
- 4 sunt clausæ, & impotentes, quod uiris carnali-
- 5 ter commisceri non possunt, quæritur an ma-
- 6 trimonium contrahere possint, respondet Pa-
- 7 pa. † Non videtur credibile, quod aliquis cum talibus con-
- trahat matrimonium, tamen Romana Ecclesia consueuit in ta-
- libus iudicare, vt si nõ possunt eas, habere vt vxores, habeant
- eas, vt sorores, cap. consultatio. de frig. & malef. Ratio hæc esse
- potest. † Quia scienter contraxit matrimonium, cum impo-
- 7 ste viuere, sicut cum sorore debet. † Nam sicut veri coniuges
- possunt promittere continentiam simul morando, c. quo Deo
33. q. 5. Ita, & iste poterunt simul morari in continentia, c. om-
- nino 3 r. di. Vbi Paulus de vxoribus Apostolorum dixit nõ quid
- non habemus potestatem circunducendi mulieres, sorores, &c.
- † Vnde coniuges appellantur, in quibus non exercetur carna-
- le commercium, & hæc opinio Io. An. mihi magis placet quam
- opinio Inn. & Host. qui tenent, quod si timeretur de fornicatione
- potentis poterit Ecclesia sibi subuenire dando sibi licentiã cū
- alia contrahendi, ex quo cum prima non est verũ matrimonium
- & quod remanebit tamẽ obligatus ad reddendum necessaria
- prime, si ista ratio haberet locum, vt ad euitandam fornicatio-
- 7 nem, aliam in matrimonium ducere valeret frustratorium esset
- hoc decretum, considerandum est, quod habebat sciẽtiam ve-
- rum. † Si quis contraxisset cum quadã frigida natura, fuit que-
- situm quantum tempus, sit concedendum pro faciẽda copula
- coniugali, & dicitur, ex ore Papæ, expectandum esse triennium,
- cõputandũ a tẽpore coniugij, quo elapso, si postea simul coha-
- bitare noluerit, si mulier, per iustũ iudiciũ probare potuerit, qd
- cũ eo coire non possit, aliũ accipiar, & si ille aliã acceperit sepa-
- rent, si vero consentiunt simul esse habeat eã, vt sororẽ, si autẽ
- consteat, qd nunq̃ se inuicem cognouerint septima manu pro-
- pinquorũ, vel vicinorũ bonæ famę, si propinqui deficiãt, iure iu-
- rãdo dicat vterque, qd nunq̃ vna caro effecti sunt, & tũc mulier
- potest

pote-

poterit alium accipere, & si ille aliam acceperit de periuro
 notentur, & acta pœnitentia cogantur ad priora conubia re-
 8 dire. † Si tamen impedimentum in principio probari potest,
 non est opus, quòd cohabitent per triennium, vel quòd indu-
 cant consanguineos ad iurandum, vt puta si probatur, quòd vir
 9 habet membrum anidum, vel quòd ex toto sit sectus, vel quid
 simile. † Nam frustra expectatur euentus cuius nullus indu-
 10 ceretur effectus, vt in c. cum contingat. de offic. deleg. † Sed
 quia dicitur. de impedimento, aduerte, quòd intelligitur de
 impedimento propter maleficium, quia cum sit accidentale,
 & possit ad tempus remoueri semper prius est expectandum
 tempus triennis, capit. fina. de frig. & c. Sed si essemus in
 muliere arcta, vel alias impotens, quæ non est apta ad contra-
 hendum, si quis cum ea scienter contraxerit, sibi imputetur,
 11 quia ita voluit, nec erit ab omni honestate alienum. † Ad
 imitationem vxorum Apostolorum, quæ castè cum eis, vt so-
 rores viuebant, vt & ipse cum ea viuat, & aduertè secundum
 12 Host. Quòd † præstatio iuramenti propinquorum, vel coniu-
 gum, non sit necessarium, in casu quo constat, de euidentia im-
 pedimenti, pro vt vidimus fuisse seruatum, in hac ciuitate, &
 alibi, quos non licet nominare, & etiam cohabitatio trienna-
 12 lis non est expetanda, hinc infertur. † Hæc regula, quòd in
 materia matrimoniali omne impedimentum viri, vel mulie-
 ris, quòd factò humano, sine corporali periculo remoueri non
 potest, reddit quem inhabilem ad contrahendum, matrimo-
 nium, secus ergo si factò humano potest impedimentum reuo-
 13 cari, sed hic occurrit quæstio satis not. † Si mulier impotens
 fuit separata à primo viro, si postea ab alio cognoscitur, an ve-
 niat restituenda primo viro. Hosti. Fuit in hac opinione, quòd
 si vir primus erat admodum carnosus, adeo, quòd sine pericu-
 lo mortis vxorem deflorare non posset, & si secundus vir ma-
 gis aptus, & gracilis potuit eam cognoscere, quod non venit
 primo viro restituenda, licet per frequentem vsum, cum secun-
 do, sit reddita apta primo, attendenda est dissimilitudo, & an
 primus vir possit obijcere fornicationem, & nō matrimonium
 quasi fornicando dedit operam rei illicitè, ideo imputantur
 sibi omnia, licet præter intentum eueniant, vt in cap. tua de ho-
 micid. Sed contrahendo dat operam rei licitè, cum putaret,
 se solutam à primo, hinc est, quòd primus non potest oppone-
 re adulterium, nam ista mulier potuit licitè contrahere, cum
 secundo

secundo, post laram sententiam diuortij, per Ecclesiam, & hæc est causa, quod ista mulier non tenetur redire ad primum virum, nisi verisimiliter cognoscat primum fuisse aptum à primo capio, sed hic aduertè. † Quod sententia in causa matrimoniali transit in rem iudicatam, quando est cõfirmata per duas sententias, aliqui fuerunt in hac opinione, quod nullum vinculum potest firmare sententiam quominus error possit detegi per ea, quæ not. in cap. Lator, & in c. tenor. de re. iud. † Cum sententia sit bis confirmata, non debet quis contra eam audiri, Inn. tenet in d. c. Tenor, quod contra vnam, non debet quis, de facili audiri, ergo fortius quãdo fuit bis consummata, Abb. tenet, quod non possit tertio appellare, sed quod non excluditur à propositione iniustè sententiæ, per viam querele. † Magna enim est differentia, vt quis audiatur per viam querele, aut per viam appellationis, cap. ad reprimendum. de offic. ord. Post hæc, ego quoque sum in hac opinione, quod mulier stantibus causa, & sententia, non debeat restitui primo viro, sed proficit secundo, qui eam deflorauit, equum est, vt gaudeat labore suo, sed ego consulo, vt vnus quisque capiat cõsiliu, ex se metiendo corpus, & vires. Ex istis habes, quod qui scienter contrahit cum impotenti, ad copulam, ab ea non separetur.

S V M M A R I V M.

- 1 Viri, & mulieris verbo qui negant aliquem filium statui, nisi indicijs, & testibus probetur.
- 2 Assertio negatiua parentum filio præiudicat, si veritas ex testibus, & indicijs haberi non potest.
- 3 Nutritus in domo alicuius non presumitur filius, nec nutritor eum instituere.
Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.
- 4 Filij non semper nutriuntur in domo.
- 5 Filiatio quomodo probetur, & cui incumbat onus probandi, an quis possit probare se filium.
- 6 Probatio aliud est, quam presumptio, prima de necessitate concludit, secunda de veresimilitudine concludit.
- 7 Probatio alia directa, alia indirecta.
- 8 Filiatio respectu matris probatur per obstetrices, quæ viderunt filium exire de ventre matris.
- 9 Presumptio est triplex probabilis, violenta, necessaria.

Copula

- 10 Copula carnalis probatur, quia fuit in lecto solus cum sola, nudus cum nuda, ex his ius, & lex præsument copulam.
- 11 Filiatio probatur si est natus ex vxore, vel concubina, quam in domo retineo, ex quibus ius præsument me esse patrem.
- 12 Præsumptio necessaria est, quæ non solum ad ferendam sententiam sufficit, sed prohibitionem contrariam non admittit.
- 13 Præsumptio iuris, & de iure, qualis sit, & probetur.
- 14 Præsumptio iuris aliquando præsument delictum.
- 15 Filiationem probandi onus, ei incumbit, qui dicit.
- 16 Pater est incertus de filio, mater autem est certa.
Tamen assertioni matris non statur.
- 17 Filius Regis primogenitus fatuus, quia ex assertionem matris Regnum cessit credens esse filium, ex dicto matris alterius militis.
- 18 Filius præsumentur esse patris, etiam si mater viueret, in prostibulo. Sacerdoti non statur reuelanti, ex confessione mulieris, talem non esse filium, de licentia mulieris.
- 19 Mulier asseruit habuisse tres filios, quorum vnus solus erat legitimus maritus moriens, primo genito dedit hereditatem, vnde orta lis inter eos quis esset primogenitus, fuit cuilibet eorum datus arcus cum sagitta, vt qui prope cor patris sagittaret, ille esset hæres, duo sagittauerunt tertius visceribus motis noluit sagittare asserens magis priuari hereditate, quam contra patrem sagittare, & fuit declaratus filius hæres.

Ceterisimum Trigesimum Septimum Priuilegium.

- I** COLESIA gaudet priuilegio, quod. † Statu-
tur verbo viri, & mulieris, qui negant aliquem
filium, nisi indicijs, & testibus probetur con-
trarium. Quidam nomine N. nutriuit quendam
puerum vsque ad iuuentutem cohabitante si-
bi clerica vxore sua nunc, tunc non desponsata,
sed postmodum desponsauit, & ex ea filios suscepit, prædictus
iuuenis, sic nutritus gerens se filium, & hæredem, heredita-
tem N. prædicti possidebat, quamuis à vicinis credebatur eo-
rum spurius, & dicebatur, sed prædicti vir, & vxor negabant
illum spurium suum, aut legitimum filium esse, sed dicebant,
quod eum nutriuerant pietatis intuitu, filij istorum petebant
ab illo hereditatem paternam, ipse vero contradicebat quæ-
stio,



filio super hoc delata est coram Archiepiscopo, predictus iuue-
 nis, qui coram eo citatus venire noluit, fuit excommunicatus, Pa-
 pa ab Archiepiscopo consultus, quid super hoc esset agen-
 dum, respondet quod in tali casu standum est verbo viri, &
 mulieris, nisi certis indicis, & testibus iuvenem predictum
 illorum confiterit esse filium, capit. transmissa: qui fil. sint
 2 legit. ratio istius decreti fuit. † Quia cum aliter veritas ha-
 beri non potest ex testibus, vel indicijs, assertio parentum ne-
 gatiua filio preiudicat, cum eorum assertioni standum sit, hic
 3 considerandum †. Quod nutritus in domo alicuius non pre-
 sumitur filius, nec tenetur nutritor eum, ut filium restituere,
 quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit habesse cap. 2.
 4 de translat. prelat. † Nam filij non semper nutriuntur in domo
 5 l. quidam cum filium. ff. de verb. obligat. † Sed filiatio quo-
 modo probetur, & cui incumbat onus probandi, an quis pos-
 sit probare se filium, & videtur quod sic l. 1. C. quor. bon. l. si
 posthumus §. si. ff. de lib. posth. in contrarium. ff. de cond. &
 6 † Aliter est probatio, aliud presumptio, probatio est arg. de ne-
 cessitate concludens, ext. cap. in presentia de probat. C. vnd.
 cogn. l. non hoc. presumptio est arg. non necessario, sed verisimi-
 7 liter concludens. ext. de presump. cap. quia verisimiliter † Item
 probatio alia directa, alia indirecta, directa est, quae principaliter,
 & immediate concludit verum esse, quod queritur, ut si dico
 me soluisse probo per testes, qui viderunt numerationem, hoc mo-
 do potest probari filiatio respectu patris, quia non potest pro-
 bari per aliquem sensum corporis, quae requiritur ad directam pro-
 bationem, ut per specul. in ti. de teste s. nunc tractandum ver. ut au-
 8 tem sed respectu matris probatur per obstetrices, quae viderunt
 eum exire de ventre matris. ff. de vent. inspici. l. 1. §. de inspicien-
 do, indirecta probatio est, quae non principaliter, sed in consequen-
 tia concludit id verum esse, de quo agitur, ut quia dico me non oc-
 cidisse Titium, probo per testes, qui dicunt eum vivere, ff. ad l. Aquil.
 l. indeneratus §. vlt. nam principaliter probatur aliud quam id, de
 quo agitur cum probetur vita, & agitur de morte, tamen vnum ne-
 cessario inferri ad aliud, hoc modo probatur negatiua, quae di-
 recto probari non potest, quia quoniam contra. de probat. hoc modo
 allegans filiationem probari non potest, quia affirmat, sed negans
 sic probando, quia is qui dicitur pater longo tempore stetit absens
 anniculum inuenit, ex quo inferitur necessario hunc non esse filium
 E e e suum,

suum, ff. de his qui su. su. vel alien. vir. l. r. §. si quis longo
 9 ff. de lib. agn. † Item præsumptio est triplex probabilis, vio-
 lenta, necessaria, probabilis est, quæ quamuis conscientiam iu-
 dicis inclinet, tamen, quia non est adeo veritati proxima, vt
 ius pro ea præsumat, non sufficit ad ferendum sententiam, ni-
 si aliis adminiculis adiuuetur, exemplum est ff. de test. l. 3. §.
 eiusdem. cap. præterea. de test. Et ratio est, quia iudex, ex con-
 scientia sua iudicare non debet, l. illicitas §. veritas. ff. de of-
 fic. præsid. capit. ne inniteris. de const. ideo uocatur præsum-
 ptio hominis, vel iudicis, non iuris, gl. in cap. is qui de spon-
 sal. l. si. ff. quod met. causa, hoc modo potest præsumi filiatio,
 ita, vt ex fama cum aliis adminiculis pro filiatione feratur sen-
 tentia, cap. illud. de præsump. Violenta præsumptio est, quæ
 adeo veritati proxima est, quod non solum iudicis, sed etiam
 iuris conscientiam mouet, adeo quod, sine alijs adminiculis
 sufficit ad ferendam sententiam, quanto enim magis indicia
 veritati sunt proxima, tanto magis iudicem, & ius inclinant,
 10 l. ob carmen. ff. de testi. Huius exemplum est † Allego co-
 pulam carnalem, probo, quod fui in lecto solus cum sola, nu-
 dus cum nuda, ex his ius, & lex præsumunt copulam c. litteris
 11 de præsump. vocatur ergo præsumptio iuris † Et hoc etiam
 modo præsumitur filiatio, si probo, quod est natus, ex vxore,
 vel concubina, quam in domo retineo, ex quibus ius præsumit
 me esse patrem, l. si vicinis C. de nup. Non tamen est tam fortis
 hæc iuris præsumptio, quin per contrarias probationes repro-
 bari queat, cap. proposuisti de probat. cum probatum vincat
 12 præsumptionem, l. si chirographum. ff. de probat. † Neces-
 saria præsumptio est, quæ non solum ad ferendam sententiam
 13 sufficit, sed prohibitionem contrariam non admittit † Exem-
 plum dico matrimoniū de cōsensu præsentis interuenisse, pro-
 bo sponsalia, & copulam subsequenti, ex quibus præsumit cō-
 sensum, c. is qui. de spon. Hæc vocatur præsumptio iuris, & de iu-
 re iuri dicitur, quoniā ius ex huiusmodi indicijs tamq̃ vero pro-
 ximis id, de quo verum esse præsumit, vt dixi supra, de præsum-
 ptione uiolenta, de iure præsumitur, quia semper id in ea præ-
 sumitur, quod de iure fieri debet, quod † secus est in præsum-
 ptione iuris, quæ aliquando præsumit delictum d. c. litteris, vel
 quia de iure singulari ob alicuius fauorem statutum est, ne con-
 traria probatio admittatur, ut quia in fauorē matrimonij est
 propter fornicationem euitandam, præsumitur consensus, d. c.

is qui, & in fauorem actus præsumitur stipulatio l. 1. in prin. C. de re. ux. act. & in fauorem minorum l. cui ostendimus. ff. de fideiuss. tut. & in fauorem pupilli arrogati l. his verbis cum l. seq. ff. de adop. Hæc præsumptio non habet locum in filiatione, quia cum nullus sit filiationum fauor, semper admittitur probatio, in contrarium, nam si non est filius istius, est filius alterius, & sic, si non fauetur vni, fauetur alteri † Incumbit onus probandi filiationem ei, qui dicit, l. 2. ff. de probat. etiam si excipiendo illam allego gl. in l. si ex cautione in fi. C. de non num. pec. nam negans non potest probare capit. bonæ. de elec. c. Quoniam contra falsam. de probat. in contrarium videtur, quod dicens non filium probet. ff. de carb. edic. l. 3. §. duæ causæ l. 1. §. si ea. ff. de vent. in poss. mit. Sol. aut filius est in quasi possessione filiationis, tunc negans eum filium probat, facit quod not. gl. ff. de probat. l. si pactum l. quidam ff. de lib. agnos. quia illa quasi possessio transfert onus probandi, in aduersarium, l. certa. ff. de probat. §. commodum inst. de in red. quod est verum si is, qui negatur, sit alter ex parentibus ff. de carb. ed. l. 1. §. is, qui ab aliquo, si vero filius non est in quasi possessione, tunc is, qui asserit eum filium probat, vt dicitur in capitu. transmissæ. qui fil. fin. leg. & ibi gl. † Clarum est, quod pater est, in certis de filio, mater autem est certa, tamen communis opinio est, quod Matri asserenti talem filium suum, non esse filium mariti sui, non est standum, Boer. in decis. 299. in fin. nume. 6. in secunda parte. Hinc est quod omnes Doc. † Reprobant fatuitatem illius filij Regis, qui ab eo reputabatur primogenitus, & cui competebat Regnum, & cum post mortem Regis, Regina declarauerit, non esse filium Regis, sed alterius militis, filius credens asseritionem matris esse veram, regno renunciauit, in d. decis. num. 6. & malè fecit. † Quia si mater viueret, in prostibulo præsumitur filius mariti, non adulteri l. miles §. defuncto ff. de adult. Angel. in l. septimo mensæ. ff. de sti. hom. Barb. conf. 68. lib. 1. Bal. conf. 39. lib. 5. Alex. conf. 37. lib. tertio Nec de hoc stat ut sacerdoti reuelanti talem non esse filium de licentia mulieris, ex eius confessione in d. decis. nu. 8. † Nam talis asserta parere solet multa, pro vt legitur mulierem quamdam tres filios habuisse, quorum vnus, erat solus legitimus, & hoc marito pro palauit in articulo mortis, maritus moriens dedit hæreditatem primogenito orta fuit his

quis eorum esset primogenitus, hæres quòd Iudex videns corpus patris iussit, à Sepulchro extrahi, & cuilibet eorum fuit datus arcus cum sagitta, vt quis eorum prope cor patris sagittaret, ille esset hæres, duo sagittarunt contra patrem, tertius, quia commota sunt eius viscera dixit iudici potius hæreditate priuari volo, quam contra patrem sagittare, nam erat vere filius, & ita fuit declaratus hæres cap. assertè mihi gladium. de præsump. tamen hoc iudicium ita factum non fuit iudicium, cum matri non sit credendum, sed tamen ex his habes, quòd statur verbo viri, & mulieris, qui negant aliquem filium, sed differentia stat in hoc, quòd in d. cap. transmissæ, loquitur de nutrito in domo à prædictis parentibus negantibus, quibus standum, nisi testibus, vel indicijs probetur contrarium, in alijs, vt supra allegatis stat conclusio cõmuni, quòd nõ sit credendum mulieri asserenti se pregnatam, à tali galiaura Baran l. si diffinimus. n. ff. de his qui. sum. sui vel alij. iur. pp. longè

S V M M A R I V M.

- 1 Mortuus ob accusationem malitiose factam propter eius calumniam septem annis penitere debet in pane, & in aqua, & quadraginta diebus.
- 2 Membrum amittens, ex calumnia alicuius, tres quadragesimas peniteat.
- 3 Damnum dat, qui causam damni dat.
- 4 Accusans aliquem mala arte, in foro animæ punitur.
- 5 Clerici nunquid possunt accusare laicum.
- 6 Clericus nunquam criminaliter potest accusare laicum, etiam si prosequatur iniuriam suam.
Nec testimonium ferre potest, in causa criminali.
- 7 Clericus ab vindictam publicam lacum accusare non potest, etiam si non venit imponenda pœna sanguinis.
- 8 Accusatio dicitur genus illaudabilis intentionis.
- 9 Clerici non debet se immiscere odiosis litigijs, immo segregati esse debent, à vita laicorum.
- 10 Clericus non debet nocere alicui, se omnibus prodesse.
- 11 Clericus potest prosequi iniuriam propriam, vel Ecclesiæ suæ, si pœna sanguinis non venit imponenda.
- 12 Clericus in accusatione debet protestari, quòd non intendit accusare.
- 13 Clericus an clericos accusare potest dic, quòd sic, si est bona fame, secus, si mala fame.

Nisi,

Nisi in exceptis criminibus.

- 14 Monachi accusando proprium Abbatem dicunt procurare utilitatem, quia interest Monasterij, non habere lupum pastorem, nec ei accusatores obedire tenentur, lite pendente.
- 15 Abbas si preciperet monachis, vt eum non accusarent, non est parendum iniusto precepto.

Centesimum Trigesimum Octauum Priuilegium.

- 1 **E**CCLESIA gaudet priuilegio, quod † Si quis accusauerit aliquem malitiose, & per suam accusationem mortuus fuerit, propter eius calumniam septem annis, pœnitere debet in pane, & aqua, & 40. diebus. † Si autem membrum amiserit, per tres quadragesimas pœnitere debet, capitu. accusasti. de accus. Ratio fuit hæc,
- 2 † Quia, qui causam damni dat, damnum dedisse videtur,
- 3 † Nam, qui aliquem accusat mala arte, in foro animæ punitur, cum non liceat aliquem accusare malo zelo, sed si fecit pro pæce, vel amore iustitiæ, vt aliqui pacifice vitam ducant, tunc non punitur, in foro animæ, quia non committit peccatum, sed non cuitat irregularitatem, quia illa contrahitur sine peccato, vt not. in clem. 1. de homicid. Sed hic, † Quæro nunquid clerici possunt accusare laicum, Innoc. in hoc variavit, primo dicit in d. cap. Accusasti, † Quod nunquam clericus criminaliter potest accusare laicum, etiam si prosequatur iniuriam suam, cap. clericum nullus § 1. q. 1. Nam, & testimonium ferre non potest in causa criminali, cap. testimonium § 1. q. 1. Refert alios posse alios dicere, quod potest accusare, si non venit imponenda pœna sanguinis, hic igitur distinguendum, † Quod ad vindictam publicam clericus laicum accusare non potest, etiam, si non venit imponenda pœna sanguinis
- 4 & pro hoc ostenditur in cap. sacerdotes 2. q. 7. Et ratio est, † Quia accusatio dicitur genus illaudabilis intentionis cap. si quis 2. q. 7. † Vnde clericus se immiscere non debet huiusmodi odiosis litigijs, immo clerici debent esse segregati à vita laicorū, & propterea in simili clericus non potest aduocare † Ne videat alteri nocere cū ipse teneat omnibus prodesse, c. si. de post. fortius remouet ab accusatione, quæ est magis odiosa † Aut clericus
- 5 pro-

prosequitur iniuriam propriam, vel Ecclesie suae, & tunc si pena sanguinis non venit imponenda potest licite accusare laicum cap. cum sit generale. de for. comp. cap. praelatis de homicid. c. olim. de iniur. cap. grauius de rest. spol. † Si vero venit imponenda pena sanguinis, & potest accusare laicum prosequendo iniuriam propriam, debet tamen protestari, quod non intendit accusare, vt pena sanguinis emittatur, d. capitu. Praelatis † sed nunquid clerici clericos accusare possunt, dic, quod si sunt bonae famae possunt accusare etiam eorum superiores, ca. ex parte, de accus. Si vero sunt malae famae, non admittuntur, vt in cap. cu dilecta vt supra eo. ti. nisi in exceptis criminibus, quia in illis admittuntur etiam contra non infamatos & in hoc di † ferunt a laicis vt in c. c. 1. de confess. c. fi. 15. q. 3. & † Etiam monachi dicuntur procurare vtilitate accusando proprium Abbatem, quia interest monasterij non habere pastorem lupum, nec ei accusatores obedire tenentur lite pendente, si ex obedientia causa † accusationis impeditur, pro † Vt si Abbas praeciperet eis, vt non accusarent eum, nam tunc non est parendum, quia praecceptum est iniustum, cap. Iulianus 11. q. 3. Et si Abbas esset infamatus apud Papam ipse mandat, quod si aliquis est de monasterio Abbatis, qui velit contra Abbatem aliquid dicere ipsum accusando, vel denunciando paratus est audire cu praesentia illorum, quorum interest, vt causa praescrutetur, ad hoc vt condemnetur, vel absoluator, & ita tractatur criminatio coram interesso. Ex his habes quod, qui malitiose accusat poenitentiam secundum acta calumnie patitur.

S V M M A R I U M.

- 1 Episcopus pro ordine ab eo conferendo, vel ministri, vel notarij nihil temporale exigere debent.
- 2 Ordinatus aliquid non debet dare, & pro ordinatione nullus debet accipere.
- 3 Simonia est recipere aliquid per concessione spiritualium.
- 4 Simonia est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum.
- 5 Simonia debet de Ecclesia Dei eliminari, atque repelli.
- 6 Spiritualia vendi non possunt.
- 7 Simonia inter cetera Crimina obtinet primum locum.
- 8 Notarij non possunt recipere nihil temporale pro ordinatione tamen no-

tarij in curia Romana exigunt pecunias, & Papa tolerat Immo facta est taxatio quantum solui debet pro qualibet bulla.

- 9 Notarij in curia Romana, ex quo non habent sallarum licite exigunt, & non est simonia.
- 10 Lex Iulia de ambitu non habet locum in curia principis
- 11 Ecclesie status decoloratus per simoniam.
- 12 Simoniam non comittit Papa aliquid accipiendo pro beneficio, quia beneficium est de Iure positivo.
- 13 Simonia crimen contra Papam opponi non potest.
Nisi tribus concurrentibus.
- 14 Simonia pena afficit tam dantem, quam recipientem.
- 15 Simonia an sit peccatum mortale dicendum quod sic, quia est contra Iustitiam, contra divinam legem, contra legem naturalem.
- 16 Simoniam ignorantia non excusat, Nam Ius Divinum neminem excusat.
- 17 Ecclesie res sunt Papae.
- 18 Emens beneficium a Papa, vel ordinem non incurrit penas.
- 19 Simoniacus potest accusari per quemlibet catholicum.
- 20 Christus fuit sine peccato licentiam dedit vni Iudaeo sceleratissimo accusandi.
- 21 Probationes in criminibus debent esse luce clariores.
- 22 Presumptiones in crimine simoniae, & in crimine haeresis admittuntur.
- 23 Simoniae crimen est gravius, quamvis homicidium sit horribilius.
- 24 Dei gracia pecunia aquiri non potest.
- 25 Simonia in omni actu spiritali fugienda, vnde dubitari potest, an licite detur pecunia pagano, vt se baptizet.
- 26 Beatus Silvester pollicebatur bona temporalia paganis vt facerent se Christianos.
- 27 Exigere pro chrismate, nec pro extrema unctione aliquid non licet.
Oblata licite recipiuntur, quia oblatio nullam ingerit culpa maculam.
- 28 Simonia, an sit, vel non sit in exigendo percipitur ex obseruancia consuetudinis.
- 29 Simoniacus quantuncumque sit occultus est suspensus
Quo ad se, non quo ad alios si est notoriae simoniacus prohibetur ne dum celebrare, sed debet deponi.
- 30 Prohibitio conferitur ad factum, suspensio ad Ius.
- 31 Simonia est tantae vis, quod sicut Papa potest accusari de haeresi ita potest accusari de simonia, si tria concurrunt vt ibi,
- 32 Sacerdos beneficiatus si pro celebranda missa aliquid recipit comittit simoniam, nisi sit Sacerdos, cui deficit sumptus.

Centesimum Trigesimum Nonum Privilegium.

I **E**CCLESIA gaudet privilegio, quòd † Episcopus pro ordine ab eo, conferendo, vel ministri, vel notarij, nihil temporale exigere debet, hoc statuit Gregorius i synodo generali, quòd † pro ordinatione nullus aliquid accipiat, nec ordinatus aliquid dare debet cap. i. de simo-
2 ni. Ratio fuit hæc † Quia est simonia recipere aliquid pro
3 concessione spiritualium † Simonia est studiosa voluntas
4 emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali anne-
5 xum, Abb. in cap. nemo. eo. tit. † Et simonia debet de Eccle-
6 sia Dei eliminari, atque repelli, cap. sicut. eo. ti. † Quia spiri-
7 tualia vendi non possunt. † Ideo sciendum, quòd inter cæ-
8 tera crimina simonia obtinet primum locum, quia cætera, re-
 spectu huius, pro nihilo reputantur, cap. si. i. q. vii. dicitur in
9 tex. † quòd notarij non possunt recipere nihil temporale, ta-
 men notarij in curia Romana exigunt pecunias, & Papa scit,
 & tolerat, immo est facta taxatio quantum solui debeat, pro qua
 libet bulla, ergo & in alijs locis notarii licitè recipere possunt,
 arg. cap. in causis, de re. Iud. nam ipsius curiæ actio nostra de-
 bet esse instructio, sicut dicimus, in actione Christi cap. signi-
10 ficasti de elec. sol. dicunt Doc. quòd in curia Rom. † Nata-
 tii non habent salarium ideo licitè exigunt, vel in curia Rom.
 non habet locum simonia. † Sicut, nec in curia Principis ha-
 bet locum lex Julia de Amb. quod est verum secundum Host.
 in his, quæ sunt simoniaca, quia prohibita, secus in prohibitis,
 quia simoniaca tamen deberet ipse præceteris abstinere, quia
 si in se hoc non sit malum est tamen, species mali, à qua præce-
 pit Apostol. abstinendū, cap. cum ab omni specie mali. de vit.
11 & honest. cler. † Item decoloratur status ecclesiæ, ergo de-
12 bet abstinere, i. q. 8 cap. & si illa. † Papa aliquid accipien-
 do pro beneficio non committit simoniam, quia beneficium
 est de iure positivo, & ille eo utitur, & in istis non ligatur cap.
13 proposuit. de concess. præben. † simoniæ crimen contra Papam
 accusari non potest, 79. dist. cap. si quis pecunia, in gl. nisi tri-
 bus cõcurrentibus, vt infra dicam, sed ille non minus peccat,
 quam alii si committeret Card. in clement. r. de sum. trin.

sed in

sed in curia Romana simonia cessat, Bar. in l. 1. in prin. ff. ad l.
14 Julian. de ambit. Et aduertè, † Quòd pœna simoniæ afficit,
ram dantem, quam recipientem, in Auth. quomodo oport. Ep.
15 9. Sancimus † an simonia sit peccatum mortale dicendù, quòd
sic, quia est contra iustitiam, & contra diuinam legem, & cõtra
16 legem naturalem, † Nec in hoc excusat ignorantia, nã ius di-
uinum neminẽ excusat, & Papa est subditus prædictis legibus,
vt alij homines, nec in illis, se nec alium dispensare potest, nam
si Papa pro aliquo spiritali munus acciperet simoniam com-
mitteret, sicut & alius homo, quia & in ipso Petro, cui Papa suc-
cedit, simonię vitiũ damnationẽ inchoauit in nouo testamẽto
17 & † si. n. res Ecclesiæ sint aliquo modo Papæ, non tñ sunt eius
oibus modis habendi, vnde si reciperet pro aliqua re spiritali
pecuniã de redditibus alicuius Ecclesię, nõ careret vitio simo-
nię, idem si reciperet ab aliquo laico nõ de bonis Ecclesiæ, pro
re spiritali, nec constitutio ligat p̄mulgãtes, puta vèdendo vi-
cariam, aduocatiã, in conomatu, & huiusmodi c. saluator i. q. 3.
18 † Nec ille qui emeret beneficium, vel ordinẽ, à Papa pœnas in-
curreret, quia sicut põt dispensare in pœnis iã in curiis, ita èt, q̄
non incurrať, sicut posset alicui priuilegiũ concedere, q̄ percu-
19 tiendo clericũ, non incurrat exõmunicationẽ, † Sed quis põt
accusare dicitur, q̄ quilibet catholicus admittitur in accusatio-
20 ne simoniacorum, † Quia si Dñs, qui fuit sine peccatio licentiã
accusandi dedit vni Iudæo sceleratissimo, multo fortius nullus
catholicus repellendus est, immo potius exhortandus, vt veri-
tatem asseueret ad repellendum simoniã prauam, quæ ob eius
criminiis grauitatẽ puniť per sola signa. i. per probationes simi-
21 les, † Nam regulariter in criminibus probationes debent esse
luce clariores l. sciat cuncti C. de pro. c. canonizata 2. q. 8. c. Epi-
22 phaniũ, † Sed in isto crimine simonię in odiũ sui admittuntur
præsumptiones, & ita in crimine heresis, c. cum contumacia. de
23 heret. Host. tenet, q̄ † Homicidium sit horribilius, sed crimen
simonię est grauius, vel simonia est grauius delictũ, quo ad infi-
24 ciendũ characterẽ, † vnde puto sic dicendũ, q̄ aut quis credit,
q̄ possit acquirere pœcunia gratiã Dei, & tunc, cũ iste sit hæreti-
cus grauius peccat, sed vbi euitatur heresis, tunc homicidiũ est
grauius delictũ respectu cõmittētis, & illius i quẽ cõmissũ est,
25 sed quo ad inficiendũ characterẽ, simonia in ordine est grauius
delictũ. † Ideo in oĩ actu spiritali fugienda vnde dubitari põt,
an licitè det pecunia pagano, vt se baptizet, & quidã dicunt, vt

- 26 dicit gl. cap. quampio 1. q. 2. Quòd licite detur. † Beatus Siluefter pollicebatur bona temporalia paganis, vt facerent se Christianos, alii tenent contrarium, quia aut propter paupertatem pagani volunt venire ad fidem Christianam, & tunc licitè posset eis pecunia promitti, nā multi iudæi diuitias maximas congregauerunt ex vsuraria prauitate, & timent venire ad fidem, quia oportet eos omnia mala ablata restituere, hoc casu licitè, potest pecunia promitti, sed si non haberent propositum veniendi ad fidem, nisi cupiditate pecuniæ promissæ, tunc opinio contraria procedit, pariter † Nec pro chrismate, nec pro extrema vnctione licet aliquid exigere, sed si spontè oblata licitè recipiuntur eius enim oblatio nullam ingerit culpæ maculam, quæ non processit ex petitione, cap. sicut 1. q. 2. Et si in his, & in quibuscumque aliis spiritualibus, aliquid ex consuetudine exigatur, quasi precium rei
- 28 spiritualis cum intentionem emendi, vel vendendi † Est simonia, præcipue si à principio exigatur, sed si accipiatur quasi stipendium, pro consuetudine approbata, non est simonia, si tamen, non sit ei intentio emendi, vel vendendi, sed intentio referatur ad solam consuetudinis obseruantiam, & præfertim quando quis voluntarie soluit. Item pro Eucharestiæ collatione non licet aliquid exigere, vel ex pacto, seu quasi precium dare, cap. dictum 1. q. 1. satis est, quòd indubitata regula est, quòd pro re spirituali habenda, non potest dari, nec accipi
- 29 † Ita detestabilis est simonia, quòd si simoniacus, quantum tunc sit occultus, est suspensus, si diceretur, quòd si est occultus, non est suspensus, quo ad alios, vnde pro declaratione istius articuli, duo considerantur, primum nunquid simoniacus sit suspensus, secundum nunquid possit prohiberi ne Missam celebret, ad primum dic, quòd aut est simoniacus in ordine, & quantum tunc sit occultus est suspensus, quo ad se, & quo ad alios, quia & alii peccant audiendo diuina, ab eo
32. distinct. §. Verum Innoc. in capit. in tanta, de simon. Sed aduertè, quòd hoc intelligitur, si delictum simoniæ fuisset commissum eo ignorante, arg. cap. præsentium 1. q. 7. Sed cum hoc sciuerit debet dimittere beneficium, si vero est occultus & tunc est suspensus, quo ad se, non quo ad alios, sicut quilibet peccator ipse peccat celebrando, sed alii non peccant eum audiendo, & ita sentiunt omnes Doc. quo ad secundum dic, quòd aut notorium est, eum esse simoniacum, & nedum debet prohiberi


prohiberi, immo deponi, secundum ea, quæ leguntur, & not. in ca. inquisitionis de accus. aut hoc non est notorium, nec infamatus, & debet prohiberi, aut infamatus, & debet prohiberi, nec ob. oppositio, quòd iam sint suspensus ipso iure, quia tex. in cap. accusatum eo. tit. non dicit, quòd debeat suspendi, sed quòd debeat prohiberi, nam & suspensus posset de facto celebrare, ideo debet prohiberi † Quasi prohibitio conferatur ad factum, suspensio ad ius. Item, vt dicit Io. An. potest propriè suspendi, licet sit suspensus, nam sicut excommunicatus à canone posset excommunicare ab homine, cap. ita quorundam. de Iudæ. & quòd ibi no. gl. ita suspensus, à iure, potest etiam suspendi ab homine. † Est enim tantè vis simonia quòd, sicut Papa potest accusari de hæresi, ita potest accusari, de simonia, si tria concurrant tex. cum gl. capit. si Papa 40. dist. Quòd est menti tradendum, Ex his habes, quòd pro re spiritali, nec dare, nec accipere licet † pro celebranda Missa, si sacerdos est beneficiatus, & aliquid recipit committit simoniam, cap. vendentes 1. q. 3. Si vero est sacerdos, cui deficit sumptus, potest accipere. cap. iudices 1. q. 1. Et ita in cæteris argumentum accipito; & cauene erres.

S V M M A R I V M.

- 1 Pecuniam qui dat, vt Episcopalem, vel spiritualem iurisdictionem exerceat officio suo priuatur.
- 2 Iurisdictio Episcopalis vendi non debet, sed gratis conferri.
- 3 Punitur quis in eo, quo delinquit, ideo iurisdictionem Episcopalem vendit, priuatur officio.
- 4 Pena autem canonica est, vt deponatur, & vocatur infamis, qui iurisdictionem Episcopalem vendiderit.
- 5 Pena, vbi apponitur per verba futuri temporis requiritur sententia.
- 6 Vicarius, an recipiendo salarium, videtur locare operas suas, non enim debet quis stipendijs suis militare.
- 7 Aduocatus licitè vendit patrocinium,
- 8 Episcopus quando capit pecuniam ab officiali, tunc videtur vendere iurisdictionem, quòd est in grauamen subditorum.
- 9 Episcopus in duobus casibus dat iurisdictionem ordinariam, quando constituit officialem generalem in perpetuum, vel quando confirmat, vel instituit prelatum.
- 10 Rector alicuius Ecclesie, si fuerit impeditus, Episcopus debet statuere

- vicarium in Ecclesia.
- 11 Impedimentum Rectoris Ecclesie, si est perpetuum instituat vicarium perpetuum, si temporale, vicarium temporale, quod ex se facere potest.
 - 12 Clericus, an pot. operas suas spirituales locare, siue sit dives, siue Pauper.
 - 13 Laicus an dando rem temporalem Ecclesie potest apponere conditionem spirituales, vt fiat anniuersarium, vel dicantur. vt missae.
 - 14 Rector Ecclesie potest fructus Ecclesie suae, & omnes obuentiones locare, vsque ad septem annos etiam no interueniente auctoritate superioris.
 - 15 Concessio verum Ecclesiasticarum vsque ad septennium, non exigit solemnitates, que interueniuntur in perpetuis alienationibus.
 - 16 Locator compellitur ad standum precise contractui locationis rerum Ecclesiasticarum.
 - 17 Contractus a principio sunt voluntarij, & ex post facto necessarij.

Centesimum Quadragesimum Priuilegium.

- 1  CCLESIA gaudet priuilegio quod si Qui dat pecuniam, vt Episcopalem, ve spirituales iurisdictionem, exerceat officio suo priuatur, & si conferens illud amplius conferre non poterit, canonicè punietur. Quidam Episcopi pro certa quantitate pecuniae vendebant Episcopalem iurisdictionem quibusdam, qui decani vocabantur, statutum per concilium fuit, quod qui de cetero iurisdictionem Episcopalem taliter receperint, officio suo priuentur, & Episcopi conferendi hoc officium potestatem amittant, cap. i. ne praelat. vi. su. & c. Ratio istius decreti fuit si Quia iurisdicatio Episcopalis vendi non debet, sed gratis conferri alias puniuntur, vn de hic aduertendum, qd si Quis punietur in eo, in quo delinquit, sed quae pena imponitur dicitur in tex. quod priuet officio suo, id est remoueat a clero, scilicet, per depositionem, & ita perdet omne offic. Ecclesiasticum, & du dicit in si. potestatem amittat sup ple, & canonice puniatur si Pena autem canonica est, vt deponatur. & notetur infamia i. q. 3. c. si. sed an ipso iure, an sententia requiritur si Nam vbi pena apponitur, per verba futuri temporis requiritur sententia, ita dicit gl. in regula in pœnis. de re. iur. lib. 6. & in cap. quisquis. de elect. & in l. in criminali C. de iur. omnium Iud. Abb. in cap. si diligenti de for. comp. hic igitur qui recipit, priuatur officio, qui autem dat potestatem conferen-
- 2
- 3
- 4
- 5

6 ferendi amittit, † sed an vicarius recipiendo salariū videtur locare operas suas, non enim debet quis stipendijs suis militare cap. cum ex officio de præscrip. sit & assessori statuitur salarium, cap. statutum s. assessorem. de † rescrip. sic & aduocatus licitè vendit patrocinium, c. non sanè 14. q. 5. Sed in casu præcedenti, † quando Episcopus capit pecuniam ab officiali, tunc videtur vendere iurisdictionem ipsam, & est res, quæ tendit in grauiam subditorum, quia officialis, vt aliquid lucretur, ultra pecuniā datam superiori per fas, & nefas induceretur, ad extorquendum pœnam, modicam culpam faciet grauiorem, & sæpè puniret crumenam, vbi punienda esset persona ex hoc ergo multa mala proueniunt, verum sic Host. Dicit † Quòd in duobus casibus Episcopus dat iurisdictionem ordinariam, prius quando constituit officialem generalem in perpetuum, vel ad tempus, prout sibi placet, quia appellatur vicarius, vel vicedominus, nam vicarius generalis Episcopi habet iurisdictionem ordinariam, vt not. in cap. sua. de offic. vicar. & in cap. perlectis 25. dist. secundus casus quando confirmat, vel instituit prælatum habentem iurisdictionem, potest addi tertius, de quo in cap. quoniam in gl. ne præl. vic. su. quando impedit iurisdictionem suam gratis, alias videtur committere simoniam

10 cum iurisdictione sit spiritualis, cap. ex multis 1. q. 3. † Si vero Rector alicuius ecclesie fuerit impeditus, Episcopus debet statuere vicarium in ecclesia, hoc enim not. fo. And. in capitulum cum eo. de elec. lib. in nouella. bona gl. in cap. præcipimus 2 1 q. 2. tex. in cap. extirpanda s. qui vero, de præbend. gloss. in clem. 1. de excess. prælat. † Et concludit, quòd aut impedimentum est perpetuum, vt quia habet Ecclesiam curatam annexam præbende Ecclesie cathedralis, & tunc debet ibi institui vicarius perpetuus, cum cōsensu Episcopi, de quo dic. vt in præallegato s. qui vero, aut impedimentum est temporale, & si est ad tempus modicum, puta ad vnam, vel duas hebdomadas, & tunc ipse, per se potest sibi instituere vicarium temporalem, ad hoc vide d. c. præcipimus, aut impedimētum est magis longum, & tunc debet hoc facere cum consensu Episcopi: vt in

12 d. c. cum eo & ibi, quòd not. & facit c. peruenit, de appel. † Antem clericus potest licitè operas suas spirituales locare, siue

13 sit diues, siue pauper † Et an laicus dando rem temporalem Ecclesie potest apponere conditionem spiritualem, vt fiat anniuersarium, vel dicantur tot missæ, Doc. cōmuniter tractat in cap.

cap. significatum de prebend. Abb. in cap. suam. de simon. vide
 14 gl. in cap. precipimus preallegato † Rector tamen Ecclesie
 potest fructus Ecclesie sue, & omnes obuentiones locare, vsque
 ad septem annos, etiam non interueniente auctoritate supe-
 15 rioris alicuius, ex quo inferur, quod † Concessio vsque ad
 septennium non exigit solemnitatem, quæ solet, & debet inter
 16 uenire in perpetuis alienationibus, & † Aduerte locatorem
 posse compelli. ad standum precise contractui locationis, nam
 17 † Contractus à principio sunt voluntarij, & ex post facto ne-
 cessarij, l. sicut C. de act. & oblig. Ex istis habes, quod dans pe-
 cuniam, vt Episcopalem, vel spiritualem iurisdictionem exer-
 ceat, priuatur officio suo, & conferens potestatem conferendi
 amittit, & canonicè punitur.

S V M M A R I U M.

- 1 Substitutio facta à testatore sub conditione, si absque liberis decederet
 euanescit relictis etiam naturalibus liberis.
- 2 Ecclesia si esset substituta non excluderetur existentibus filiis naturalibus
 etiam legitimatis ab Imperatore.
- 3 Testatoris voluntas dubia, debet intelligi in fauorem Ecclesie.
- 4 Legatum in dubio factum à testatore, videtur consulto, & dedit, opera fa-
 ctum fuisse.
- 5 Conditio alia intellecta, à lege alia est expresse apposta ab homine.

Centessimum Quadragesimum Primum Priuileg.



- 1 **E**CCLESIA gaudet priuilegio, quod † Sub-
 stitutio facta, à testatore, sub conditione, si
 absque liberis decederet, euanescit reli-
 ctis etiam naturalibus liberis, l. ex facto s.
 si quis rogatus l. 1. & ibi Bar. Angel. Imo.
 Alex. & alii. ff. ad Trebel. & l. cum pater s.
 dulcissimis, & l. Lucius s. ult. ff. de leg. 2. gl.
 2 in cap. in præsentia de probat. Fallit † Si Ecclesia esset substi-
 tuta, quia tunc non excluderetur existentibus filiis naturali-
 bus, etiam legitimatis ab Imperatore, propter Ecclesie digni-
 tatem Arno. n Epitom. q. 7. Bal. in d. cap. in præsentia col. pen.
 vers. vnum addo, & ibi Fely. Alex. tamen in d. s. Si quis rogatus
 tenet

tenet contrarium, nam licet hoc casu sit attendenda dignitas testatoris, vt ibi dicit ibi tex. in fi. tamen non reperitur, quod attendatur dignitas substituti, sed huic obiectioni responderi, habens hoc casu rationem qualitatis, non solum testatorum, sed et instituti, secundum gl. Angel. Imo. & tandem Alex. in d. si quis rogatus Salyc. in l. generaliter s. cum autem, & ibi gl. C. de inst. & subst. Ergo & pariter substituti, in Ecclesia substituta agitur de salutæ animæ testatoris, & anima cum sit omnibus anteponenda, l. sancimus C. de fact. sanct. Eccle. consentaneum est mentem testatoris fuisse pro, vt dicit Bal. † Et cum res dubia videatur, in fauorem Ecclesie est iudicandum, l. sanct. personæ .ff. de relig. & sumpt. fun. Nam quando testator facit † legitimum, in dubio videtur consulto, & dedita opera factum fuisse, Bal. Raph. cum. Paul. de Cast. in l. i. ff. de his qui in test. de lent. Quod longè ab hoc diuersum est, † illud enim loquitur de conditione intellecta à lege, hoc de conditione expressè apposita ab homine.

S V M M A R I V M.

- 1 *Christiani non debent esse in seruitio Iudæorum. Ita compelluntur per censuram Ecclesiasticam.*
- 2 *Mulieres nutrices Christianæ non nutriant infantem, in domibus Iudæorum.*
- 3 *Iudæorum mores non concordant cum moribus Christianorum.*
- 4 *Iudæorum familiaritas assidua habet vim inclinandi simplices animos ad eorum perfidiam.*
- 5 *Familiaritas malorum vitanda est.*
- 6 *Iudæi an possint habere nutrices Christianas extrum domum.*
- 7 *Iudæorum infantes perire possent, nisi nutrices Christianas extra domum retinere valerent.*
- 8 *Iudæis ex dispensatione Episcopi non potest domi habere nutricem Christianam.*
- 9 *Episcopus non dispensat contra ius, nisi expressè, vel tacitè permittatur.*
- 10 *Iudæi sunt dimittendi in eorum statu, nam inuiti non sunt baptizandi, nec sine iudicio puniendi, nec rebus suis spoliandi, nec in festiuitatibus molestandi, nec eorum cimiteria violanda.*
- 11 *Iudæis interdicitur est, vt fenestras apertas, & ostia in die parasceues non teneant.*

Iudæus

- 12 Iudæus non baptizatur, nisi steterit per 40. dies inter Christianos antequam baptizetur.
- 13 Iudæi parvi non sunt eripiendi à parentibus, ut baptizentur.
- 14 Principes seculares possunt inuitis parentibus pueros Iudæorum baptizari facere.
- 15 Iudæi strictè, & propriè non sunt serui, nec ab eis coacta seruitia exigipossunt.
- 16 Iudæi, & omnes infideles sunt separandi ab Ecclesiasticis, & fidelibus.
- 17 Fidelibus prohibitum est ad infideles portare victualia, arma, ferrum, & lignamina cum illis prestatur auxilium, ad delinquendum.
- 18 Fideles portante arma, ferrum, & alia prohibita ad infideles triplici pena puniuntur.
Primo sunt excommunicati.
Secundo priuatur omnibus suis bonis.
Tertio efficiuntur serui capientium, & capite puniuntur, cum confiscatione bonorum.
- 19 Papa exercet iurisdictionem, in laicos portantes ad infideles prohibita.
Ecclesia pro tali delicto potest imponere penam seruitutis.
- 20 Pena quando est alternatiua, an electio sit iudicis, vel rei.
Verba si impersonaliter proferuntur, ad iudicem optio est iudicis, si referuntur ad reum optio est rei.
- 21 Excommunicationis effectus est triplex.
Peccatum separat à Deo, & non separatur à Deo, nisi qui velit.
Separat à communionem fidelium.
Retinet extra communionem, donec fuerit absolutus.
- 22 Iudæus si cognoscit Christianam, & Christianus Hæbream pena variadatur, aliquando mortis, aliquando pecuniaria, aliquando mittitur, ad triemes, per decennium, aliquando virilia fuerunt an puata, aliquando ignis.

Centesimum Quadragesimum Secundum Privileg

- E**CCLIA gaudet privilegio, quod † In familiari seruitio iudæorum Christiani esse non debet, Precipit Papa prelati Ecclesiarum, quod ipsi prohibeant omnibus Christianis, & compellant, si necesse fuerit per censuram Ecclesiasticam, ne infer-



2 seruitio Iudæorum morentur † Nec infantem Iudæorū nutri
 3 ces mulieres in domibus eorū nutrire præsumant † Quoniam
 Iudæorum mores moribus Christianorum non concordant, &
 per assiduam cōversationem simplices ad suam perfidiam in
 5 ciarent, cap. ad hęc. de iud. & sarac. Ratio hæc est, † Quia
 assidua familiaritas habet vim inclinandi simplices animos
 ad eorum perfidiam, vnde hic aduertendum censeo, quòd
 5 † Familiaritas malorum vitanda est, ne boni corrumpantur,
 illorum igitur cohabitatio, quorum studia sunt diuersa, non de
 6 bet coniungi, † Sed an Iudæi possint habere nutrices extra
 domum, vnde aliqui sunt, qui tenent hanc opinionem, quòd
 non, aliqui oppositum sentiunt, quòd extra domum liceat
 habere, & credo quòd iste intellectus sit conformis gl. & tex.
 quasi voluerit dicere, quòd similis prohibitio, de qua in tex.
 habetur in capitu. si. eod. tit. Et pro hoc intellectu facit capit.
 Et si Iudæos. vbi in si. Indirectè excommunicantur iudæi, si
 non dimiserint nutrices Christianas adeo, quòd in eorum
 domibus nutrices retinere non possunt, ergo extra domum
 retinere possunt, arguendo à contrario sensu, & iste intel-
 7 lectus est humanior. † Nam creature Iudæorum possent
 perire, si non reperirentur nutrices extra domum, & quòd
 hoc arg. procedat à contrario sensu, vt dixi est tex. in capitu.
 8 cum Apostolica. de his quæ sũ. à prelat. † Sed an ex dispen-
 satione Episcopi possit Iudæus habere nutricem Christianam
 in domo, videtur dicendum, quòd non, quia † Episcopus
 non dispensat contra ius, nisi expresse, vel tacitè permitta-
 tur, not. Innoc. capitul. dilectus. de tempo. ordin. Archid.
 in capitu. licet conon. de elec. lib. 6. Abb. in capitu. at si cle-
 rici s. de adulterijs. de Iudic. maximè, quia ista prohibitio
 iuris tendit ad fauorem, & decorum fidei Christianæ, & di-
 9 pensatio tendit in dedecus fidei, & ad commodum priua-
 10 tum ipsius Iudæi, & ita consuluit Cardinal. Tamen † Iudæi
 sunt dimittendi in eorum statu, quia inuiti nou sunt baptizan-
 di, nec sine iudicio puniendi sunt, nec rebus suis spoliandi, nec
 in festiuitatibus molestandi, nec eorum cimiteria violanda sunt
 11 † Verum interdictum est Iudæis in diē pasceus apertas fe-
 nestras, & Ostia non habeant, sed tota die clausas teneant cap.
 quia super. de Iud. & sarac. Immo postquam voluntas Iudæi
 fuerit baptizandi & arripuit fugam ad Christianos baptismum
 petēs, nec in cōtinenti debet baptizari, sed expectari donec vo-

luntas eius fuerit manifesta, scilicet quòd non rancore animi, vel ex aliqua causa venerit ad baptismum, sed quòd recta de-
 12 uotione. † Vnde ex hac causa debet stare inter Christianos
 40. dies antequè baptizetur, c. ne quod ab sit. de consecr. dist.
 4. In multis locis hoc non seruatur, & malè, quia quandoque iu-
 dæus propter discordiam, quam habet cum patre, dicit se vel-
 le fieri Christianum, & sedata discordia proficiscitur ad aliam
 religionem, & redit ad infidelitatem pristinam, ideo debet,
 permanere modo prædicto, quia non sunt compellendi ad fi-
 dem Christianam suscipiendam, quòd est verum de adultis.
 13 † Sed de parui, sunt opi. gl. in cap. Iudæorum 28. q. 1. Tenet
 quòd idem, vt non possit eripi à parentibus eorum, & bap-
 tizari, sed alii tenent contrarium, quia cum sint serui, nõ habent
 14 filios in potestate † Vnde Principes seculares eorum Domi-
 ni possunt pueros inuitis parentibus eorum facere baptizari,
 hanc opin. sentit Io. An. contrarium expræsse tenet Arch. 45.
 15 dist. c. Qui sincera. Hæc opinio mihi magis placet, † Quia
 Iudæi strictè, & propriè non sunt serui, immo ab eis non pos-
 sunt coacta seruitia exigi, nam si in contrarium esset indirec-
 cogerentur parentes eorum ad fidem suscipiendam, quòd
 16 non est faciendum, d. cap. sincera, † Sunt igitur omnes in-
 fideles dimittendi, & separandi ab Ecclesiasticis, & fidelibus,
 non benè conuenit societas, & familiaritas inter eos, cum vi-
 17 uant sub diuersa fide, quòd veritas ita se habeat, † Prohibi-
 tio est fidelibus victualia, arma, ferrum, & lignamina, nam
 cum istis videtur præstare auxilium ad delinquendum, & ita
 18 pari delicto, se astringunt cap. 1. de offic. deleg. † Idcirco isti
 contrafacientes triplici pæna grauatur, primo ipso facto sunt
 excommunicati, secundo priuari debent omnibus suis bonis,
 tertio efficiuntur serui capientium, & de iure ciuili capitè pu-
 niuntur cum confiscatione bonorum, l. 2. C. quæ res export.
 19 non deb. † Et cum hoc delictum concernat totam Christiani-
 tatem, seu decorem fidæi, Papa iurisdictionem etiam in lai-
 cos exercet, tex in cap. pro humani, de homicid. lib. 6. Et ad-
 uertè, quòd pro isto delicto Ecclesia etiam potest imponere pe-
 nam seruitutis, & ita ingenuus Christianus propter delictum
 suum potest redigi in seruitutem de iure canonico, sumpta
 20 occasione predictarum pænarum quæro † Quando pæna,
 est alternatiua, an electio sit iudicis, vel rei. Aliqui sunt in opi-
 nione, quòd electio sit iudicis, gl. in cap. à crapula, de vit. &
 honest.

honest. cler. in in contrarium facit tex. in l. quicumque C. de
de seru. fugit Sed fiat distinctio, aut verba referuntur, aut ad
iudicem, vel impersonaliter proferuntur verba, & tunc optio
est iudicis, vt in gl. cap. sicut iudæi, de iud. & sarac. Et cum isti
contrafacientes deferunt ad saracenos, & alios infideles, ea
supra allegata prohibita, in abscondito, vel ita clandestinè,
quòd notionem aliquam fideles non habent, ideo ipso iure, vt
21 dixi sunt excommunicati, † Et excommunicationis effectus, est
triplex, primus, quia non excommunicatio, sed peccatum est
illud, quod separat à Deo, nec potest quis separari à Deo,
nisi qui velit 11. q. 3. cap. illust facit, & cap. cum eterni de re.
iud. lib. 6. secundus effectus est, quia separat, à communione
fidelium, tertius effectus est retinendicum extra communio-
nem, donec fuerit absolutus, dicit enim Host. Quòd excommu-
nicatus, non ita faciliter resurgit, nec recipit gratiam Dei,
sicut alius peccator non excommunicatus, quia orationes,
& alia bona opera sunt in eo debiliora, quam in alio, & cum que-
stio hæc, an bona opera sint meritoria, in existenti in pecca-
to mortali, Apud Eheologos, propterea cum sit disputabilis,
contentus sum me acquiescere eorum auctoritati, vt sem-
per facio, feci, & facturum sum, sed si interrogatus fuisset li-
benter esse, cum Sancto Augustino, qui tenet bona opera esse
meritoria dispositiuè, nam si bonum est, semper bonum, non
ne bonum debet esse meritorium, si non in totum, saltem in
aliqua parte, cum sit, quòd medio bonarum operarum acqui-
ritur gratia Dei, habes ergo, quòd illicita est societas, & fami-
22 liaritas inter Christianos, & iudeos, † Sed quid si iudæus co-
gnosceret carnaliter Christianam, & è conuerso, si Christianus
cognosceret mulierem habream, quæro igitur, qua pæna ueni-
ret puniendus Iudæus cognoscens Christianam respòde eo, quòd
nò debet puniri pæna mortis, sed alia mitiori, & hanc esse cò-
munè op. attestatur Boer. decis. 316. nu. 5. quem refert Didac.
super quarto decre. fol. 112. nu. 3. Mant. centuria prima nu. 30.
Erit puniendus pæna ext raordinaria arbitrio iudicis citra mor-
tè, & dicit Alcia. in còf. 458. nu. 1. q. Do. magis còmuniter sen-
tire videntur, quòd puniri debeat pæna pecuniaria, & ita, in
facti contingentia consuluit, Alex. conf. 13. lib. 7. Oldrad. di-
cit in suo vlt. conf. quòd vidit fuisse iudicatum, quòd cuidam
Iudæo, qui carnaliter cognouerat mulierem Christianam fuis-
se iudicatum virilia amputanda, alii Doc. dicunt, in tali con-
tingen-

tingentia facti Iudæum accusatum, de tali crimine trāsmissum fuisse per decenniū ad triremes, etiam quòd mulier cum qua rem habuit esset publica meretrix, hoc autem intellige, vt procedat quando talis coitus Iudæi cum Christiana esset simplex fornicatio, sed si esset adulteriū, & staret statutum, quòd adulteriū, vel alias coitus esset punibilis pœna mortis, crederem non esse meliorem conditionem Iudæi, quam Christiani, quod refert Boer. decis. 3 16. numer. 5. Quòd Parisijs fuit combustus quidā, qui ex quadam Iudæa, quam, in domo retinuerat susceperat plures liberos, fugiat igitur vnusquisque in genere suo huiuscemodi nephanda commertia, ne dum propter pœna, in quibus de facili incurrunt, verum etiam ob maximum peccatum, & omni iure detestabile, vnico còtextu offendunt Deum, & eorum animas, & in periculo honorem, & vitam aliquando ponant, tene clypeum in manibus, de quo in primo cap. præal legato, quòd in familiari seruitio Iudæorum Christiani esse non debent, & ita cauebis, quæ latent in insidijs familiaritatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Hæreticus perseuerans eternaliter dannatur, quia baptismus elemosyna martirium, & aliud quòdcuq; bonum, non prodest.
- 2 Hæreticus, & scismaticus, cum diabolo, & Angelis eius, eterni ignis incendio punietur.
- 3 Hæretico non proficit mors suscepta nomine Christi.
- 4 Hæreticus est extra gremium Ecclesie, si ante finem vitæ, non fuerit incorporatus, nullum bonum proficit.
- 5 Nemo saluatur extra Ecclesiam catholicam.
- 6 Hæreticus dicitur, qui malè sentit ad articulis fidei, & si malè sentit, de sacramentis Ecclesie.
- Hæreticus dicitur, qui habet peruersum dogma.
- 7 Hæreticus &, qui dicit fornicationem, non esse peccatum pariter peritium.
- 8 Hæreticus, ad hoc vt quis dicatur, oportet, quòd sit baptizatus.
- 9 Hæreticus non peccat dummodo errorem suum non defendat, et supponat opinionem Ecclesie.
- 10 Hæretici pœna est ignis, si nolit redire ad fidem.
- 11 Hæreticus si se peniteat, & paratus sit redire ad fidem evitat pœnas de iure hæreticis impositas, est tamè ad perpetuos carceres condemnandus.

- Hæc pœna carceris commutatur per Inquisitorem in aliam pœnam.
- 12 Hæreticus si esset relapsus est omnino igne cremandus.
Etiam si velet penitere.
 - 13 Hæreticus paratus abiurare, evitat pœnam mortis, & confiscationem bonorum.
 - 14 Hæresis crimen est tanti momenti, quod potest inquiri post mortem defuncti.
 - 14 Hæresis occultus, si deuiat à fide corde, non autem verbo, non est excommunicatus.
 - 16 Ecclesia non iudicat de occultis & nulli gremium claudit, nisi in hæresim relapsis.
Penitentia admittitur post condemnationem.
 - 17 Hæreticis, & infidelibus non creditur in præiudicium aliorum.
 - 18 Deo infidelis, præsumitur infidelis hominibus ideo, ut testis, non admittitur contra Christianos.
 - 19 Hæreticus non potest institui hæres, etiam si coniunctus, & si à religioso fuisset institutus, excommunicatur etiam post mortem.
 - 20 Hæretico fratri magis subueniendum, quam extraneo catholico.
 - 21 Hæreticus clericus degradatur, & duplex est degradatio, actualis, & verbalis.
 - 22 Principes seculares, qui iurare nolunt defendere Ecclesiam contra hæreticos, excommunicantur.
Civitates privantur dignitate Episcopali.
 - 23 Hæresis cognitio incuabit Ecclesiastico, Iudex secularis contra laicum cognoscere non potest.
 - 24 Hæresis executio relinquitur iudici seculari.
Post sententiam Episcopi, & ad eius requisitionem.
 - 25 Hæretici debitores non tenentur ei solvere.
Ab omnipotenti ex debito sunt absoluti.
 - 29 Hæreticorum filij eximuntur à patria potestate, & efficiuntur sui iuris.
 - 27 Emancipatio facta ab hæretico est ipso iure nulla.
 - 28 Hæreticorum libris non datur fides.
 - 29 Hæreticus fuit Iudas.
 - 30 Hæresis dubbia remittitur cognoscenda ad solum Papam, sed quando sunt clara Episcopo.

Centesimum Quadragesimum Tertium Privileg.

I



ICCLESIA gaudet privilegio, † quòd Hæreticus perseverans, eternaliter damnatur, cui nec prodest baptismus, nec Elemosyna, vel martirium, vel aliud quodcunque bonum, quo ad hoc, vt consequatur vitam eternam. Quæsitum fuit ab Augustino vtrum hæreticus, vel scismaticus saluari possit, respondet Augustinus firmiter teneas, & nullatenus dubites, quòd
 2 † Omnis hæreticus, & scismaticus cum diabolo, & Angelis eius eterni ignis incendio punietur, nisi ante finem vitæ Catholicæ Ecclesiæ fuerit reconciliatus, quia nulli Domini, de mundo, qui Ecclesiæ catholicæ non tenet unitatem baptismus,
 3 vel Elemosyna quantuncunque copiosa, † Aut mors pro nomine Christi suscepta, proficere poterit ad salutem cap. firmissimè de hæret. Ratio fuit hæc, † Quia hæreticus est extra gremium Ecclesiæ, ideo nisi ante finem vitæ catholicæ fuerit incorporatus, & reintegratus Ecclesiæ nihil quantuncunque bonum
 5 prodest, † Hic igitur memoria tene, quòd extra Ecclesiam
 6 Catholicam nullus saluatur, etiam si bona opera fecerit, † Hæreticus igitur dicitur propriè in duobus casibus, primo quando sentit de articulis fidei aliter, quam sentiat Romana Ecclesia, secundo quando malè sentit de sacramentis Ecclesiæ, & ita tenere communiter Doc. dicit Boss. in tit. de hæret. nu. 1. Dicit potest etiam, quòd non modo est verè hæreticus ille, qui malè sentit de articulis fidei, vel de sacramentis Ecclesiæ, sed etiam ille, qui habet peruersum dogma, vel parit novas opin. falsas, aut veteres falsas, & ab Ecclesia damnatas gl. in clem. vnica, in gl. pen. de vsur. & ita tenent Doc. Hinc infertur, quòd
 7 † Si aliquis dicat simplicem fornicationem, non esse peccatū iudicatur hæreticus, pariter si dicat periurium non esse peccatum censebitur hæreticus, ita Doc. omnes tenere attestatur Bellon. in conf. 78. nu. 6. Et † ad hoc, vt dicatur hæreticus oportet, quòd sit baptizatus, quia infideles, qui vnuunt sub alia hæbraicha, Maumethana lege, non sunt, nec dicuntur hæretici, vnde si quis habet fidem implicitam, quia scilicet credit illud, quod credit Sāta Mater Ecclesia, sed falso opinetur motus
 ratione

ratione naturali, quod pater sit maior, vel prior filio, vel quod in trinitate tres personæ sunt tres res ad se inuicem distinctæ,
 9 † Non est hereticus, neque peccat, dum mosto hunc errorem suum non defendat, & hoc ipsum credat, quia credit Ecclesiam sic credere, & suam opinionem fidei Ecclesie supponat, Lupus, in allegat. hæresis §. 4. col. 3. Vbi subdit, quod alij Doc. Hoc sequuntur, & dicit esse valdè notandum, aduertè etiam, quia illud, quod dicitur, quod dubius in his, quæ sunt fidei est hereticus, intelligendum est, quod procedat quando in tali dubitatione habuit firmitatem animi, & quandam pertinaciam, propter quam perseuerat in illa dubitatione, alias secus, ita tenet Io. And. in cap. 1. de hæret. quem alij sequuntur, vt dicit Lupus, in loco præallegato §. 5. in prin. Sed postquam vidimus quis sit hæreticus, videamus quæ † Pæna sit hæresis, si hæreticus nolit ad fidem Ecclesie redire, tunc de consuetudine igne conburitur, ita attestatur Vitali, de malefic. in rub. de crim. hæres. nu. 6. idem dicunt scribentes in l. cunctos populos C. de sum. trin. & fid. catho. Si vero † hereticus se pænitet, & paratus sit redire ad fidem Ecclesie, & abiurare suam hæresim, euitat pænas, de iure hereticis impositas, † Est tamen, ad perpetuos carceres condemnandus, & hanc esse communem opinionem legistarum, & canonistarum Ignius in l. 1. §. cum dominus nu. 32. ff. ad syll. verum tamen hodie hæc pæna potest per superiorem, & etiam per inquisitionem in aliam commutari, tex. in cap. vt commissi de heret. in 6. intellige superiorem Ecclesiasticum, quia iudex secularis non posset illam commutare. † Item intellige nisi esset relapsus, tunc enim omnino est igne cremandus, etiam si velit pænitere, & ad fidem Ecclesie redire, & aduertè, quod † Si hereticus non relapsus antè sententiam pænitere, & abiurare paratus est, non modo euitat pænam mortis, sed etiam confiscationem bonorum, licet ipso iure à die commissi delicti sit imposita, & hæc est magis communis, vt attestatur Paris. conf. 2. nu. 185. & seq. lib. 4.
 14 † Crimen hæresis est tanti momenti, quod etiam potest inquiri post mortem, & defuncti memoria damnari Alber. in rub. C. de hæret. Boer. in decis. 341. † Sed non prætermitto not. questionem, an occultus hæreticus, qui solum deniat à fide corde Catholica, non tamen verbo scritto, aut facto signum hæresis ostendit, incidat in pænam excommunicationis, & alias pænas à iure impositas hereticis, dicitur, quod non, & hæc est
 Theo-

Theologorum ferè omnium sententia, & ita refert. Si macas de heretico. c. 42. nu. 1. Et bene, quia Ecclesia non indicat de occultis, & nulli gremium claudit, nisi his, qui sunt in heresim relapsi, ideo statim, quod hereticus fuit deprehensus in errore, sponte ad Ecclesiam veritatem redierit, penitentia erit admittenda, & licet aliqui diuersum sentiant, tamen admittitur penitentia, etiam post condemnationem, quæ opinio tanquam mitior in pratica seruatur, & est magis communis Boer. decis. 343. nu. 3. & 4. Ex hoc inferitur, quod si quis erraret in fide, & crederet illam esse fidem Ecclesiam, & paratur est, se corrigere, si aliud tenet Ecclesia, iste non est hereticus, quia fides Ecclesiam est fides sua, ex quo se refert ad fidem Ecclesiam, vt in c. 2. de sum. trin. cap. hæc est fides 24. q. 2. Et aduertè, quod Hereticis & infidelibus non est aliquid credendum in præiudicium aliorum, nam ex quo sunt Infideles Deo, non præsumuntur fideles hominibus, & ideo in testes non admittuntur contra Christianos 2. q. 7. cap. non potest, cap. Pagani Hereticus est deterioris conditionis, quia non potest inflitui heres, etiam si sit coniunctus, immo fortius si ab aliqua persona religiosa fuerit institutus, erit excommunicata etiam post mortem, hinc Quæri potest de notabili questione, cui magis sit subueniendum, an fratri heretico, an catholico extraneo, de qua questione habetur gl. 30. dist. cap. 1. & quod not. in capit. quiescamus 42. dist. & in cap. non satis 86. dist. Et communiter concluditur quod fratri carnali heretico, potius sit, subueniendum, iuris allegatis, Tantam vim habet heresis, quod si clericus efficit hereticus degradatur, duplex est enim degradatio actualis, & verbalis, de qua forma habetur per Clarum in prati. crim. q. 74. Et curiæ seculari traditur, per quã punitur, eadem etiam est pena suspecti de heresi, si se non correxit, & relapsis omnino audientia denegatur Hereticis principes, qui iurare nolunt de ecclesia contra hereticos defendenda, excommunicantur, & terræ eorum supponuntur interdicto, ciuitates vero ipsorum resistentes aliarum commercio, & Episcopali dignitate priuantur, exempti vero subsunt ordinarijs super his, qui contra hereticos instituuntur c. ad abolendam. de heret. Et huius criminis cognitio, cum sit crimen mere Ecclesiasticum, iudex secularis etiam contra laicum cognoscere non potest, vt no. in c. vt officium s. prohibemus. de heret. li. 6. Sola enim executio relinquatur iudici seculari, post sententiam Episcopi, & ad eius

eius requisitionem, cap. cum secundum leges. de hæret. libi
6. & in præallegato cap. Ut officium, & ulterius considera infe-
licitatem hæretici, fuit quæsitum à Domino Papa † Si debi-
tores istorum, qui lapsi sunt in hæresim teneantur soluere eis-
dem, Papa respondet, quòd quicumque obligati sunt lapsis ma-
nifestè in hæresim nouerint se absolutos, & de omni debito fide-
litate, & totius obsequii, & omni pacto, quacunque firmitate
vallato, cap. absolutos. de hæret. Ratione igitur delicti Eccle-
siastici vasalli laicorum ab omni obligatione absoluuntur, cum
bona hæreticorum sint ipso iure confiscata, c. cum secundum
leges. de hæret. in 6. Et ita nihil remanet apud eos, fortius.
† Fili hæreticorum eximuntur, à patria potestate, & efficiun-
tur sui iuris, adeo, quòd † Emancipatio facta postquam inci-
derunt in hæresim est ipse iure nulla, tamquam facta de homi-
nibus sui iuris, cap. quicumque. de hæreti. in 6. † Libris, &
scripturis hæreticorum non datur fides aliqua, cap. fraternita-
tis. de hæret. Quæritur, quid de sacramentis ab hæretico dicit
In. Quòd si sacramenta ab eo ignoranter recepta fuerint, quòd
non solum confertur essentia sacramenti, sed etiam gratia, nam
† Iudas fuit hæreticus cap. eos. 1. q. 1. tamen baptizauit,
& tenuit eius baptismum cap. dedit 1. q. 1. sed si scienter tunc
non confertur gratia, Cap. etiam 1. q. 1. † Dubia tamen hæ-
resis remittuntur cognoscenda ad solum Papam, Sed quando
sunt clara Episcopo loci remittitur cognitio in facto claro, &
determinato secus, ut dixi si quæstio esset dubia, quia tunc Pa-
pæ est cognitio 24. q. 1. cap. quoties, & cap. maiores de bap-
tism. hucusque habuisti multa contraria hæreticis, quæ admodum
sunt considerata, & timenda, nam, expauescere debet hære-
ticus, videndo, quòd nec baptismus, nec elemosyna, nec mar-
tirium, nec quodcunque bonum illi prodest, ad vitam æternam,
cogita igitur corpus, & animam indemnes conseruare.

S V M M A R I U M.

- 1 Homicida est, qui facit, vel dat sortilegia, vel venena sterilitatis.
- 2 Homicida dicitur, qui impedit generare, aut concipere, vel sobolem nasci.
- 3 Homicidium est duplex, simplex, & deliberatum.
Simplex homicidium committitur quatuor modis, necessitate casu culpa dolo.
Deliberatum homicidium committitur quatuor modis, ex proposito, ex in-
sidijs, proditoria, per assassinium.

Hhh Mors

- 4 Mors, si ex veneno secuta non fuerit, non punitur pœna ordinaria.
- 5 Homicidium non est punibile, qui ad suam necessariam defensionem committit.
- 6 Homicidium ob defensionem proprij honoris excusatur.
- 7 Aggressorem interficere licet, si periculum alicuius iniuriæ personalis imminet.
- 8 Homicidia excusatur pro defensione eorum, qui sunt in sanguine coniuncti.
- 9 Homicidio excusantur infans, minor, furiosus, ebrius, dormiens, senex.
- 10 Homicidium à patre in filium, & à filio in patrem excusatur, quando vnus eorum venerit ad delendam patriam.
- 11 Amor patriæ vincit omnia.
- 12 Homicidium ab Ecclesiâ in tribus casibus excusatur in actu utilitatis, in actu casualitatis, & in actu necessitatis.
- 13 Peccatum primum fuit transgressio Adam.
- 14 Homicidium fuit peccatum secundum Cain occidit Abel.
- 15 Homicidium permittit Deus, ob peccata occulta hominum.
Quia nullum bonum irremuneratum, nullum malum impunitum.
- 16 Peccata sunt causa damnationis, nedum vitæ, sed animæ.
- 17 Princeps efficitur tyrannus ex voluntate Dei, propter iniquitatem populi.
- 18 Irregularis quis non efficitur voluntate.
- 19 Partus est animatus in masculo post 40. dies, in femina post 80.
- 20 Pœna quando non reperitur limitata imponenda est secundum circumstantias delicti, ex quibus pœna augetur, vel minuitur delictum.
- 21 Consulentes, & auxilium dantes, an, & quando teneantur de homicidio.
- 22 Actio de dolo non datur ex consilio.
- 23 In foro contentioso agitur contra damnum dantem ex consilio, secus in foro penitentiali.
- 24 Differentia inter præstantem consilium, & auxilium, præstans consilium tenetur in totum, præstans auxilium tenetur ad id, super quo auxilium præstitit.
- 25 Pocula amatoria dans ad bibendum, vel propter odium, si qui sumpsit moritur præter intentionem dantis, tenetur de homicidio.
- 26 Sacerdos, qui percutit aliquem causa disciplinæ, si excessit modum, adeo quod mortuus est, à ministerio Altaris remouetur.
Et ab officio sacerdotali deponi.
- 27 Magistro, vel similibus permittitur correctio, à modo modum non excedat.

- 28 Clericus deponitur propter homicidium voluntarium, & casuale, si culpa præcessit homicidium, suspenditur ab omni ministerio altaris, & à sacerdotali officio.
- 29 Clerico non permittitur homicidium, pro defensione sacrarum rerum.

Centesimum Quadragesimum Quartum Privile.

1 **E**CCLÉSIA gaudet privilegio quòd † Homicida est qui facit, vel dat sortilegia, vel venena sterilitatis, unde si aliquis causa libidinis explendi vel odio homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel dederit, ad potandù, ut non possit generare, vel concipere, vel quòd soboles nò nascatur, ut homicida teneatur, cap. si aliquis. de homicid. volunt. & casual. Ratio hæc esse potest, quia † Qui impedit generare, aut concipere, vel sobolem nasci, dicitur homicidalis, pariter etiã dicitur homicida, qui occasionaliter occidit, duplex enim est † Homicidium videlicet, simplex, & deliberatù, simplex committitur altero de quatuor modis, necessitate, casu, culpa dolo, hoc enim homicidium committitur sine qualitate animi deliberati, deliberatù vero est, quod committitur ex proposito cum illa qualitate, & committitur quatuor modis, videlicet, ex proposito, ex insidijs, proditoriè, per assassinium, homicidium ex necessitate committitur, cum quis ad suam necessariam defensionem alium interfecit, casu, si aliquem, sine culpa, aliud facere cogitans, culpa, quãdo quis non dolosè, neque animo occidendi, sed inadvertenter alium interfecit, & licet hoc homicidium sit commissum sine dolo, nihilominus punitur homicida criminaliter, non pœna ordinaria, sed pœna pecuniaria, vel exilio, Boss. in ti. de defensorum nu. 68. Et dicitur etiã culpòsum homicidium, quando quis citra animum occidendi alium percussit, ex qua percussione mortuus est, dolosum homicidium dicitur, quando quis animo occidendi aliquem, illum interfecit, & dicitur simplex homicidium, quando hæc deliberatio illum occidendi, non ex intervallo præcessit, sed in rixa, vel calore iracundiæ superuenit, homicidium ex proposito committitur, quando quis aggreditur alium prævia animi deliberatione, ex intervallo præcedente, & illum interfecit, ex insidijs homicidium committitur, quando quis expe-

Stat alium positus in loco, qui ab illo prauideri verifimiliter
 non poterat animo eum occidendi, & talis homicida non gau-
 det immunitate Ecclesiae, proditore committitur homicidium,
 quando aliquis nulla praecedente inimicitia alium interfecit,
 vt puta si essent duo focii in itinere, & nulla interueniente rixa
 occidit, vel percurrit, committitur homicidium per assassinum
 quando fit pecunia interueniente, poena autem homicidii de
 iure coei est poena l. Cornel. de sicari, tex. in l. 1. ff. ad l. Cornel. de
 ficar. quae poena est Nobili deportatio, & bonorum omnium co-
 fiscatio, tex. in l. 3. §. legis Corneliae eod. ti. sed hodie illa poe-
 na non est in usu, sed hodie est poena mortis, & est communis
 opinio, vt dicit Boss. in tit. de homicid. num. 109. punitur etiam
 vt homicida, qui venenum scienter dat ad occidendum ali-
 quem, Cepoll. in conf. vlt. Grammat. in conf. 36. & in l. 1. &
 3 ff. de sicar. & hoc si ex veneno sequitur mors, non videtur du-
 bium quod dans punitur poena mortis, & ita attestatur Plaza,
 lib. 1. delict. cap. 20. hanc esse communem opinionem, sed
 4 † Si mors ex veneno secuta non fuerit, an debeat puniri poena
 ordinaria, stante atrocitate criminis, dicitur quod sic, nihilo-
 minus magis comunis opinio est, quod non puniatur poena or-
 dinaria Careri. in sua Patrie. crim. in fol. 68. nu. 98. Bertachi.
 5 in verbo venenatio nu. 6. nec † semper homicidium est puni-
 bile, qui ad suam necessariam defensionem committit homici-
 6 dium excusatur, l. vt vim. ff. de iust. & iur. & ibi scrib. † ob de-
 fensionem proprii honoris excusatur homicida, nam pericu-
 lum famae, equiparatur periculo vitae, l. iusta. ff. de manu uin.
 7 vnde, † Si immineat periculum alicuius iniuriae personalis
 poterit quis licite aggressorem interficere Bar. in l. 1. nu. 8. C.
 8 Vnd. vi Aug. in l. is qui aggressorem nu. 2. in fi. C. de ficar. † Ex-
 cusatur homicida pro defensione eorum, qui sunt in sanguine
 9 coniuncti Grammat. conf. 68. num. 4. † Excusantur ab homi-
 cidio infans, minor, furiosus, ebrius, dormiens, senex. Clarus in
 10 trac. crimin. in q. 60. † Excusatur Pater occidens filium, &
 filius occidens Patrem, quando vnus eorum venerit ad delenda-
 11 dam patriam l. minime ff. de relig. & sumpt. fune. & hic aduer-
 tus in lib. de leg. vbi dicitur patriam potius collendam, quam
 matrem, & Virgilius in Eglog. sua, prima ait nos patriae fines,
 & dulcia linquimus arua, hinc adinuentum fuit per Cartagi-
 12 nenses exilium, quod per antea non erat, excusatur & † homi-
 cidium

cidiū ab Ecclesia in tribus casibus, in actu casualitatis, in actu
 utilitatis, & in actu necessitatis, aut homicidiū euitabile, aut
 ineuitabile, quòd homicidium aliquando sit permiffum, hoc
 13 suadet; † Nam primum peccatum fuit transgressio Adam,
 14 † Peccatum secundum, fuit homicidium in personam Abel,
 refideo in hac opinione donec diuersum ex peritia alicuius ap
 15 pareat cui libenter acquiescam, quod † Homicidium sit à
 Deo hac ratione permiffum, cum de dilectis occultis Iudex Ec
 clesiasticus, & Iudex secularis non valeāt punire aliquem, per
 mittit Deus manum alicuius effici barbaram, vt aliquis occi
 datur in pœnā delictorum suorum, vt dixit S. Aug. nullum bo
 num irremuneratum, nullum malum impunitum, hoc enim
 quotidie videmus, nā homines admiratione afficiuntur, quod
 talis fuerit occisus, cum esset moribus, & approbata vita orna
 tus, & decoratus, intima cordis videri non possunt, fortè latet
 16 anguis in herba, siue quare Deus non permittit † Peccata
 enim sunt causa damnationis, ne dum vitæ, verum etiam ani
 17 mæ, hinc est per aliquando † Princeps efficitur tyrannus ex
 volute Dei, propter iniquitatem populi, itaque adimauerte,
 quod qui fabricat venenum, & dat alicui bibendum, & qui fa
 cit fortilegia, ne soboles nascatur, dicitur homicida, & irregu
 18 laritas contrahitur, si actu homo interficitur † Ex sola enim
 voluntate quis non efficitur irregularis, ita tenet hic Goff. li
 cet contrarium sentit Io. An. de pen. de penit. dist. 1. cap. pe
 riculosè, sed eius opinio saluari potest in regularitate indi
 spensabili, quando dicatur partus animatus, vel non vide in 5.
 19 dist. in prin. et gl. in vers. 40. quæ dicit † Quòd post 40. dies
 partus est animatus in masculo, in femina verò post 80. Sed
 cum in isto casu potest mors euenire, & si fortè euenierit puni
 20 tur morte, & si nō euenierit alia pœna, vt supra † Sed quādo non
 reperitur pœna limitata, imponēda secundū circūstantias deli
 21 cti, ex quibus pœna, vel augetur, vel minuitur delictum, † vnde
 cōsulentes, vel auxilium præstantes, an, & quādo teneātur etiā
 vnus pro oībus in foro tam penitentiali, quā cōtentioso, ad oī
 22 modā restitutionē totius dāni, † Nā ex cōsilio nō datur actio
 de dolo c. cū ad sedē de rest. spoliat. tñ. in defectū principalis,
 vt q̄a nō reperitur, vel quia non est soluedo, vel ex aliqua iusta
 causa nō vult dānū passus agere cōtra eū, puta, q̄a est terribilis
 psona, tūc potest agere in iudicio actione de dolo cōtra dātē cō
 siliū, l. 1. ff. de dolo in foro animæ tenetur oīno ad restitutionē,
 &

- & satisfactionē integrā dāū pāso, q̄a dādo cōsiliū fuit in culpa
- 23 † ex his not. d.fferētiā inter forū cōtētiosū, & forū pēnitētiāle in contentioso agitur contra dānum dantē ex consilio, quando non potest agi contra principalem, l. ex hoc edicto. ff. de eo per quem facer. in foro pēnitentię tenetur indistinctē, & ratio diuersitatis fuit, quia in foro animę non curamus de stricto modo intentandi actionem, sed attenditur ipsum factum purum, vnde ex quo dedit causam dāni, tenetur ad emendationem dāni, caueant igitur consiliarij Principum, nam tenentur ab restitutionem malē ablatorum per ipsos Dominos, si vero non dedit consilium ad rapinam committendam, immo eam dissuāit, sed associauit raptorem ne ledetur ab alio, tunc, aut principalis fuit captus in rapina, & sic nihil ablatum est, & non tenetur iste, qui associauit, aut aliqua inde asportauit, & tunc si alius iuisset, & asportasset sine societate istius, non tenetur iste ad restitutionem, † Et ita est differentia inter pręstātem consilium, & auxilium, nam pręstans consilium tenetur, & in totum, pręstans auxilium, tenetur tantum ad id, super quo auxilium pręstitit, & quatenus auxilium profuit, ratio diuersitatis est, quia consilium vagatur ad totam rapinam, & ideo consulens tenetur in totum, sed auxilium restringitur ad id, super quo pręstitum fuerit, quod not. Inn. in cap. sicut. de homicid. aduertant igitur isti, qui
- 25 consulunt, & pręstant auxilium illis, qui dant † Pocula amatoria ad bibendum, vel propter odium, quia si illa quę sumpsit mortua est, licet pręter intentionem dantis, tamen tenentur de homicidio, l. si. quis aliquid s. qui abortionis. ff. ad l. Cornel. de sic. grauius tamen puniatur si habebant animum occidendi, cum fortilegijs, vel veneno, aut poculo composito malarum, fugiantur igitur omnes hunc peruersum sensum committendi scelera tam nefanda, ne incidant in panam
- 26 temporalem, & spiritualem, hinc infertur, quod ille, † Sacerdos, qui percutit aliquem causa disciplinę, adeo modum excessit, quod percussus ex verberibus mortuus est, ab omni ministerio Altaris debet perpetuo remoueri, & ab officio sacerdotali deponi, si percussione ipse interijt, vel aliam infirmitatem incurrit, vnde mortuus sit cap. presbyterum. de
- 27 homic. † Correctio permittitur magistro, vel similibus, dummodo modum non excedat cap. i. & capi. Cum voluntate. de
- 28 sententia excomm. pariter † Clericus deponitur non solum

Im propter homicidium voluntarium, sed etiam cauale, si culpa præcessit homicidium, ab omni ministerio Altaris non solum suspenditur, sed etiam à sacerdotali officio, & ab omni officio cuiuscunque ordinis, potest tamen per Episcopum dispensari in minoribus, cap. ad audientiam in fi. de homicid. si est in sacris, solus Papa dispensare potest, cap. continebatur. de homicid. † Nec etiam pro defensione sacrarum rerum clericis homicidium permittitur cap. olim. 1. de relictis spoliatis. Ideo tam laici, quam clerici fugiant, ne diabolus eos inuitat ne dum ad facienda homicidia voluntaria, sed etiam causata, in hoc genere præsertim faciendi sortilegia, vel venena sterilitatis, ne soboles nascatur, quia homicidium committere videtur.

S V M M A R I V M.

- 1 Ars balistariorum, & sagittariorum est prohibita sub pena anathematis exerceri contra Christianos.
- 2 Ars balistariorum sagittariorum est horribilis, odibilis, mortifera, propter pericula corporum, & animarum.
- 3 Balistæ, & sagittæ sunt arma necessaria, pro defensione murorum, vel nauium.
- 4 Apud milites nostri temporis sunt arma ridiculosa.
- 5 Excommunicatio prolata à lege absque alia solemnitate sortitur effectum, quod contra faciens punitur ipso facto excommunicatus.
- 6 Lex cepit a Deo in paradiso, ideo dicitur diuinum, & dogma prudentium.
- 7 Quis teneatur magis lequi dispositionem legis, quam conscientiam.
- 7 Bonus non est, vel perfectus, qui non subit legi.

Centesimum Quadragesimum Quintum Privilegium.



- 1 **E**CCLESIA gaudet privilegio, quod † Excommunicandus est sagittarius, & balistarius contra Christianos, hoc enim præcipit Papa, quod nullus sub pena Anathematis exercere debeat adversus Christianos artem balistariorum, & sagittariorum, cap. 1. de sag. Ratio fuit hæc, † Quia talis ars est horribilis, odibilis, mortifera, propter pericula corporum, & animarum, cum non liceat contra Catholicos pugnare, & intellige de

de bello iniusto, secus de iusto, Io. An. suadet, ne in bellis campestribus quis vratur simili armorum genere, cum sæpius accidat militem magni momenti, † Tamen ad defensionem murorum, vel navium hæc arma sunt multum necessaria, quod quidem consilium esset apud milites nostri temporis, & etiam apud Principes ridiculosum, cum aliud instrumentum bellicosum horribile sit adiuuentum, quod puluere artificiosa, & pillaferrate xoneratur, cui nihil fere resistit, repugnacula ex eius ictibus reiteratis demoliuntur, vnde credendum est, quod sub genere balistariorum compræhendi debeat quodlibet aliud instrumentum, quod eminus ferit, sed hic vnum valde considerandum arbitror an pænahic apposita excommunicationis sit comminatio, in sententia dicitur magis comminatio, quam sententia, C. comminat. vel Epist. per totum gl. in cap. 2. de matrim. contrah. & capit. sicut de simo. in dubbio quando non apparet de mente proferentis, secus vbi apparet de mente, quæ ex circumstantiis colligitur, puta, quia dicit excommunicationem velle proferre, vel protulit hæc verba cum solemnitate, & dicit Host. quod standum est declarationi ipsius, arg. in cap. cure 11. q. 3. & in cap. post cessionem, de probat. Sed ante hanc declarationem subditus cõtrafaciens excusatur non gerens se pro excommunicato, verum puto aduertendum in isto casu licet diuersum sit, quando excommunicatio est probata ab homine, vel quando est prolata à lege, quando est prolata ab homine fit effectualiter cum candelis accensis, & extinctis, tunc censetur prolata ipso facto, excommunicato à lege non profertur talis solemnitas, tamen mihi magis placet acquiescere dicto superiorum, ipso facto in isto decreto firmiter teneo, quod contrafaciens sit statim ipso facto excommunicatus, quia hæc prohibitio fuit facta sub pæna excommunicationis, vnde aliam solemnitas non est necessaria, cum à Papa sit prolata prohibitio sub pæna excommunicationis, accedente hac ratione,

4 quod artem tam offensibilem odit Ecclesia. † Ideo excommunicatio prolata à lege absque alia solemnitate fortitur effectum, quod contrafaciens remanet ipso facto excommunicatus, nam leges dicuntur à Deo ex ore prudentum, & Imperatorum promulgante l. fi. & ibi gl. in vers. diuino C. de præscr. long. temp. §. Quia igitur Imperium in Auth. de instru. caut. & l. d. 8. dist. c. Quo iure, quia ipsa iura humana per Papam per Imperatores, & Reges cum eorum corda sunt in manu Dei

Deus


5 Deus distribuit humano generi, cap. fi. 6. q. 3. † Lex cœpit a Deo in Paradiso, & ideo dicitur donum, & dogma prudentum vt in l. 1. ff. de leg. per utile ergo videtur, quod omnis homo sit subditus legibus, adducta lege quisquis, facilius obtéperabit veritati, & hoc propter timorem pœnæ quoniam legittimum cap. de capitulis, cum quatuor Capitulis Seq. 10. dist. & hoc etiam in foro conscientie, vt not. glos. Bal. & Doc. in cap. quæ in ecclesiarum ext. de constitut. Pet. Anch. in cons. 21. per lo. An. in cap. 2. de verbo. signifi. Bal. in capic. in omni. de terti. vbi eleganter tenet, quod in foro conscientie leges sunt seruandæ, quia alias sequeretur, quod omnis legum forma duceret ad inferos, & scientia legum esset magis damnata, quam maleficium, vnde pulcher time Federic. de senis consil. suo 21. multis rationibus comprobatur, † quod quis tenetur magis sequi dispositionem legis, quam conscientiam eius pro quo bene faciunt not. in l. illicitas §. veritas ff. de offic. præsid. Paul. de Cast. 296. in prima part. gl. in Clem. ad nostram in verb. ieiunare. de hæret. Card. & Imo. in rub. de constitut. col. 6. Abb. in cap. solite in 2. col. de maior. & obed. & in cap. omnis anima de cens. † quod non est aliquis adeo bonus, vel profectus qui nõ subsit legi. unusquisque ergo sumat argumentum, quod si quis legi obtemperare tenetur, non parentes prohibitioni artis detestata in d. cap. 1. ipso iure incidunt in excommunicationem, quæ tam timenda est.

S V M M A R I V M.

- 1 Raptori manifesto, vel Ecclesie violatori si non restituit, vel causat de restituendo Clerici non debent interesse eius sepulturae.
- 2 Clerici interessentes, vel iniungentes pœnitentiam contra hanc dispositionem deponuntur ab officio, & beneficio.
- 3 Pœna raptoris seu violatoris Ecclesie pœnitentia denegatur nisi ablata restituat.
- 4 Contricto de peccato si satisfacere non potest viaticum non negetur ita tamen, quod Clericus non intersit sue sepulturae, nec elemosynam eius accipiat.
- 5 Ablata, qui non restituit denegatur beneficium pœnitentia. Secus si in morte postulauerit pœnitentiam præstita securitate commendandi pœnitentia & sepultura Ecclesiastica conceditur.

- 6 Puniri pro delictis à Iudice in foro contentioso, iterum non puniuntur à Deo, si ipsos pœnitet.
Dummodo pœna sit condigna peccato.
- 7 Pœnitentia si non est peracta hic, peragetur in purgatorio.
- 8 Pœnitentia imposta per sacerdotem, si non fuit condigna, confessus peraget pœnitentiam in purgatorio.
- 9 Pœna æterna debetur pro peccato mortali.
- 10 Sacerdotes, & Prælati ex Principis delegationis possunt de raptu, & alijs criminibus iudicare, pœnam sanguinis irrogare non possunt.
- 11 Iudex Ecclesiasticus non debet imponere pœnam corporis afflictiuam.
- 12 Index delegatus potest commutare pœnam ultimi supplicij in pœnam pœcuniariam, vel aliam temporalem.
- 13 Commutatio pœnæ non potest fieri quando agitur per accusationem ad pœnam legalem.
- 14 Ecclesia habet iurisdictionem in infideles peccantes contra naturam quod cognoscere potest tam secularis, quam Ecclesiasticus.
- 15 Quando loquitur de pœna mortis, loquitur secundum ius civile.
- 16 Index domicilij potest cognoscere, & punire de quocunque crimine alibi commisso.

Centesimum Quadragesimum sextum Privilegium.

- 1  CCLESIA Gaudet privilegio, quod si manifestus raptor, vel Ecclesiæ violator si restituit, vel de restituendo cauet in vita, & in morte ad pœnitentiam, & sepulturam, admittitur, si verò noluit cauere, cum posset, & in morte non potest, clerici eius sepulturæ interesse non debent, &
- 2 si Clerici interessentes, vel iniungentes pœnitentiam contra
- 3 hanc dispositionem deponuntur ab officio, & beneficio, si cum igitur queretur de pœna manifesta raptoris, seu Ecclesiæ violatoris, respondetur, quod quicumque rapinam fecerit violenter, seu in Ecclesiarum violatione manifestè fuerit deprehensus, pœnitentia ei pœnitentia denegetur, nisi prius ablata restituat, si poterit, vel saltem emendandi securitatem præstiterit, si verò in contumacia sua usque ad obitum durauerit, & in extremis positus pœnitentia postulauerit, si satis fecerit, vel emendandi securitatem præstiterit, ei pœnitentia, & sepultura Ecclesiastica concedatur. Tertio dicit, quod qui in sanitate obtinata mente
- non

nō penituerit, vel emendauerit, & in morte securitatē emendan-
di prestare nequiverit, penitentia sibi parum prodesse videtur,
4 sicut creditur. Sed, si de peccato contritus fuerit, si satisfacere
nō pōt viaticū non negetur, ita tamē, quod nullus clericorum
sepulturæ suæ interfit, nec eius Elemosynam quisquā accipiat
Quarto se refert ad primū casum, vt si aliquis clericorum cō-
trahoc in vita, vel in morte penitentiam dare, aut sepulturæ in-
teresse, vel eorum Elemosynas accipere præsumpserit, vel par-
ticeps huius rapinæ fuerit, periculum sui ordinis patiatur, &
careat Ecclesiastico beneficio, cap. super eo. de rap. & incend.
5 & viol. Eccl. ratio fuit hæc, quia, † ei qui ablata non restituit de-
negatur beneficium penitentia, sed si in articulo mortis po-
stulauerit remediū penitentia, præstita securitate emendan-
di, penitentia, & sepultura Ecclesiastica concedatur, si in vita
non penitebit, & in morte non præstabit securitatem peniten-
tia, solennitas non prodest, Ideo interdictum est, vt nullus cle-
ricorum interfit sepulturæ illius nec eius Elemosynas accipiat
sub pena carendi beneficio Ecclesiastico, cum talis raptor non
sit de peccato corde contritus, vnde hic considerandum cen-
seo, quod non dimittitur peccatum, nisi restituatur male abla-
tum, Ideo clerici non debent interesse sepulturæ violenti rapto-
ris, vel violatoris Ecclesiarū, nec illorū Elemosynas accipere de-
bent, nec interesse debent sepulturæ illius, qui in peccato mor-
tali decedit, nec Elemosynas illius accipere, verum si peccatū
fuerit condignè punitum in hoc seculo, & fuerit pœna patienter
6 recepta, non punietur amplius in alia vita, nam † illi, qui
quotidie puniuntur pro eorum delictis a Iudice in foro cōten-
tioso non punientur iterum a Deo, si ipsi penitent, hic & reci-
piunt pœnam patienter, dum modo pœna sit condigna pecca-
to, quia ex quo puniti sunt per Iudicem terrenum sufficienter
non debent puniri per Iudicem celestem, cap. quid ergo 23.
7 q. 5. † Sed vbi non est peracta penitentia hic, peragetur in
8 purgatorio, cap. qualis 25. dist. † Pariter dicendum vbi peni-
tentia imposita per Sacerdotē nō fuit cōdigna nā tunc confes-
sus, peraget penitentia in purgatorio, cap. mensurā. de penit.
dist. 1. sed cam gl. dicat pro quolibet peccato debetur duplex
pœna, temporalis, & æterna, credo quod melius esset dicere
9 quod † pro peccato mortali debetur pœna æterna, 25. dist.
cap. vnum orarium, & in cap. defleat peccato. r. de reg. iur. sed
illa pœna æterna in penitentia commutatur in pœnam tem-
poralem,

poralem, quia sacerdos imponit pœnam temporalem, & si hic non peragit peraget, in purgatorio, hinc infertur, quod ex
 10 † Principis delegatione possunt sacerdotes, & pœlati de raptu & alijs criminibus iudicare, pœnam tamen sanguinis infligere non possunt, c. p. in Archiepiscopatu de rapt. & incend. Vnde
 11 notandum. † Iudicem Ecclesiasticum non debere imponere pœnam corporis afflictiuam, ita quod non transeat in vindictam sanguinis, sine ergo sanguinis effusione licite potest imponi per Ecclesiam pœna corporalis, vt in d. c. & in c. i. de calum.
 12 & in cap. ad audientiam de crimin. fals. † Iudex tamen delegatus potest commutare pœnam vltimi supplicij, in pœnam pecuniariam, vel aliam temporalem, de quo habetur, in c. licet. de penit. Host. tenet in isto casu, quod vbi subesset scandalum, vel non subesset causa commutandi, vel vbi ageretur ad pœnam legalem per accusationem, tunc non debet fieri ista commutatio, faciat l. 3. in fi. C. ne sacrum bapt. Et not. quod † Vbi agitur per accusationem ad pœnam legalem, non potest fieri commutatio pœne, vt optimè facit d. l. 3. Item vbi subest scandalum, in cõmutatione, vel non subest causa commutandi, & sic debet intelligi l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infam. l. rhodia. ff. de pen. Inn. contrarium sentit, in c. quod super his.
 14 de vot. Vbi dicit, quod † Ecclesia habet iurisdictionem in infideles peccantes contra naturam, nam sicut Deus tales puniuit, vt in Genes. 19. ita videtur, quod Vicarius suus possit, & per consequens etiam pœlati, qui sunt assumpti in partem solitudinis, vnde placet mihi illud dictum, & potest dici, quod sit locus pœoccupationi, vt de hoc valeat cognoscere tam secularis, quam Ecclesiasticus, tex. in c. clerici de exce. pœlat. in fi. Vbi Ecclesia mandat laicus ob hoc delictum excommunicari, ergo vendicat sibi iurisdictionem isto casu, sed de facto nõ exercent pœlati hanc iurisdictionem, & ideo fortè recipiebant hic delegationem, poterat tamen iure proprio, Vltimo queritur hic in d. c. Archiepiscopatu dicitur, quod si excessus fuerit grauis, quod debeant sustinere pœnam mortis, potest excessus dici grauis secundum Doctores, isti procedebant ad homicidium, vel quando imminabat scãdalum in commutatione pœne, vel quia agebatur per accusationem ad pœnam legis, adeo, quod secundum ea, quæ proposita sunt debent se gerere, dummodo non excedat iurisdictionem, sed hic vnum maximum venit considerandum ponitur hic ti. de rapt. & incen. & viol. Eccles. In his oibus
 impo-

imponitur pœna mortis, & tamē de pœna mortis nullas h̄c mē
 15 tio † Aduerte, quōd quando loquitur de pœna mortis, loqui-
 tur secūdam ius ciuile, sed hic loquitur de pœna in casibus iuris
 de iure canonico hic percipi potest, quōd de crimine leui alibi
 commissio, potest Index domicilij cognoscere, sed Cal. in ca. 1.
 19 de rap. & incend. & c. Concludit, † quōd de quocunq; cri-
 mine alibi commissio, potest Index domicilij cognoscere, & pu-
 nire, nam sicut ratione contractus alibi gesti, & ratione rei ali-
 bi sitæ potest iudex domicilij cognoscere, vt in c. dilecti. de for.
 comp. not. gl. in l. fi. C. vbi in rem act. ita, & ratione delicti alias
 forus domicilij superfuere, & hoc specificè videtur probari in
 cap. cum contingant. de for. com. Ex his igitur habes, quōd ra-
 ptoribus & c. datur pœnitentia, & sepultura, si in vita restituit,
 vel caueat de restituendo, alias non, & clerici contrafacientes
 deponuntur ab officio, & beneficio.

S V M M A R I V M.

- 1 Hominem, qui furatur, & vendiderit conuictus morte moriatur.
- 2 Religioni Christianæ derivabitur, per venditionem liberorum homi-
 num.
- 3 Seruum, qui furatur pœna mortis non est suppositus.
- 4 Nobiles, si furatur hominem liberum, damnatur in metallum in cuius lo-
 cum succedit hodie pœna tricennium si ignobilis seruus, vel libertus be-
 nignus subiacent.
- 5 Fallit hæc pœna ibi vide.
- 6 Mors de iure canonico interpretatur excommunicatio.
- 7 Index Ecclesiasticus potest furantes homines liberos excommunicare.
- 8 Statutum, si in aliqua ciuitate extaret, vt qui duxerit furem hominis li-
 beri consequatur tantum pretium non valet, quia liber homo non ha-
 bet pretium.
- 9 Nisi sit hostis ciuitatis.
- 10 Furans propter necessitatem famis & nuditatis cibaria vestem, vel pecus
 non incurrit peccatum.
 Si necessitas non est multum vrgens, non incurrit in magnam pœnam, sed
 leuem.
- 11 Furans ex necessitate tenetur restituere cum possit.
- 12 Fur occultus potest promoueri ad sacros ordines post pœnitentiam rei fu-
 ratæ & restitutionem sine dispensatione.
- 13 Secus si esset fur manifestus.
- 14 Furtum committitur nedum inuito Domino, verum capiendo rem minus
 cau. e. dimo. am.

Quæ

Qui vult evitare furtum debet facere præconizari, vt, si quis præcedit, compareat, vt quia reperit pecuniam.

- 12 Inueniens pecuniam, vel aliam rem, si Dominus non reperitur præsumit rem habitam pro derelicta potest sibi retinere alias debet dare pauperibus.

Centesimum Quadragesimum Septimum Priuile.

- 1 **E**CCLESIA gaudet priuilegio quod ¶ Qui hominem furatur, & vendiderit conuictus morte moriatur, cap. 1. de furt. Ratio fuit hæc, ¶ quia per venditionem detrahitur religioni christianæ arg. in cap. 1. de homicid. lib. 6. & hic aduertendum, quod loquitur de homine libero, ¶ nã
- 2 si furatur seruum, hæc pœna non tenetur, l. vlt. ff. ad l. Fami. de plag. nam pœna in homine libero est capitalis vt in l. 1. r. eo. ti.
- 3 si verò qui furatur esset nobilis dånatur in metallum, in cuius locum successi, pœna hodiæ triremium, si autem ignobilis gladio, seruus, vel libertus bestijs subijcitur gl. in d. l. vlt. & l. ff. C. eo. ti. fallit hæc pœna, vt in cap. in Archiepiscopatu. de raptor. in quo habetur quod prælati ex principis delagatione deraptu & alijs criminibus iudicare possunt pœnam tamen sanguinis infligere non possunt, sed quomodo ergo cum dicatur in tex. pœna mortis intelligendum sit illud decretum, in d. cap. 1. de
- 4 furt. responderetur quod per mortem hodie de iure canonico interpretatur excommunicatio, tex. est not. in cap. per venerabilem. qui fil. fin. legit vbi Papa per legem antiquam inferentem mortem temporalem intelligit quo ad Iudicem Ecclesiasticum,
- 5 de sententia excommunicationis ¶ & ita Iudex Ecclesiasticus potest istos fures furantes homines liberos excommunicare, & hic habes casum in quo Iudex Ecclesiasticus habet iurisdictionem in laicos, scilicet, furantes homines liberos, & vendentes, seu aliter exponentes, ex quo christianam rem publicam offendunt, d. cap. 1. de homic. in 6. Hinc inferitur talis quæstio
- 6 quod ¶ Si fuisset statutum in aliqua ciuitate, vt quicumque duxerit talem hominem ligatum in fortiam communis cõsequatur tantum prætium nunquid valeat tale statutum Bart. in l. r. ff. ad l. fau. de plag. tenet quod non, quia non potest statui prætium pro homine libero, nisi ille esset hostis ciuitatis, sed cum
- 7 in tex.

in tex. loquatur de vendente, an eadem pœna imponatur in e-
 mēte, & in donante, & dicitur quod omnes tenentur eadem
 pœna ex quo scienter faciunt vt in d. l. r. nam venditio dicitur
 qualitercunque dominium trāsfertur vt in l. statuliberi §.
 8 quintus ff. de st. lib. quid si quis ꝑ propter necessitatem famis
 aut nuditatis, furatus fuerit cibaria, vellem, vel pecus, dicitur
 quod nō incurrit peccatum, si ex maxima necessitate furatur,
 sed si necessitas non sit multum vrgens in leuē pœnam incu-
 rit, cap. si quis. de furt. quia furans ob necessitatem vrgētem
 non punitur, nec in foro contentioso, nec in foro animæ, per iu-
 dicem, qui per necessitatē maximam aliquid subtrahit, cap.
 9 discipulos. de consecr. dist. 5. veruntamen ꝑ Ille, qui subtrahit
 aliquid tempore necessitatis tenetur illud restituere, cum po-
 test nam talis subtractio permittitur propter necessitatē, sed
 cessante causa cessare debet effectus, sicut dicimus in eo, qui
 prabet alimenta tempore necessitatis, & protestatur de repe-
 tendo, vt not. in l. nefennius, & l. alimenta ff. de negot. gest. c.
 sacrorum, & cap. sicut 12. q. 2. Ideo animaduertē, quod doc-
 ita sentiunt hic quod quando necessitas fuit maxima, sed po-
 stea veniens ad pinguiorem fortunam restituere tenetur, hinc
 10 est quod ꝑ Fur occultus potest promoueri ad sacros ordines,
 post pœnitentiam, & rei furatę restitutionem sine aliqua dispē-
 satione, hac enim ratione, quia peccatū est occultū, & nulla in-
 famia inde est orta, qui potest promoueri per acta pœnitentia,
 & facta restitutione rerum ablatarū, cap. si. de tempor. ord.
 in contrarium verò si fur esset manifestus, seu conuictus in iu-
 dicio de furto, non potest amplius promoueri ad ordines sine
 dispensatione, & idem est in quolibet peccato notorio in d. c.
 11 si. ꝑ Furtum nedum taxat committitur inuito domino, verū
 etiam capiēdo rem alterius minus cautē dimissam, hoc facit
 ad quæstionem quidam reperit in via pecuniam, vel alia rem
 dicit Io. An. quod si vult euitare furtum, debet facere præconi-
 zari, vt is, qui præ tendit de tali re compareat, l. falsus §. qui
 alienum uers. solent ff. de furt. gl. in cap. quia frustra de vsur.
 vnde dicendum est quod aut ex qualitate rei verisimiliter iste
 præsumit rem habitam pro derelicto, & tunc non committit
 furtum, quia hic non est intentio fraudolosa, d. §. qui alienum
 aut præsumit rem non habitam pro derelicto, vel præsumere
 debuit ex qualitate rei, vt quia reperit pecuniam & tunc com-
 mittit furtū cum non sit verisimile, quod quis eam proiecisset
 & tunc

& tunc si vult euitare omnem suspicionem furti, debet facere præconizari, sed si in veritate non habuit intentionem furandi sed capiendi, & restituendi vero domino, si apparuerit non tenetur de furto, licet non faciat præconizari, & maximè hoc procedit hodie, quia ex consuetudine ille, qui perdit rem facit præconizari, unde potuit iste expectare, vt præconizetur, dici potest, quod illa est cautela, & consilium ad euitandum omnem suspicionem, sed ex qualitate personæ reperientis, ex verbis prælati per eum potest purgari suspitio; † Si autem non reperitur dominus dic, quod, si præsumit rem habitam pro delicto, potest sibi retinere, alias autem debet dare pauperibus arg. cap. cum tu de vsur. Ex his habes, quod qui hominem furatur, si conuictus, morte moriatur, pena autem mortis in illo casu de iure canonico intelligitur de excommunicatione.

S V M M A R I V M.

- 1 Usurarij filius, & hæres, vel extraneus vsuras extortas per defunctum restituere compellitur.
- 2 Vsuram exercens rapinam, & furtum committit.
- 3 Ad successorem res transit cum suo onere vel causa.
- 4 Vsura committitur in his rebus, in quibus consistit mutuum.
- 5 Mutuum consistit in his, quæ sunt triplicis generis, in numero, in pondere, & in mensura.
In alijs rebus non consistit mutuum.
- 6 Mutuum dicitur, quia de meo fit tuum.
- 7 Mutuum recipiens non tenetur restituere tantumdem sub certitudine eiusdem valoris.
- 8 Usurarius an sit vendens rem maiori pretio, ex eo quod differt solutionem.
- 9 Vsura committitur quando in mente contrahentium fraus adest.
- 10 Valet plus quod in veritate agitur quam quod simulate concipitur.
- 11 Valor rei verus attenditur secundum tempus emptionis, & venditionis.
Duobus concurrentibus habet locum.
- 12 Contractus si est dubius, an contineat in se peccatum vel non abstinendum est.
- 13 Vsuram exercens, si clericus fuerit monitus, ab officio, & beneficio suspenditur.
- 14 Vsuram laicus exercens excommunicatur.

Usurarij

- 15 Usurarij manifesti non adiuntur ad communionem altaris, & sepultura Christiana denegatur.
- 16 Usurarij oblatione clericus accipiens reddere compellitur.
- 17 Usurarius condemnatus ad restituendam usuram si se appellat non auditur.
- 18 Usura ita odiosa quod Iudei compelluntur ad eam restituendam.
- 19 Usurarij testamentum est nullum, non restituta usura.
- 20 Usura crimen est mere Ecclesiasticum quo ad cognitionem iuris.
- 21 Usura pena est communis fori & pena est extraordinaria arbitrio Iudicis.
- 22 Usura sunt prohibita omni iure de iure, naturali, de iure diuino etiam Evangelico, de iure canonico.
- 23 Usurarius est infamis.

Centesimum Quadragesimum octauum Priuilegi.

1 **E**CCLESIA gaudet priuilegio, quod si heres usurarij filius, vel extraneus usuras extortas per defunctum restituere compellitur, cum igitur quesitum fuisset a Papa, quid obseruandum sit de filijs usurariorum, qui eis succedunt in crimine usurarum, aut etiam de extraneis heredibus ad quos bona illorum perueniunt, respondet Papa, quod filii eadem distictione cogendi sunt usuras restituere, qua parentes eorum cogentur, si uiuerent, & idem est faciendum de heredibus extraneis cap. tua nos. de usur. Ratio fuit hec, quia si usuram exercens rapinam, & furtum committit. 14 q. 3. cap. Si, quis usuram, ideo subiacet restitutioni cap. cum tu. de usur. ideo filius heres, vel extraneus tenetur ad restitutionem & compellitur & Ratio, quia si Res transit ad successorem cum suo onere, vel causa, unde si imprimis videndum in, quibus rebus committitur usura, dic, quod in his rebus, in quibus consistit mutuum, & si Mutuum consistit in his que sunt triplicis generis, nam quedam consistit in numero, ut in pecunia, quedam in pondere, ut argentum, & aurum, quedam in mensura, ut triticum, & vinum, in alijs vero rebus non potest consistere mutuum, Ratio est, quia in mutuo transfertur dominium rei mutuatæ, unde si Mutuum dicitur, quia de meo fit tuum. l. secunda. ff. si cert. peti. si recipiens mutuum non tenetur restituere tantumdem sub certitudine eiusdem

K k k

eiusdem valoris l. cum quid, & l. vinum ff. si cert. pet. certitudo autem valoris non potest haberi in alijs rebus non consistentibus in numero, pondere, vel mensura, nam vere impossibile esset inuenire vnum æquum omnino eiusdem valoris, cuius est alius æquus, sed in pecunia, & in alijs consistentibus in pondere, & mensura, reperitur certitudo eiusdem valoris, in alijs rebus eiusdem substantiæ, & ratio, quare autem consistat in his rebus tantum, est, quia in istis transfertur dominium, & vsus rei, non est separatus à consumptione ipsius rei, sed dominij ipsius rei, vnde in istis rebus exigens aliquid propriè rapit vsum, quia vult capere aliquid ex vsu rei mutuatæ, & tum in istis non est dare vsum separatum à dominio rei, quia dominium consumitur ex vsu, sed in alijs rebus, secus est, nam si locatur domus, vel equus, vsus rei separatur à dominio, nec consumitur dominium rei ex vsu, & ideo non est contra naturam rei capiendo aliquid pro vsu ipsarum rerum, quia dominium equi, vel domus remanet apud me, & tu habes vsum rei ex illo vsu possum aliquid licitè capere, sed hoc non contingit in rebus mutuatæ, quia dominium in continenti transfertur in me, & nõ possum vti re mutuata, quin consumam dominium re vnde dicitur vsura, quasi raptus vsus, ex re locata capitur lucrum, secus ex re mutuata, hinc inferatur, quod si vendens rem maiori pretio ex eo, quod differt solutionem, quam dicitur vsurarius, vel non, ex contractu ergo emptionis licet maius sit pretium debito interueniat soluendum certo tempore, post venditionem non resultat formalis contractus vsurarius, vnde ex forma sui non potest dici vsurarius, & hoc ideo, quia

8 vsura committitur regulariter ex mutuo, si sed vbi fraudem contrahentes habent in mente, tunc vsura committitur si propter hoc statuitur maius pretium, quam solutio differtur fingitur enim solutio facta ab ipso emptore, & pretium sibi restitutum, quasi contrahatur de nouo mutuum cum lucro illius

10 excessus, qui erat in pretio, si nam plus valet quod in veritate agitur, quam quod simulate concipitur C. plus val quod agitur quam quod simul concip. in reb. Et in nigro & in cap. per tuas. qui fil. sin. legit. Et an isti tales teneatur restituere in foro animæ, not. Abb. in Cap. consuluit de vsur. si Verus enim valor rei attenditur secundum tempus emptionis & venditionis cap. cum dilecti. de empr. & vend. & in l. 2. C. de rescind. vend. quod est verum nisi dubium sit tempore solutionis pretii, res sit minus

12 nus valitura, vel plus, & venditor nō erat alias venditurus tem-
pore contractus pro valore non currente, istis enim duobus
concurrentibus, vt habetur in cap. fi. de vsur. Non attenditur
valor existens tempore contractus, quod est singulariter no-
13 tandum pro limitatione illius, ca. cum dilecti & d. l. 2. † Sed
si contractus est dubius, an contineat in se peccatum, vel non
non debbemus potius abstinere à tali contractu, quia in du-
bio debbemus capere partem magis tutam animæ, si illa pars
videtur durior respectu corporis, gl. in cap. Vnico. de scrut. cap.
14 significasti, & cap. ad audientiam. de homicid. † Caueat igitur
15 vnus quisquam committere vsuram, nam ille, qui incidit
in vsuram si fuerit monitus si clericus erit ab officio & benefi-
cio suspenditur † Si Laicus excommunicatur cap. præterea
16 eo. ti. Usurarius est infelicis conditionis, quia † usurarii ma-
nifesti, nec ad communionem altaris admittuntur, & si decesse-
rint in hoc peccato vsuræ, sepultura Christiana denegatur
17 † Nec admittuntur ad offerendam oblationem, quam si clericus
acceperit reddere compellitur, & ab officio suspensus rema-
18 neat cap. quia in omnibus. eo. ti. † Si vsurarius est condemna-
tus ad restitutionem vsuræ, si se appellat ad subterfugiendum
restitutionem, audiendus non est cap. quam perniciosum eo.
19 ti. † Est vsura ita odiosa, quod Iudei etiam compelluntur ad
restituendam cap. pen. eo. ti. Testamentum vsurarii est nullum,
non restituta vsura vel facta cautione de restituenda cap. quan-
20 quam de vsur. † Crimen vsuræ est mere Ecclesiasticum, quo
ad cognitionem iuris, an contractus sit vsurarius, vel ne, secus
21 autem quo ad factum † quo autem ad penam est communis fo-
22 ri, & pœna est extraordinaria arbitrio Iudicis. † Cum igitur
vsuræ sint prohibite omni iure de iure naturali Didat in lib. 3.
resolutionum cap. i. num. 5. de iure diuino etiam Euangelico
de iure canonico & de hoc nemo dubitat, vt attestatur Didat.
23 in loco præallegato, hinc est quod † est infamis vsurarius,
& eius hæres, vel etiam extraneus tenetur, & compellitur vsu-
ras restituere.

S V M M A R I V M.

- 1 Falsitas in literis Apostolicis cognosci potest per septem species falsitatis.
- 2 Literas Apostolicas falsas recipientes, non sunt immunes a crimine falsitatis.
- 3 Falsitas inter præcepta Dei numeratur.
- 4 Falsitas offendit Deum, Iudicem, & Partem.
- 5 Falsitas committitur circa testes, circa scripturas, & circa instrumenta ac circa monetam.
- 6 Falsus non solum dicitur, qui mendacium dicit verum etiam, qui veritatem occultat.
- 7 Falsi crimen est publicum, ideo quilibet de populo potest accusare.
- 8 Falsitas est nedum odiosa, verum etiam damnosa.
- 9 Falsarum litterarum auctoritate, sententia lata non mandatur executioni.
- 10 Sententia lata cum falso procuratore non mandatur executioni. Idem per falsas probationes.
- 11 Falsi crimen committit aperiens, & disigilans litteras alienas.
- 12 Falsum committit, qui in testamento sibi legatum ascribit.
- 13 Falsi pœna est secundum statuta sed ubi non absunt, imponitur pœna consuetæ, quasi Iudicis arbitrio relinquatur.
- 14 Falsificantis litteras Papæ, vel Regum pœna si clericus degradatur & traditur curiæ seculari.
- 15 Falsificantes sal, frumentum, vinum, & similia, ut faciunt Aromatarii, extraordinarie puniuntur.
- 16 Falsi agi potest vsque ad centum annos.
- 17 Falsum committens, si alicui non præiudicat non ordinaria, sed extraordinaria puniuntur.
- 18 Falsi testis dicto qui vitur non excusator.
- 19 Falso instrumento qui vitur non excusatur.
- 20 Falsum committit, qui partem supponit.
- 21 Falsum committunt Impostores, qui pœna Stellionatus puniuntur.

Centesimum Quadragesimum nonum Priuilegiũ.



LCCLESIA gaudet priuilegio, quòd Papa
 distinguit † septem species falsitatis, per
 quas literæ Apostolicæ cognosci debent,
 vtrum sint falsæ, quas quilibet diligens,
 qui per literas Apostolicas conuenitur de-
 bet diligenter aduertere, † nec illi sunt
 immunes a crimine falsitatis, qui literas
 Apostolicas recipiunt, contra tenorem constitutionis, & mul-
 ti modi falsitatis litterarum Papæ sunt, qui omnes depræhen-
 duntur satis in cap. licet regimen de crimin. fals. Ratio istius de-
 creti multiplex est, sed potissima, † quia falsitas inter præce-
 pta Dei numeratur, & † Etiam ob læsionem, quàm sentit
 Deus, Index, & pars, multis enim modis † falsitas committi-
 tur, & circa multa, & in specie circa testes, circa instrumenta,
 circa scripturas, & circa moneta, † nam falsus non solum di-
 ci potest, qui mēdaciū dicit, sed etiam, qui veritatem occul-
 tat cap. i. de crim. fals. † Falsi crimen, est grauissimum & pro-
 pter eius frequentiam solet a legibus, & statutis grauiter pu-
 niri, connumeratur inter publica delicta, Ideo quilibet de po-
 pulo, etiam si particulariter eius non intersit poterit de falso
 accusare tāquam crimen publicum, hinc percipitur, † Quòd
 falsitas est nedum odiosa verum etiam damnosa, vnde † si sen-
 tentia lata auctoritate falsarū litterarum ille pro quo lata fuit
 imperauit executionē faciendam per Episcopum ille citatis
 partibus, vt sententiā executioni mandaret, oppositū fuerit co-
 rā illo quòd sententia illa illata esset per falsas literas, Episco-
 pis literis visis noluit eā executioni mādare, cū essent falsæ, er-
 go sententia lata p falsas nō debet executioni mādari præcipi-
 tur ei vt, quoties aliqua scripta sub nomine Papæ redarguēda
 viderit, nullā eis fidē adhibeat, nec obseruet, quod per ipsas
 mādatur sed eū, qui presentauerit illas detineri faciat diligen-
 ter, ca. sup eo. de cri. fals. † Idē est in sententiā lata cū falso procu-
 ratore, quæ nunq̄ mādatur executioni ca. in nostra. de pcur
 sententiā lata p falsas p̄bationes an teneat, & vsque ad quantū
 tēpus retrattari pōt, dic, vt plenē no. in c. licet de prob. & p̄ Io.
 An. in c. cū venerabilis de exc. & p̄ Dar. in l. diuus. ff. de re. iud.
 & l. qui

& l. qui

- 1 & l. qui agnitis. ff. de except. † Aperiens, & disigillans litteras alienas, vt illas ostendat aduersario, committit crimen falsum.
 2 si, ita tenet Bar. in l. Titio. ff. ad municip. † Ascribeus sibi legatum in testamento punitur p̄na l. Cornel. de fals. que est deportatio, & bonorum publicatio l. 1. §. si. ff. ad l. Cornel. de fals.
 3 l. Senatus consulto C. de his, qui sibi acrib. † Sed vbi adsunt statuta super falsitate disponentia, imponenda est p̄na statuti, sed vbi non sit p̄na imposta à statutis, tunc imponeuda est
 4 p̄na consueta, quasi hoc arbitrio iudicis relinquatur, † P̄na autem falsificantis litteras Papæ, Regum, &c. Si clericus committit hoc crimen falsitatis degradatur, & traditur curiæ seculari, cap. ad falsariorum. de crim. fal. car. in q. 36. vers. scias
 5 † Falsificantes sal, frumentum, vinum, & similia immiscendo alias res, vt faciunt aromatarij, qui aromata corrumpunt, & etiam vendentes oleum, omnes enim isti extraordinariæ puniuntur, Boss. in tit. de extraord. crimin. nu. 1. Falsitas est tantę vis, quòd falsi agi potest vsque ad centum annos, specul. de sent. prolat. §. si. canon. in cap. licet causam. de probat. Alex.
 6 in l. diuus. ff. de re. iudic. Qui tamen † Falsum committit, & alicui non præiudicat, non potest puniri, de falso idest p̄na ordinaria, sed bene potest extra ordinem puniri p̄na stellionatus Clar. in §. falsum vers. † Item excusatur, sed non excusatur. † Qui vtitur dicto falsi testis, quia falsum committere
 7 videtur † Idem, qui scienter vtitur falso instrumento † Et
 8 etiam qui partum supponit † Impositores etiam puniuntur
 9 p̄na stellionatus Clar. in q. 83. nu. 4 qui sunt propriè falsificantes merces cum igitur falsitas sit tamen inimica Deo, odiosa Iudici, & nociua parti, ab ea est fugiendum veluti à mortali epidimia, & magis, cum epidimia occidat corpus, falsitas autem animam.


S V M M A R I U M.

- 1 Blasphemantes Deum, vel aliquem sanctum, & maximè virginem Mariam puniuntur.
- 2 Blasphemantis p̄na, vt existat ante fores Ecclesie septem diebus dominicis, & alijs p̄nis, vt in cap. Statuimus. de maledic.
- 3 Blasphemus contemnit Deum.
- 4 Blasphemi statutum impositum est de iure canonico, vt quilibet ciuitas habeat.

Bla-

- 5 Blasphemia est cum datur Deo, quod non conuenit, & affertur, quod conuenit.
- 6 Blasphemia est peccatum mortale.
- 7 Blasphemia fit in corde, & in ore.
- 8 Blasphemia peccatum an sit remissibile.
- 9 Blasphemia calore iracundiæ, vel ebrietate an punibilis licet blasphemus grauiter peccat.
- 10 Blasphemia ex quacunque causa est peccatum.
- 11 Blasphomus dicitur hæreticus.
- 12 Blasphemi anima, & corpus perditur.
- 13 Blasphemus secundum legem antiquam opprimebatur lapidibus.
- 14 Blasphemiam audientes in testamento veteri obturabant aures, & uestimenta sciindebant in signum doloris.
- 15 Blasphemus non credit in Deum.
- 16 Blasphemus verbis, & factis dicitur negare Deum.
- 17 Blasphemia pertinet ad contemptum Dei.
- 18 Blasphemiæ exempla horribilia,
- 19 Blasphemiam audiens, & non accusans punitur.
- 20 Clericus punitur, qui verba in conuiuium Papæ protulit.
- 21 Blasphemus clericus punitur pœna arbitraria.

Centessimum Quinquagesimum Priuile.

- 1  CCLESIA Gaudet priuilegio, quod blasphemantes Deum, vel aliquem Sanctum, & maxime Virginem Mariam puniuntur, & pœna pro Episcopum imponenda erit, vt blasphemus existat ante fores Ecclesiæ septem diebus dominicis, dum missarum solennia aguntur, & ultimo illorum die dominico pallium & calciamenta non habent ligatus corrigia circa collum, septe unquam præcedentibus sextis feris in pane, & aqua ieiunet, Ecclesiam nullatenus ingressurus quolibet quoque prædictorum dierum tres si poterit, alioquin duos reficiat pauperes, sine vnum, & si facultates non suppetunt, commutetur in aliam pœnam, quam si recipere renuerit, Ecclesiæ interdicator ingressus, & in morte ecclesiastica sepultura careat, punitur etiam pœna pecuniaria, de quibus pœnis latius habetur in cap. statuimus. de maledicis
- 2
- 3 Rationem autem huins decreti. querere fatuum censeo ¶ nam qui

qui blasphemat Deum, ac Beatam Virginem, videtur contem-
 nere illos, a quibus procedit omne bonum, & a quibus nobis
 data sunt omnia in terris bona, & in cælis danda erunt eter-
 na, si volumus, potest etiã adduci, quòd blasphematores sunt
 maledici, & detractores, & lingua Deum, Virginem, & San-
 ctos percutiunt, † Ideo imponitur in cap. allegato, quòd in-
 ter statuta communitatum ponatur hoc statutum, & ita vide-
 mus fuisse seruatum ab omnibus ciuitatibus, † Videamus igitur
 quid sit blasphemia, secundum Ambrosium est, vel cum
 Deo attribuitur, quod ei non conuenit, vel cum ab eo remoue-
 tur, quod conuenit ei, vel cū attribuitur creature, quod apro-
 priatur Deo, † Et secundum genus suum est peccatum mor-
 tale, quia repugnat caritati diuinæ. † Blasphemia fit duplici-
 ter, si in corde est cordis, si in ore est oris, & cum se opponat cõ-
 fessione fidei, & diuinæ caritati, est peccatum mortale; † sed
 an peccatum blasphemie fit remissibile, si blasphemia ex coa-
 ctione, vel deceptione, vel infirmitate, habet causam anne-
 xam prouocatiuam ad remissionem diuinæ misericordiæ Mat-
 tre cap. 12 omne peccatum & blasphemia ex infirmitate, vel
 coactione remittitur infirmitas est duplex corporis, & animi,
 utroque casu remittitur peractū penitentia peccatum † Sed
 quero quid si calore iracundiæ, vel ebrietatis aliquis profili-
 nit publicè in blasphemiam, Abbas tenuit hanc penam non ha-
 bere locum, licet grauius peccauerit, sed ex quo accensus ca-
 lore iracundiæ, vel vino, nescit quid agat, vnde confessio tunc
 facta non præiudicat gl. in cap. Ex literis. de diuort. in ebrio sa-
 tis hoc dictum valet, l. omne delictum. ff. de re. milit. Sed in ac-
 censo calore iracundiæ forte non procederet, nisi maximus ef-
 fet calor iracundiæ & ex iusta causa prouocatus esset arg. l. Si
 adulterium. §. Imperatores. ff. de adult. secus autem si ex iniu-
 sta causa erat prouocatus, vt puta ex amissione facta in ludo,
 quia dabat operam rei illicitę facit cap. inebriauerunt 15. q. 1.
 † Ex quacunque causa blasphemia est peccatum, siue ex causa
 iusta, vel iniusta, vero in inebrio est magis excusabilis, quia ca-
 ret sensu recto † Blasphemus in Deum dicitur hæreticus, quia
 est infidelis, Thom. 2. 2. q. 13. art. 1. Ante mediū blasphemia per-
 tinet ad infidelitatem & opponitur confessioni fidei, & dero-
 gat diuinæ bonitati, & honori, & ideo dicit Thom. ibi marti-
 cul. 2. circa si. blasphemia prohibetur pro illud non assumes no-
 men Dei tui in vanum, nam magis assumit nomen Dei in va-
 nam,

num, qui aliquid falsum de Deo asserit, quumque per nomen Dei aliquod falsum affirmat secundum eum, quia secundum eundem in articulo 3. ibidem, qui periurat non sentit, aut dicit aliquod falsum de Deo, sed Deum adhibet testem falsitati, unde cum periurium sit maximum peccatum, secundum genus suum, conueniens est, quod blasphemia sit peccatum maximum, ad idem genus pertinens, & ipsam aggrauans secundum
12 eum, & ibi præterea secundum leges civiles anima & corpus blasphemi perditur, & per blasphemiam Deus prouocatur ad iracundiam, vt mittat terremotus, pestilentias, & famem
13 vt in auth. vt non luxuriat. cont. nat. ¶ Præterea secundum legem antiquam blasphemi opprimebantur lapidibus, vt patet
14 Numeri cap. 4. ¶ hinc est quod tunc homines audientes blasphemia in Deum, obturabant aures suas, & vestimenta scindebant in signum doloris, Matth. cap. 26. præterea Iudei dicuntur blasphemi vt in cap. 1. & 2. cum sicut & iudei & hæretici sunt blasphemi thom. in. 4. dist. 13. art. 17. vnde quia blasphemus dicitur propriæ in fidelis, sequitur, quod non stricte, sed largè blasphemus dicatur hæreticus, sicut quilibet infidelis dicitur largè hæreticus, vt 24. q. 4. §. quia vero ¶ vnde blasphemus non videtur in Deum credere, & si cum hoc non sapiat hæresim manifeste non potest inquisitor se intromittere, & sic manifeste non dicitur peccare contra primum articulum fidei, nisi expresse, vel per similitudinem actus, ita operatur, ac si existimaret Deum non esse Deum omnipotentem, honorandum, & laudandum, & hoc maximè si non solum blasphemaret Deum, sed etiam alia verba,
16 turpia contra Deum perferret, vel appropriaret ¶ nam verbis & factis Deus negari dicitur. cap. existimant, cum seq. 11. q. 3 vbi additur quod quotiescunque vincimur
17 cijs, atque peccatis, toties Deum negamus, ¶ nã blasphemia directè pertinet ad contemptum Dei, Thom. secunda, secunda questione septima. art. 2. si enim violator canonum, & dogmatum dicitur blasphemus, & hæreticus, multo magis, qui falsum asserit de Deo cuius dono canones æditi sunt,
18 sed quid pariat blasphemia ¶ audi exempla miranda, contra lusores legitur in Epist. quadam Diui Cyrilli Episcopi Hierosolymitani, quod in Samaria, quidam lusor, qui bona consumperat, dum Beatum Hieronymum blasphemaret, fuit statim fulmine interemptus præterea accidit

in Tyro splendidissima ciuitate tribus ludentibus, quia dum in ludi principio dicerent se contra omnem vim, & posse Hieronymi, ludum, quem inceperat prospere finituros, paulo post principium ludi terra se ipsam aperiens illos solos absorbit, & nunquam illi amplius visi sunt, asserit Cyrillus se vidisse, & accedisse in Hierusalem iuxta ædem cuiusdam nobilis militis locupletis, qui vnicum filium habebat illius amore excecatus, eum nō corrigebat, immo instruebat in prauis, ille bonis moribus destitutus in ludis, blasphemijs, & immonditijs annum duodecimum attigit, diequadā iam aduesperante ipse perdens in ludo prorupit ad hæc verba, faciat quidquid potest ille Hieronymus, qui ludos prohibet, nam eo inuito hinc non nisi victor surgam, dum autem hoc repeteret, ecce spiritus nequam, in specie hominis horribilis cunctis videntibus ludi locum velociter adiens, eundem infelicem puerum rapuit, & quo eum detulerat nunquam hætenus est comper-

19 tum. Hinc infertur quòd † Blasphemia est tãti momēti, quòd qui eum non accusat blasphemantem punitur ca. si, quis pro capillum. 22. q. 1. huius delicti grauitas talis est, vt etiam malè dictione dignos nos non debemus blasphemare ca. hi igitur.

20 24. q. 3. † si Sãcta Romana Ecclesia punit clericum, qui in præsentia multorum verba quædam in comptentū protulit summi Pontificis, propter quæ venit imponenda pæna suæ temeritatis ad terrorem aliorum, multo fortius sunt arguendi illi, qui contra Deum, & Beatam Virginem, ac aliquem Sanctum

21 verba in cõuitium asserunt. Hinc est quòd † Clericus propter blasphemiam punitur pæna arbitraria, & licet nō agat publicam pænitentiam, vt in cap. 1. de Bigan. & cap. ex pænitentibus c. l. distinct. ita graue posset esse delictum q̄ fieret depositio, vt in d. cap. si quis pro capilli. sed quando pæna pæcuniaria imponitur, cui venit applicanda, si exigitur a laico applicatur Iudici seculari, si exigitur a clerico applicatur iudici Ecclesiastico Ab. in d. c. statuimus nu. q. cum igit blasphematores sint odiosi Deo, & hominibus probis, caueat vnus quisque ne incidat in peccatum tam enorme, nam eorum finis est malus.

S V M M A R I U M.

- 1 Electio per sortes fieri non debet
- 2 Electiones compromissariorum per sortes assumi non debent
- 3 Electionem per sortem Papa reprobat.
- 4 Electio sortis potest cadere super indignum.

Deus

- 5 Deus tentatur per sortem, quia facientes sortem videntur velle quòd Deus inuisibiliter reuelet meliorem.
- 6 Aclus, qui incumbit collegio expediri debet per collegiatos in vnum collegialiter congregatos.
- 7 Sortis vsus non est prohibetur quo ad temporalia inter laicos, vel inter clericos.
- 8 Sors an admittatur quando factum est in certum, aut ius.
- 9 Sors si ius est incertum & factum certum a iudice admittitur.
- 10 Sortem facere iudex ad petitionem partis compellit.
- 11 Sorte Matthias, & Ionas fuerunt electi.
- 12 Ecclesia prohibuit diuinationes.
- 13 Sorte non sunt requirenda furta.
- 14 Diuinationum pœna est quadraginta diebus pœnitentiam agere.
- 15 Præsbyter faciens diuinationes ab Altari ministerio suspendetur per annum, et vltra.
- 16 Diuinationum pœna est arbitraria.
Secundum qualitatem personarum & facti conditionem.
- 17 Clericus committens diuinationes simplicitate ductus pro inquirendo furto facto Ecclesie, punitur pœna minoris suspensionis.
- 18 Diuinationes facere pro sanando corpore non licet sub pœna, vt ibi.
- 19 Laicus faciens diuinationes excommunicatur, & vltra, vt ibi.
- 20 Diuinationis pœna in monito si persona vilis sustigatur, miratur, infamatur, si honesta relegatur in carceribus.
- 21 Clerici moniti si diuinationes faciunt priuantur officijs, & beneficijs incarcerationantur, uel in monasterium ad agendam pœnitentiam perpetuam intruduntur.
- 22 Diuinationes de iure civili grauius puniuntur, Item indistinctè omnes torqueri possunt pro isto crimine, vt ibi vltimo supplicio.
- 23 Diuinator testibus conuictus si persistit negando coram testibus, viuus bestijs traditur deuorandus.
- 24 Diuinationes docens punitur pœna capitis, & qui illam adiscit.
- 25 Sacerdos pro faciendis diuinationibus si spoliat aras, luminaria extinguit, priuatur honore, & dignitate.
- 26 Clerici, vel laici, qui Imaginem crucis, & Beate Mariæ, aut Sanctorum pedibus, vel spinis conculcant grauius puniuntur, vt ibi.
- 27 Iudeus proiciens immunditias supra crucem punitur vt ibi.
- 28 Sacerdos ponens Eucharistiam non Sacratam in diuinationibus super qua tamen fuerint celebratę plures missę punitur vt ibi.
Item celebrans non consecrando.
- 29 Delinquendi animum in sortilegijs habens punitur si deuenit ad actum

- proximum habetur ac si delictum consumisset.
- 30 Diuinationes cum imaginibus baptizatis puniuntur, vt heretici.
- 31 Signa, bronni, cedolas, cum characteris ligaturas superstitiosum est ad col- lum portare, & puniuntur penis, vt ibi.
- 32 Pecuniam sacrificantes Mamone, vt diuites efficiantur puniuntur.
- 33 Diuinationes aliquando fiunt cum aqua baptismi, & cum oleo crismatis, vel sacra unctionis puniuntur, vt ibi.
- 34 Papa SIXTUS V. commisit diuinationes Inquisitoribus sancti of- ficij, vt ex bulla,

Centesimum Quinquagesimum primum Priuile.

- E**CCLESIA gaudet priuilegio, quod ꝑ Non solum electio per sortes fieri non debent, sed etiam electiones compromissariorum per sortes assumi non debent. Vacabat Ecclesia pastore, canonici conuenientes in vnum pro electione futuri Pastoris elegerunt vnum ex se per sortem, qui vice capituli, tres elegit electores, per quos vice omnium prouideretur Ecclesie de Pastore, quoui duo ex illis tertium ex se Magistrum N. elegerunt, quod ex- prasse licebat eisdem, quia sub hac forma eis data fuerat eli- gendi potestas, vt ex se, vel ex aliis eligere possent, electio- nem hanc per nuntios suos presentauerunt Papae, petentes
- 3 confirmationem. ꝑ Papa examinato tali processu digno mul- ta reprehensione pro eo, quod fors in talibus interuenit elec- tionem ad gratiam confirmavit sortis usum in electionibus perpetua prohibitione condemnans, cap. Ecclesia. de sortileg.
- 4 ratio autem decisionis haec esse potest ꝑ quia potest assumi
- 5 indignus cum fors possit super eum cadere ꝑ nam per sor- tem tentatur Deus, quia facientes sortem videntur velle, quod Deus inuisibiliter reuelet meliorem, cum collegium
- 6 habeat auctoritatem eligendi Pastorem, ꝑ actus igitur, qui incunbit collegio, expediri debet per collegiatos in vnum collegialiter congregatos glos. in capitulo primo de rebu. Eccles. non alien. libr. sexto Abba. in capitulo cum omnes.
- 7 de constitut. & secundum Doc. ꝑ Hoc superius deducum habet

habet locum in electione ad officia Ecclesiastica , secus autem
 inter laicos , vel inter clericos , quo ad temporalia , quia vsus
 sortis non reperitur in illis prohibitus , ideo apud legistas
 8 habetur , † An fors admittatur , quando factum est incertum
 autius , primo casu non admittitur fors , sed dicenti incun-
 bit onus probandi , capitul. actor. 6. quæst. vitim. & l. ei qui
 9 ff. de probation. † Si vero ius est incertum , sed factum cer-
 tum , & tunc , aut tractatur de præiudicio alterius , quam con-
 tendentium , & tunc ad petitionem illius iudex facere pote-
 rit fieri sortem , argu. l. huiusmodi §. si. ff. de leg. prima , vt
 quia duo successerunt in locum legatarij , & vnus vult in-
 teatate vnã actionem , & alius aliam pro eadem , re , aut tra-
 ctatur de præiudicio contendentium , & si volunt fortunam
 Iudicem discordiæ eligere non compelluntur , sed mutuo se
 10 impediunt , vt l. secunda. ff. quibus mo. vsusfruct. amitt. † Sed
 ad petitionem alterius iudex compellit ad sortem l. sed cum
 ambo. ff. de iud. & l. si duobus C. communia de leg. l. si qui
 sunt. ff. famil. hercisc. in istis iuribus fors admittitur , secus
 11 quo ad electionem Ecclesiasticam , † Et si diceretur , quod
 Matthias , & Ionas sorte electi fuissent , non tamen eorum
 exemplo eligendus est aliquis per sortem capitul. non statim
 vigesima sexta quæstione secunda. † Nam illud fuit factum
 diuina inspiratione , capitul. dixit decima quarta quæstione
 12 quinta. † Hinc est , quod Ecclesia prohibuit diuinationes ,
 13 † Nam furta non sunt requirenda sorte in tabalis , vel codi-
 14 cibus , aut alijs , nec † Diuinationes aliquas in aliquibus in-
 rebus quis obseruare præsumat , & qui contrafecerit qua-
 draginta dies peniteat , vt in capitul. primo , de sortileg.
 15 † Et si præbyter per inspectionem astrolabii furta re-
 quireret , ad tempus suspenditur ab Altaris ministerio , id est
 per annum , & amplius si ita Diocesano visum fuerit , vt in
 16 capitul. ex tuarum eod. tit. † Pæna imponenda sortilegis
 vel eos consulentibus est arbitraria , potestque iudex illam
 aggravare , seu grauiorem aut leuiorem imponere secundum
 qualitatem facti , conditionem personarum , & animum de-
 linquentis , & secundum ipsas qualitates , & accidentia pæ-
 na ipsas moderati , arg. l. hodiè , & l. aut facta. ff. de pen. & l.
 quid ergo §. pæna grauior. ff. de his , qui not. infam. capitul.
 17 non asseramus vigesima quarta quæstione prima. † Ideo
 si quis clericus , simplicitate peccauerit , vt si bono Zelo
 pro

pro inueniendis bonis Ecclesie, quæ fuerant furto subtrahæ,
 uti misericordia dignus punitur pœna minoris suspensionis,
 d. cap. ex tuarum, in istis criminibus non parcitur simplicita-
 ti, nec ignorantie, quia licet fortilegia sint facta bono Zelo, &
 ad bonum effectum, nihilominus puniuntur, qui illa conficiunt,
 18 aut consulunt facientes, d. cap. ex tuarum † Sed an liceat for-
 tilegia fieri ad sanandum corpora maleficiata, & si quis male-
 ficis & arte prædicta aliquos sanauerit an puniatur, & qua pœ-
 19 na, habetur in cap. admoneant 26. q. vlt. † Si laicus in hoc cri-
 minæ peccauerit prima vice erit excommunicatus, & ab Ec-
 clesia remouendus erit. cap. si quis Episcopis & cap. aliquan-
 20 ti 26. q. 5. † Si vero semel moritus adhuc in eo proposito si per-
 seuerauerit committendo delictum, si est vilis persona debet su-
 stibus cedi, publicæ mirari, & tanquam infamis dehonestari,
 digniores vero relegantur in carceribus ca. contra idolorum.
 21 26. q. 5. † Clerici vero afficiuntur infames, & omnibus offi-
 cijs, atque beneficijs Ecclesiasticis priuantur, & nihilominus
 ipsi quoque intruduntur in carceribus, aut in monasterium ad
 agendum perpetuam pœnitentiam, d. cap. si quis Episcopis,
 considerata tamen conditione personæ, qualitate facti, & ani-
 mi delinquentis, & secundum illas qualitates pœnas ipsorum
 quandoque augere, quandoque minuere iuxta sanum iudicis
 22 arbitrium, † De iure civili hæc fortilegia grauius puniuntur,
 quia leges multum abhorrent artem maleficam, ut in to. ti. C.
 de malefic. & math. Omnes isti malefici puniuntur ultimo sup-
 plicio, l. nemo l. multi l. & si excepta, & l. eorum in prin. C. eo.
 ti. Et pro isto crimine omnes poterunt indictè torqueri
 non obstante quocunque priuilegio dignitatis, quod est spe-
 ciale in isto crimine, & ex hoc limitatur, l. miles C. de quaest.
 l. decuriores, & l. diuo Marco eo. ti. tam enorme delictum hoc
 23 reputatur, † Quod si quis testibus conuictus fuerit, & nihilo-
 minus obstinato corde institerit in negando, etiam præsen-
 tibus testibus, qui illius detexerunt facinus traditur viuus
 bestijs deuorandus, ac dentibus & vngulis lacerandus ita di-
 24 citur in d. l. & si excepta in fi. † Pœna capitis pariter puni-
 tur ille, qui docet artem prædictam, & ille, qui ipsam adiscit,
 l. culpa, & ibi gl. C. eo. tit. pro speciali intelligentia aliquas
 25 quæstiones propono vna cum pœnis cuiusque, & primo † Si
 sacerdos spoliat aras, aut extinguit luminaria consueta pœna
 eius est, quod priuatur honore, & sic efficitur infamis, cap.
 qui-

quicumque. 26. q. 5. Et hoc nisi coram Episcopo se culpabilem
 26 detulerit, & condignam pœnitentiam peregerit † Clerici, vel
 laici, qui imaginem crucis, aut Beatæ Mariæ Virginis, seu alio
 rum Sanctorum proiecerunt in terram illasque vrticis, spinis,
 vel pedibus conculcarunt in eos statuta est pœna, vt qui con-
 trafecerint vltrix procedat dura sententia, quæ delinquenter
 sic puniat grauius quod alios a similibus præsumptione com-
 27 pescat. cap. si canonici. de offic. ordinar. lib. 6. † Sed quid
 si iudæus super Crucem dum publicæ deferrebat, per vr-
 bem proiecit in munditias, qua pœna puniatur, istum casum
 decedit Pet. de Anch. in cons. 15. ibi dicitur, quod ab vtroque
 iudice Ecclesiastico, & laico seueris pœnis puniri, & castigari
 28 † Quid dicendum de illis, qui Eucharestiam commiserunt
 non Sacratam in sortilegijs, super qua tamen fuit celebrata,
 vna aut plures missæ, qua pœna puniatur sacerdos, qui scien-
 ter super Hostia illa celebravit missas, vel qui celebrando non
 consecrat aliquid, sed capit panem, & vinum apud Altare sine
 Sacramento, & omnes ac singulas cerimonias, & solemnita-
 tes fecit apud Altare, excepta consecratione, qua pœna pu-
 niuntur, vide. ca. de homine. de celebratione missarum ibi pœ-
 na non est temporalis, sed arbitraria in eo, qui celebrat Mis-
 sam, & sine consecratione accipit Hostiam, & vinum quam
 index Ecclesiasticus sibi iniungit loco pœnitentiæ, is vero, qui
 scienter celebrat super Hostia, aut alia re cum qua fieri de-
 bent sortilegia, grauius puniendus est, sicut is, qui sortilegia
 ipsa conficeret, quia paria sunt aliquid prohibitum facere, vel
 efficere aliquod necessarium antecedens, pro quod proueni-
 tur ad illud. l. Oratio. ff. de sponsal. d. cap. si quis Episcopis,
 29 qui generaliter loquitur de omnibus sortilegijs, † Ille enim,
 qui habuit animum delinquendi, & deuenit ad actum proxi-
 mum, delictum habetur, ac si fecisset, & consummasset de-
 lictum non solum de iure canonico, vt in cap. sicut dignum. de
 homicid. sed etiam de iure ciuili. l. is, qui cum telo. C. ad l. Cor-
 nel. de sic. & l. 1. §. diuus, & ibi Bar. ff. eo. ti. Oldrad. in con-
 20 laicus excommunicatur, & relegatur de iure canonico
 in foro iudiciali, d. cap. aliquanti, & si semel monitus iterum
 se immiscet in sortilegijs, si nobilis intruditur in carcerem,
 si ignobilis fustigatur, mitratur, & publicæ dehonestatur,
 d. cap. si, quis Episcopis d. cap. aliquanti cap. sortes ibi 26. q. 5.
 30 † Sunt, & aliqui conficientes imagines, atque baptizantes,
 &

& cum illis committunt fortilegia, vnde puniendi sunt, vt hæretici salua doctrina, gl. cap. accusatus. s. sane. de hæret. lib. 6. & alijs limitationibus, sed, vide Oldrad. in d. cons. 210. Caueat vnusquisque verbis superstitiosis pro sanitate habenda, nam pro istis punitur, si clericus deponitur, si laicus excommunicatur prima vice. cap. ad moneant 26. q. 7. Si autem postea se ingerit nobilis, & ignobilis, vt supra punitur, † superstitiosum est autem ad collum portare ligaturas, cedulas, aut breuia, cum aliquo signo characteris. S. Aug. in lib. 21 de ciui. Deit. 31
 32 net puniendos pænis antedictis † Sunt & alij, qui sacrificant numos Mamona, vt diuites efficiantur, puniuntur, vt supra
 33 † Sed quia cum baptismi aqua, & cum oleo crismatis, & cum oleo Sacrae vnctionis, aliquando fiunt fortilegia, eisdem pænis puniuntur, nam cum fortilegia fiant plurimis modis, & cum huiuscemodi artes sint infinita de maleficis, & matematicis
 34 † De quibus omnibus & singulis ex bulla Beatissimi & Sanctissimi Papæ SIXTI V. peruisum, & terminatū est, qd de illis omnibus, & annexis, & connexis, & dependentibus cognitio spectet, & auctoritas puniendi incumbat Domino Inquisitori Sancti officij, & ex his igitur habes, quando fors amplectenda, & quando detestanda, & quod artes magicæ sunt fugiendæ, & licet aliquæ ex istis artibus non sapiat hæresim cl. in. s. hæresis ver. 24. tantum placuit, & optimè S. D. N. antedicto, quod huiuscemodi immunditiæ expediuntur, & cognoscantur per Sacros Inquisitores.


S V M M A R I V M.

- 1 Venationes omnes sunt prohibita seruis Dei,
- 2 Clerici sunt electi in sortem ad obsequium Dei.
- 3 Episcopis venator tribus mensibus, presbyter duobus, diaconus ab omni officio suspendatur.
- 4 Iniuria consideratur ex persona.
- 5 Pæna ex persona parua, vel magna iudicatur.
- 6 Papa est deterioris conditionis quando ageretur contra eum.
- 7 Venatio est triplex, oppressiua, arenaria, saltuosa.
- 8 Clerico venari non licet etiam si sit pauper.
- 9 Venatio licita est laico ob necessitatem.
- 10 Clerico venari licet sine clamore.
- 11 Sancti non fuerunt venatores sed, piscatores.

Venatio

- 12 Venatio est etiam prohibita obrixas.
 13 Venari in alieno fundo prohibitum est in Gallia, secus in Italia.
 14 Venatio columborum coluberiorum est prohibita, quia furtum committitur.
 15 Venatio cum rabetibus pro capiendis versis, Apris, lupis permittitur ne dum Nobilibus, sed etiam rusticis.
 16 Bestia fera si reperitur in laqueum alienum efficitur occupantis.
 17 Bestia aliena, vel avis pecus & C. si accipiuntur ex core lupi, vel milui, vel Accipitrix, vel Canis non efficitur accipientis, sed prioris domini.
 18 Accipitrem, falconem, cum sonaleis argenteis in pedibus iniunctis capiens priori Domino restituit.

Centessimum Quinquagesimum Secundum Priui.

- 1  **E**CCLESIA gaudet priuilegio, quod ¶ Omnibus seruis Dei venationes, & siluaticas fatigationes cum canibus, & accipitres aut falcones habere interdictum est, cap. omnibus. de cleric. venat. ratio autem istius prohibitionis hęc fuit, ¶ quia clerici sunt serui Dei, qui in sortem Domini ad eius absequium specialiter sunt assumpti, hinc est ¶ quod si Episcopis sæpius in hac voluptate detentus fuerit, tribus mentibus a communione, si præbyter duobus, si Diaconus ab omni officio suspendatur, cap. r. eo. ti. sed, quae de causa hic plus punitur minor, quam maior, contra illud ca. homo Christianus r. dist. & ca. nulli r. dist. sol. est, plus enim punitur hic Episcopis, & clericis siue & præbyter, quam diaconus, maior enim reputatur in Episcopo ista pœna, vel præbytero, quam suspensio ab omni officio in diacono propter maius scandalum, magis imputatur illa pœna Episcopo, vel præbytero, quam suspensio a beneficio in diacono, vel subdiacono ¶ ex persona enim consideratur iniuria, inst. de iniur. §. 2. trox sic, & ¶ Pœna ex persona iudicatur parua, vel magna, in simili est tex. in cap. præsul. 2. q. 5. ibi habetur præsul non damnatur nisi cum 72. testibus, præbyter autem Cardinalis cum 64. testibus, gl. autē ibi mouet hęc quæstionē nunquid cōtra Papā telles duplicabūtur, dicit, quod nō, quia duo sufficiūt ¶ In hoc Papa est deterioris conditionis, quia ipse sine comparatione aliorum creatus est maior, & ideo sine spe veniæ condemnantur ¶ est, cap. principium. 2. dist. ¶ Sed non est ignorandum, quod

M m m venatio

venatio est triplex, quedam oppressiua, & hæc est illicita, cap. non est peccatum. s. ult. dist. 6. quedam arenaria est cum quis pugnat in arena cum bestia dentata, & ad hoc locat operas suas, & qui hanc exercet peccat mortaliter, & qui eam aspicit, & qui eam exercet infamis est, nisi gratiã virium suarum experiendarum l. i. ff. de postul. quedam alia est saltuosa, quæ fit in siluis, & saltibus, & hæc licita, tamen ex tempore est illicita, vt in quadrigesima, & diebus ieiuniorum, ca. an putatis, nisi in necessitate arg. cap. si nulla 23. q. 8. Item ex persona

8 † Quia clerico non est licita, etiam si sit pauper secundum aliquos cap. quorundam dist. 34. Quia virtum alias potest querere cap. clericus 91. dist. nam faciat cistas, & calathos, & rhetia cap. nunquam. de consecrat. dist. 5. † Laico licita est, ob necessitatem pro pellibus, & carnibus, non ob voluptatem.

10 † Et hoc de ea, quæ cum clamore fit, ponere laqueum, vel rhetia sine strepitu, & clamore, & canibus licet etiam clerico, cū monacho, etiam liceat texere linum pro capiendis piscibus, dist. ca. nunquam, quo ad saltuosam † Nullus sanctus in facis scripturis inuenitur, qui fuerit venator, benè reperiuntur piscatores Sancti, Esau fuit venator, quia erat peccator, capitu. Esau distinct. 86. Et ratio est, quia quid prodest ieiunare visceribus, & luxuriari venatibus: abstinere à cibis, & errare peccatis, ars venatoris est nequissima, cap. qui venatoribus dist. 86. Nam venatio fit cum clamore & maiori delectatione, quam fiat piscatio, hinc est quod venatio est prohibita, & piscatio permisa, & propter hanc delectationem nunquam venatoribus fuit concessa immunitas patrimoniorum, l. venatoribus C. de excus. mu. lib. 10 † Prohibita est venatio etiam

12 ob rixas, quæ sepius euenire solent, † nam in Gallia non licet venari in alieno fundo, nisi de voluntate Domini, ita dicit Bar. in l. venationem. ff. de vsur. idcirco de generali consuetudine ibi venantes puniuntur etiam corporaliter arbitrio iudicis, in Italia tamē de consuetudine venari in fundo alieno licitum est, & si Dominus volens ingredi fundum suum causa venandi, vel accupandi prohibeat, non erit ei licitum, casus in l. iniuriarum. s. si. ff. de iniuri. l. diuus. ff. de seru. rust. præd. cum gl. & l. 3. s. plane. ff. de acquirere domin. inst. de rer. diuis. s. fere

14 p̄ pana igitur arbitraria, vt supra se extendit, & obseruatur contra illos, qui venantur ad col umbos columberiorum ex statuto nostro isti tales venantes ad columbos pena pecuniaria puniuntur.

niuntur, mihi placet quod puniuntur pœna arbitraria, quia ca-
pientes columbos columberiorum committunt furtum, vt
not. Dyn. & Doc. in. §. Pauonum. inst. de rer. diuis. Et ita etiam
constituit Federicus Imperator in lib. 2. fœudorum de pac. te-
ne. & eius violat. §. nemo, ibi enim prohibet rhetia, aut laqueos
15 aut alia quælibet instrumenta ad capiendas venationes † Ni-
si ad vrsos, apros, vel lupos capien. dos, vnde aliqui intelligunt,
quod Imperator hoc statuit priuilegium pro militibus, & no-
bilibus, qui cum canibus, & auibus venantur, vt habeant sola-
tium, & alij inferiores rustici non possint venari, nisi ad vrsos,
& apros, vt supra, tamen hac venatione principes sæpe vtuan-
tur his temporibus, rectè enim statutum fuit, vt venatio prohi-
16 beretur ex quo rixæ, & inimicitij oriuntur ex multis casibus † vt
si fera bestia reperiatur in laqueum dic, quod erit occupantis
l. in laqueum. ff. de acq. rer. domin. Et ideo quod in laqueo meo
detinetur non officitur meum, nisi manu capiam, Bar. ibi ser-
uanda tamen consuetudo loci, vel statuti, si quis enim vulne-
rat feram bestiam, & alius capit, capientis est, inst. dere. diuis.
17 §. illud l. naturale §. illud. ff. de acq. re. dom. † alia enim mo-
etur questio si lupo, vel miluo, vel accipiter, vel canis accepit
auem, vel pecudem, vel aliud animal vnus, & quidam tertius
accepit, vel arripuit de canibus, vel de ore lupi, aut milui te-
netur restituere, id quod recuperauit priori Domino. l. Pom-
18 ponius. ff. de acq. re. dom. † Quid si quis cepit accipitrem, vel
falconem cum sonaleis argenteis in pedibus iniunctis, an te-
neatur restituere priori Domino, vide consilium Bar. quod in-
cipit omni modo cum fuisset venatum in cons. 121. Ex istis
enim quæstionibus cum siam dolum oriri potest, merito vena-
tio prohibita fuit, vt a rixa, & a delitijs præsbteri, absint.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus ministrans in pertinentibus ad ordinem, quem non habet depo-
nitur.
 - 2 Officium exercens diuinum non ordinatus propter suam præsumptionem
abiciatur ab Ecclesia, & nunquam ordinatur.
 - 3 Doctore quis se faciens cum non sit punitur pœna falsi.
 - 4 Baptismus potest recipi ab hæretico in tempore necessitatis
 - 5 Sacerdotes pro populo interpellant.
- Item pro Regibus, & Imperatoribus.

- 6 Sacerdotes a Deo sunt instituti ut portent iniquitates sanetque peccata populi.
 7 Sacerdotes ab omnibus venerandi honorandi obediendi timendi non lacerandi aut detrahendi.
 8 Sacerdotis nomen est compositum ex Greco & Latino, quasi Sacrum dans.

Centesimum Quinquagesimum Tertium Priuil.



- 1 **E**CCLESIA gaudet priuilegio, quod ¶ Clericus ministrum in pertinentibus ad ordinem quem non habet, deponendus est, & amplius non ordinandus ¶ Si, quis igitur fuerit tantæ temeritatis, ut nulla necessitate instante, tanquam esset ordinatus baptizauerit, aut aliquod diuinum officium exercuerit propter suam præsumptionem abijciatur ab Ecclesia, & nunquam ordinetur, cap. 1. de cler. non ord. ministratio enim fuit hæc, quia falsum committit l. eos. ff. de fals.
 2
 3 Vade, qui se Doctorem facit, cum non, sit punitur pœna falsi iste tex. loquitur quâdo clericus in solenni apparatu ministrat,
 4 secus autem contra, quia ¶ Etiam si hæreticus baptizauerit in tempore necessitatis baptismus recipi potest cap. a quodam. de consecrat. distin. 4. dummodo in forma Ecclesiæ datus fuerit. cap. si, quem forte 24. capi. 1. §. Sacramentum. de summ. trinit. ¶ Nam Sacerdotes pro populo interpellant & peccata populi comedunt, quia suis præcibus, & debent, & consumunt. cap. ipsi Sacerdotes. 1. q. 1. & non solum pro populo, sed & pro Regibus, & Imperatoribus, in autem quomodo oport. Episcopos, & Cleric. coll. 1. ¶ Sunt enim Sacerdotes a Deo ad hoc instituti, ut portent iniquitates, & peccata populi Numer. 18. ¶ Ideo ab omnibus sunt, venerandi, honorandi, obediendi, & timendi, non dilacerandi, aut detrahendi, quia ab his quibus se populus benedici saluari, & instrui Cupit nullatenus debet eos arguere aut iudicare cap. sacerdotes 6. q. 1. si igitur sacerdotes tales sunt, & pro talibus sunt habendi, & estimandi hæc auctoritas non se extendit ad fictos sacerdotes, sed ad veros & legitimos, quia ¶ Sacerdotis nomen est compositum ex Greco & Latino, quasi sacrum dans 2 1. distin. cap. clericos eius officium est Sacramentum corporis, & sanguinis, & sanguinis Domini conficere, orationes dicere

dicere, & benedicere dona Dei, vt dicitur in cap. perlectis 25. dist. qui non est ordinatus huiuscemodi ministrare non potest detestantur, & vetantur, qui præsumptione hac vtuntur, & efficiuntur ita indigni, quòd nunquam ordinabuntur.

S V M M A R I V M.

- 1 Confiteri semel in anno quilibet doli capax tenetur, & Sacramentum Eucharistie semere.
- 2 Confessionem si sacerdos reuelat deponitur, & in Monasterium ad agendam penitentiam traditur.
- 3 Confessionem non faciens, & non assumens Sacramentum Eucharistie nisi agat de consilio sacerdotis abstinere careat sepultura Ecclesiastica.
- 4 Confiteri volens alieno sacerdoti a proprio sacerdote licentiam obtineat.
- 5 Confessionem reuelare sub aliquo signo, vel colore careat sacerdos.
- 6 Confessio fuit instituta in Paradiso post peccatum dicente Domino Ad & vt ibi.
- 7 Confessionis traditio Ecclesie obligatoria est.
- 8 Confessione non vtendo græci non peteant Deo confitentur in secreto.
- 9 Confessio Sacramentalis est de forma, & substantia Christianæ religionis.
- 10 Confiteri cuiilibet sacerdoti potest condemnatus ad mortem.
- 11 Cardinalis si facit obuiam condemnato ad mortem si pileum apponat capiti condemnati sententiæ exequi non potest.
- 12 Condemnatus liberatur a pœna dum ductus ad furchas arripit fugam ad sacerdotem portantem Corpus Christi.
- 13 Condemnatus liberatur accipiens meretricem in uxorem suam.
- 14 Oseas Profecta meretricem in uxorem duxit.
- 15 Franciscus Maria dux Urbini noluit furem ad furchas condemnatus meretricem ducere asserens sobolem suum non esse permutendam.
- 16 Veneti mittunt iustitiam Dei immittantur.
- 17 Venetorum Respublica Græcas & Latinas Respublicas excedit.
- 18 Condemnatus ad mortem propter miraculum liberatur si de innocentia protestatus.
- 19 Condemnandus pœna mortis eum excusat, & liberat metus instantis periculi, unde si tyrannus, & potens dicat occide illum. & C.
- 20 Confessio fit tripliciter, aut in foro animæ coram Deo interius, aut in foro penitentiae exterius coram Dei Vicario aut in foro contentioso coram Iudice.
- 21 Confessio Sacramentalis, quæ est pars penitentiae describitur per peccatum, per actum, & per finem.

22 Confessio

- 22 Confessio debet esse simplex, humilis, pura, recta, nuda, discreta, spontanea, non coacta, libens, verecunda, integra, secreta, lacrimabilis, accelerata fortis.
- 23 Confessio non fit vni sacerdoti pro certa parte peccatorum, & pro alia parte alio sacerdote.
- 24 Sacerdos minister Dei scit peccatum, & peccatorem.
- 25 Confitens velle aliquem occidere, vel delictum committere, an sacerdos peccat reuelando.
- 26 Sacerdos quantum cautius potest, debet peccatum reuelare, vt peccatum impediatur.
- 27 Peccatum committendum, & non commissum, non dicitur dictum in penitentia.
- 28 Aduocati caueant esse fideles, & tacciti quibus reuelantur omnia crimina.
- 29 Consilium quando consultori pessimum.
- 30 Binnitus in terra non est binuius à Paradiso.
- 31 Dei gratiam cupiens confiteatur, & assumat sanctissimum sacramentum Eucharistiæ.

Centessimum Quinquagesimum Quartum Priui.

- 1 **E**CCLIA gaudet priuilegio, quòd † Quilibet doli capax tenetur saltem semel in anno confiteri proprio sacerdoti, vel de eius licentia alteri, & Eucharistiæ sacramentum ad minus in Pascha recipere, † Et sacerdos reuelans confessionem deponendus est, & in monasterium ad agendam perpetuam penitentiam detrudendus, statutum est per concilium generale, quòd quilibet fidelis vtriusque sexus postquam discretionem habuerit, saltem semel in anno sua solus confiteatur peccata proprio sacerdoti, & ad minus in Pascha Sacramentum Eucharistiæ suscipiat
- 2 reuerenter. † Nisi de consilio sacerdotis duxerit abstinendum, alioquin ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens ca-
- 3 reat Ecclesiastica sepultura. † Si aliquis alieno confiteri voluerit sacerdoti licentiam prius obtinebat à proprio sacerdote tamen aliter ipsum ligare non possit, vel soluere, sacerdos autem sit discretus, vt ibi diligenter inquirat circumstantias
- 4 peccatoris, & peccati, vt valeat præbere consilium, † Sacerdosque

dosque diligenter caueat, ne verbo, vel signo perdat aliquate-
 nus peccatorem, quòd si fecerit ab omni officio sacerdotale
 deponatur, & in arctum monasterium ad agendum p̄nitenti-
 6 ratio istius decreti fuit, † Quia cōfessio fuit instituta in paradi-
 so statim post peccatum dicēte Domino ad Adam, Adā ubi es
 Ideo etenim quæsiuit, vt ipso confitente peccatum daretur for-
 ma alijs in posterum confitendi, sed, quia in illa interrogatione
 Dominus minus expræsse videbatur, ad confitendum monisse,
 Ideo post exquisiuit a Cayin fratricida expræsius ubi est Abel
 frater tuus, alijs dicūt, quòd sub lege fuit primo instituta, quā
 do. Iosue præcepit Achor crimen suum Confiteri, & lapidatus
 est, 45. dist. ca. Sed & illud alij dicunt, quòd in nouo testamen-
 to a Iacob dicente, confitemini alterutrum peccata vestra, &
 cap. sed melius dicitur eā institutam fuisse, a quadam vniuer-
 7 sali Ecclesie traditione, potius quàm ex noui, vel veteris testa-
 menti auctoritate † Et traditio Ecclesie obligatoria est, vt præ-
 ceptum cap. in his rebus 11. dist. Ergo necessaria est confessio
 8 in mortalibus apud nos † Creci vero non peccant non vtendo
 confessione ipsi confitentur soli Deo in secreto, quia apud eos
 non emanauit hæc institutio non peccant etiam eorum Sacer-
 dotes vtendo matrimonio, quia continentia est, de iure positi-
 9 uo, & ipsi non admiserunt illam institutionem, vt in cap. nicena
 31 dist. & in cap. cum olim. de cler. coniu. † confessio igitur, vt
 sacramentalis est de forma, & de substantia Christianæ religio-
 nis, quæ saltem semel in anno fieri debet proprio Sacerdoti in
 10 Pascha Resurrectionis Domini, vt in d. c. omnis † Condemna-
 tus tamen ad mortem potest confiteri cuilibet sacerdoti card.
 in clem. 1. 11. q. de p̄nit. & remiss. & in cap. pastoralis. de offic.
 11 ord. Et hic nota † Quòd quando condemnatus ducitur ad sup-
 plicium, & ei Cardinalis fiat obuiam, quia habet priuilegium
 si ipse Cardinalis pileum apponat in capite condemnati fen-
 tentia ad mortem exequi non potest sed liberatur Bal. in l. ad-
 ditos C. de appell. Cepoll. in Cantel. 2. ita tener Pari. de Puteo
 in tract. de synd. in vers. p̄na vers. an si primo Corra in suis me-
 12 morabilibus in verbo Cardinales † condemnatus liberatur a
 p̄na si quando præficiatur ad furchas, vel ad aliud suppli-
 cium destinatum si arriperet fugam, & acciperet sacerdotem
 13 portantem per ciuitatem corpus Christi † Condemnatus libe-
 ratur si vellet meretricem existentem in postribulo ducere in
 vxorem

vxorem

vxorem Par. de Puteo in d. vers. an si primo, & in vers. & alia
 que nō ommitto, ibi dicitur, quōd ex hac causa omnia peccata
 dimittuntur detrahendo meretrices de lupanari nam acci-
 piens meretricem in vxorem perficit ad remissionem peccato-
 14 rum cap. inter opera. de spons. † Nam Oseas perfecta duxit me-
 retricem in vxorem, & cum illam ex peccato mortali traxerit,
 & ad bonam vitam duxerit apud Deum meretur, nec in hoc se-
 culo culpandus, sed laudādus etiam si esset homo optimæ qua-
 litatis, & absque culpa aliqua cap. non est culpādus Oseas per-
 15 fecta 32. q. 1. tex. & gl. in l. si ea quæ C. de adult. Hispani ita pra-
 ticant, & obseruant, hanc enim practicam reprobauit † Illustris-
 simus Franciscus Maria Dux Urbini, qui cum quendam furem
 condemnauisset ad furcas cupiens euitare mortem obtulit ac-
 cipere meretricem in vxorem, cui respondit furum sobolem si
 16 dei debet in statu suo non esse concedendum, † Nec hanc pra-
 ticam vidi seruādam sub serenifs. Venetorum Imperio in quo
 iustitiam Dei Respub. illa imitatur, nam Deus est semper mit-
 17 tis aduersus peccatorem, qui in omni tempore si ingemuerit
 peccata sua, gratiam apud eum inueniet † hinc est, quōd Res-
 publica illa, & Græcas, & Latinas in tēpore excedit, & dum iu-
 18 stitiam administrabit viuet & florebit † condemnatus ad mor-
 tem liberatur proptem miraculum, vt per Lucam de penn. in
 l. 1. C. de desert. & occult. lib. 12. Dec. in l. fauorabiles. ff. de reg.
 iur. vbi ponunt exemplum de eo, qui suspenditur ad furcas, &
 laqueus confrangitur & in terram cecidit suspensus tunc pro-
 culdubio erit liberandus, ex quo videtur miraculose factum,
 cum sit maximum innocentie signum, præsertim si condem-
 natus fuerit de innocentia protestatus, ita tenet Dec. in d. fa-
 uorabiles & Paris. de put. in d. vers. pæna vers. an si Psalm. la-
 queus contritus est, & nos liberati sumus hoc etiam tenet om-
 19 nes criminaliste varijs in locis † Condemnandus pæna mor-
 tis eum excusat, & liberat mætus instantis periculi, ideoque si
 quis tyrannus, aut potens dicat alicui non potenti occide ta-
 lem, alias occidante, & ille constitutus in huiusmodi calamita-
 te, quōd si iussum non ad impleret, mitteret minas ad effectam
 tunc si aliter euadere non potest vitam suam occidendo excu-
 satur, si occidat, nec vtique aliqua pæna punitur propter mor-
 tis periculum Bal. & Alex. in l. si liber homo. ff. ad l. Aquil. Flo-
 ria. in l. quod dicitur. ff. ad l. Aquil. & in l. 1. ff. de sica. Cyn. in l.
 scientia. f. qui enim aliter. ff. ad l. Aquil. Bal. in l. 1. C. vnd. vi. Ce-
 pol.

pol. in Cautel. 4. Felyn. in cap. significasti el. 2. de homicid. cur.
 conf. 20. Dec. in conf. 336. & l. quod iussu. ff. de reg. iur. Ideo, vt
 quis euitet huiusmodi pericula, & angustias procurare debet
 vivere iuxta præcepta, & præpterea sapius confitendo, & assu-
 mendo Sanctum Sacramentum habebit clypeum præmani-
 bus quod nõ permittet offendi neque in aliquo discrimine po-
 ni sciat igitur vnus quisquam secundum Aug. confessionem ef-
 se per quam morbus latens spe veniæ aperitur ad cuius intel-
 lectum non est ignorandum, † Quod confessio fit tripliciter
 aut in foro animæ interius coram Deo, aut in foro penitentia
 exterius coram Dei Vicario, aut in foro contentioso coram iu-
 dice, in prima peccatum latens non aperitur, quia Deo aper-
 tum est, in vltima non aperitur spe veniæ, in media vero pecca-
 tum latens spe veniæ aperitur † vnde confessio Sacramentalis, quæ est
 pars penitentiæ cõuenienter describitur per materiã, quæ est pec-
 catũ, & per actũ, qui est aperire, & per finem, qui est species ve-
 niæ † Cõfessio igitur multa requisita habet, debet esse simplex,
 scilicet, vt nõ recitet in cõfessione nisi, q̄ incũbit peccato, hu-
 milis, vt se miserũ cõfiteatur, pura, vt recta sit cõfitentis intẽtio
 fidelis. i. vera, & sine falsitate atque frequẽs istud est ad bene ef-
 se, nuda vt nõ inuoluar obscuritatẽ verborũ, discreta. i. vt maio-
 ra cum maiori pudore confiteatur libens. primo spontanea,
 non coacta verecunda, vt erubescat, & se non iactet de pec-
 catis, integra scilicet non subtrahat aliquid de his, quæ sunt
 manifestanda, secreta quantum ad conditionem fori in quo
 de occultis conscientia agit, lachrymabilis quo ad dolorem
 de peccato commissio, accelerata vt non differat de die in
 diem, fortis, vt nihil propter verecundiam dimittat, & accu-
 sans se ipsum & non alium & aduerte tu, qui confiteris facere
 totam confessionem coram vnico sacerdote, quia confessio nõ
 debet fieri per partes † Vt sit quidã confiteretur certa pecca-
 ta vni præbytero, & reliqua alteri præbytero pro vt faciunt ali-
 que mulieres propter adulteriũ, & nobiles propter metũ, & an-
 cillæ propter discordiã, quæ euenire põt in domo in qua cõmo-
 ratur & lucrũ quod aliquãdo faciunt hoc. n. de facili euenit, q̄do
 maritus & vxor, vel mater & filia, ac ancille, corã vno & eodem
 sacerdote cõfitecer, ob pudorẽ, ob reuerentiã, & sapius ob timo-
 re ne sacerdos sub aliquo q̄siti colore interrogatus cõfessionẽ
 reuelet, a quo abstinere debet vt infra dicã, quia præstat ma-
 teria aliquãdo delicti, aliquando peccãdi, pro vt faciunt, quãdo
 N n n coram

coram vno per parte & quando coram alio per parte fit confessio, nam hæc non est pura confessio, quia Deus non nouit opus imperfectum, & namquam sanauit aliquem, quin ex toto eum liberaret, de penit. dist. 3. in cap. sunt plures, sed antequam iterum confiteri, quando confessus est quædam peccata alijs suppressis. Archid. de penit. dist. 3. cap. fin. in fin. dicit communiter teneri, quod si sit alteri Sacerdoti, debet priora peccata iterum confiteri, quia prima confessio non valuit, tanquam non facta in statu Grætiæ, & in charitate, & hoc tutius est tenere, nam tex. in d. cap. omnis dum dicit omnia & C. huic constitutioni nec Deo satisfacisse videtur, qui partem peccatorum sibi retinuit, & in confitendo non debet reuelare peccata aliena, sed duntaxat sua sunt & aliqui putantes aliorum peccata detegere, sua abscondere, quod non militat, nisi proprium peccatum non possit bene detegi absque participibus, ut si quis cum Matræ & filia coierit, vel forore, vel cum aliqua confaguinea, & cum hæc peccata sint grauiora, tales circumstantiæ non sunt ignorande, cum proprium peccatum confiteri non potest, nisi confiteatur participes, de penit. dist. 5. in prin. Ideo sicut non licet confitenti aliena peccata detegere, nisi ex causa prædicta, ita multo magis non licet sacerdoti reuelare peccata confitentis, & cum secretum, quis reuelare potest, nil refert, quod verbo aut signo aut quouis modo peccatum manifestet, semper dicitur prodere, caueat igitur Sacerdos ne in pæna im-

24 positam incidat † Quia ut minister Dei scit peccatum, & peccatorem, hinc est quod non potest reuelare peccatum, contrafaciens grauisime peccat, vnde punitur tanquam hæreticus, reuersus ad fidem, quia deponitur, & perpetuo detruditur in monasterio, & si timeretur de fuga posset detrudi in stricto

25 carcere, cap. vt fame de sent. excomm. † Quid si quidam confessus fuit Sacerdoti, quod eius animus erat occidendi aliquem, vel committendi aliud delictum, & quod non poterit abstinere, an licitum sit Sacerdoti & an peccet reuelando, Doc. in di. cap. omnis dicunt, quod hoc peccatum non dicitur detectum in penitentia tum, quia peccatum est committendum non cõ-

26 missum tum, quia non habet contritionem hinc est, quod Sacerdos quantum cautius potest debet peccatum reuelare vt peccatum impediatur hoc dictum tu, qui Sacerdos tene me-

27 moria † quod peccatum committendum & non commissum non dicitur dictum in penitentia quando confitens dicit se om-
nino

nino commissurum, secus si pæniteret de voluntate præterita, nam tunc est peccatum commissum respectu voluntatis, sed si quis habet firmum propositum aliquod maleficium perpetrãdi si ab illo Cessare non vult, tunc hoc non dicitur dictum in confessione, secus de illo, qui confitetur se tentari super aliquo flagitio, & se aliquando consentire, & aliquando dissentire, & in hoc casu sacerdos aduertat non releuare, sed casu, quo peccator diceret se omnino tale flagitium velle committere, sacerdos potest eidem protestari, quòd tale negocium non recipit, nec intendit, nec recipere tenetur sub sigillo confessionis, & hoc ad euitandum scandalum, hæc enim protestatio est valde periculosa, nam peccator ille, qui est in manu demonis timens à sacerdote detegi, posset malum animum suum exerceri aduersus confessorem, qui debet admodum in casu, quo teneatur reuelare, ita cautus, & circumspectus esse, vt cum vnum altare tegere cupiat, plura detegat adeo, quòd ob euitandum vnum crimen alia plura crimina inde sequi possent, esto prudens, & callidus, quia tractatur de anima, de honore, & vita

28 propria † Caueant etiam aduocati quibus reuelantur omnia crimina esse fideles, & tacciti, quia tractatur de summa rerum, eo maximè quando tractatur de liberando aliquem reum, ob aliquod crimen a pæna mortis, sed quando tractatur de inferenda morte alicui bannito exue te tali consilio, ego in tali casu pluries consului requisitus, & veritatem dixi, tamen præces & persuasiones meæ ita potuerunt, quòd ab incepto malo proposito desisterunt, & certæ ita agendo maximum lucrum apud

29 Deum consultor recepit † Nam est consilium consultori pessimum contrafacienti, quia licet homicidium bannitorum à Principe tolleretur, & permittatur, a Deo tamen detestatur

30 † quia exul in terra non est exulatus a Paradiso, dummodo commissi criminis se peniteat, & pænitentiam agat. cap. 2. de penit. dist. 7. & ibi in tali materia sunt plura capitula, ex his habes

31 † Quòd si cupis gratiam Dei teneris confiteri, & Santissimum Sacramentum asumere seruatis seruandis, animaduerte, quid significent hæc verba, quæ nihil aliud significant nisi quòd ille, qui confitetur agat confessionem iuxta requisita allegata.

- S V M M A R I U M.
- 1 Impubes, qui clericum percussit ab Episcopo absolui potest.
 - 2 Excommunicatus non est, qui ioto, vel causa disciplina clericum percussit secus ex odio.
 - 3 Clerici intra minores annos constituti si se inuicem percusserint, non sunt mittendi ad sedem Apostolicam.
 - 4 Excommunicatus non est magister, qui percussit clericum causa disciplina violenta manuum iniectio non uotatur.
Secus ex odio.
 - 5 Punitur, quod ex odio fit, non autem ob aetatem Impuberem.
 - 6 Aetas minor non excusat delictum, seu delinquentem, sed excusat ad minorem penam.
 - 7 Excommunicatur qui percussit clericum, & absolutionem a Papa habet, & ita incidit in duas penas.
 - 8 Infans non est doli capax.
 - 9 Excommunicationem incurrere non solum sufficit factum sed animus iniuriandi.
 - 10 Clericus clericum percussit an gaudere debeat immunitate Ecclesiarum.
 - 11 Ecclesiam offendens non est dignus ut eius beneficio inueteretur.
 - 12 Sacerdotis officium est Sacramentum corporis, & Sanguinis Domini conficere.
 - 13 Ecclesia ministros offendens ipsam Ecclesiam offendit.
 - 14 Monachi vel canonici regulares si se inuicem percusserint ab eorum ablatibus sunt absoluenti.
 - 15 Clericus asserens se verberatum verberans si dicat non potuisse clericum vel quod casu fortuito, cui insumbat onus.
 - 16 Casus fortuitus non praesumitur nisi probetur.
 - 17 Clericus deprehensus in adultério vel alio crimine, an & quando ab extraneo capi potest.
 - 18 Excommunicationem non incurrit familiaris potestatis capiens clericum de nocte.
 - 19 Qui male agit odit lucem.
 - 20 Praesumitur quis talis esse in quali habitu reperitur.

Centesimum Quinquagesimum Quintum Priuilegij.

1 **E**CCLESIA gaudet priuilegio † Quòd Im-
 2 pubes, qui clericum percussit, ob Episcopo
 3 absolui potest † &, qui loco, vel causa disci-
 4 plinæ percutit clericum etiam si sit maior ex-
 5 communicatus non est, qui vere ex odio sic,
 6 & per Papam absoluitur, Quæsitum fuit a Pa-
 7 pa † Si clerici intra minores annos constitu-
 8 ti se ad inuicem percusserint, vtrum sint ad sedem Apostoli-
 9 cam pro absolutione remittendi, Respondet Papa, quod si intra
 10 dictam, etatem clerici se ad inuicem percusserint, siue vnus al-
 11 terum non sunt ad Apostolicam sedem mittendi, quia etas
 12 eos excusat, item nec clerici si sint plenæ ætatis, & ad inuicem
 13 se percusserint, non ex odio, vel inuidia, sed ex leuitate iocosa
 14 sint excommunicati † Item nec magister si clericum causa disci-
 15 plinæ, vel correctionis percusserit, quia nõ potest in ipsis vio-
 16 lenta manuum iniectio notari, secus vero si ex odio dicti clerici
 17 se se percusserint, tunc enim ad Apostolicam Sedem ire debet
 18 absoluendica, super eo de sent. excommun. Ratio autem deci-
 19 sionis est † quia quod fit ex odio punitur, non autem, quod fit
 20 ob etatem impuberem, vel ex leuitate iocosa, aut ex disciplina
 21 eunde hic considerandum venit † quòd minor etas non excu-
 22 sat delictum, seu delinquentem, quin teneatur, si est doli ca-
 23 pax, sed excusat quo ad minorem panam, vt in cap. 2. de de-
 24 luit † Nam pro iniectioe manuum in clericum duæ pæne infe-
 25 rantur vna, quia incidit quis in excommunicationem, alia,
 26 quia pro absolutione tenetur ire ad Papam, minor ergo etas
 27 excusat a secunda, sed non a prima, non ergo ex toto excusa-
 28 tur delictum, sed alleuiatur pæna, prædictum cap. super eo
 29 intelligitur de impuberibus doli capacibus † infans non est
 30 doli Capax, & non incidet in hanc excommunicationem
 31 † nã ad incurrendam excommunicationem hanc nõ sufficit solũ fa-
 32 ctũ, sed requiritur animus iuriãdi & cũ infans nõ sit doli capax
 33 nõ põt iniuriã inferre, quia caret intelligẽtia, 15. q. 1. c. illud & il-
 34 lud. ff. de iniur. cle. si furiosus. de homic. talis. n. quæstio. reficari
 35 põt in dubiũ † an si clericus clericum percussit gaudere debeat im-
 36 munitate Eccl. ita vt ab illis inuita sex trahi nõ possit ab eius iu-
 37 dicibus Eccl. & videtur dicẽdũ quod sic, nõ enim debet clerici
 38 esse

esse deterioris, quam laici, ita consuluit Rom. in conf. 234. con-
 trarium autem de consuetudine seruetur, ut attestatur Dida-
 cus in lib. 2. resolutionum c. 20. nu. 16. & fortasse ratio esse po-
 test, quia immunitas Ecclesie non debet prodesse illi, qui in
 Ecclesia deliquit, cap. si. de immun. Eccles. ut ait Did. d. ca. 20.
 11 nu. 15 † nam, qui Ecclesiam delinquendo offendit, non est di-
 gnus, ut eius beneficio iuuetur, quod intelligitur etiam in fu-
 rantibus Ecclesiam. Paul. de Cast. in conf. 458. num. 1. in fi. lib. 2.
 12 cum igitur † officium Sacerdotis sit Sacramentum corporis,
 & sanguinis Domini conficere, orationes dicere, & benedicere
 Dona Dei, cap. perle. c. 25. dist. dicitur Sacerdos quasi sa-
 crundans. cap. clericos. 21. dist. qui offendit igitur etiam cleri-
 cum, qui dicitur de sorte Domini. d. cap. clericos, membra Ec-
 clesiastica offendere videtur, ideo non debet gaudere immu-
 13 nitate Ecclesiastica † Nam si offendit ministros Ecclesie ip-
 14 sam Ecclesiam offendit † Si monachi. aut Canonici regulares
 se inuicem percusserint, pro habenda, vel obtinenda absolutio-
 ne, non sunt mittendi ad sedem Apostolicam, sed ab Abbati-
 bus suis sunt absoluedi, & si Abbates non sufficerent, Dioce-
 sanus Episcopus est adhibendus. cap. monachi de sententia ex-
 15 commu. † Sed quid, si clericus asserat se verberatum, si verbe-
 rans dicat se non putasse illum clericum, vel casu fortuito fe-
 cisse cui istorum incumbat onus probandi, Doc. dicunt quod
 clericus probabit, tum, quia clericus hoc asserendo est actor,
 & actor probare debet intentionem suam. 6. q. vlt. cap. actor
 & bractor C. de probat. tum quia quilibet presumitur bonus
 cap. si. de presumpt. nisi ex coniecturis Iudex presumeret con-
 tra laicum, & onus probandi in eum transferret, credo quod
 indistincte onus probandi incumbat laico saltem per iuramen-
 tum, quia presuntio est contra eum, ex quo constat de percus-
 16 sione, † nec casus fortuitus presumitur, nisi probetur, sed qui
 eum allegat probare debet, cap. vno. de commod. & in cap. si
 vero. de sent. excomm. vbi dicitur iniiciens manum in cleri-
 cum nutrientem coman tenetur probare saltem per iuramen-
 17 tum ignorasse illum esse clericum † Sed quid, si clericus fuis-
 set deprehensus in adulterio, vel alio crimine an, & quando ab
 extraneo capi possit, vel a propinquo, sine sit graue delictum,
 siue leue, quod intellige quando clericus desistit a delicto, se-
 cus videtur si delictum continuat, nec aliter arceri potest a de-
 licto, vnde tenet hic Inn. quod si clericus non potest aliter com-
 pelci

pefci ab iniuria, nisi capiatur, & ligetur potest etiam iudex secularis impune eum capere, & ligare, & iudici suo debet tamen restituere quam citius potest not. Inn. in cap. vt famæ de
 18 sent. excomm. † hinc inferitur quòd familia potestatis reprensens clericum de noctè, quia verisimiliter potest timere delictum committendum non incurrat excommunicationem, si clericum capiat, & presentet Episcopo, quia non potest hic notari diabolica persuasio, cum hoc fiat ad obuiadum delictum,
 19 & præsumptio mala fit contra incedentes de noctè † iuxta illud, qui malè agit odit lucem, cap. consuluit. de offic. deleg. de quo plenius habetur per Abb. in cap. cum non ab homine de
 20 iudi † Ex hoc quæstio talis haberi potest, habitus facit præsumere quem esse, qualis est habitus, l. Item apud labeonem. §. si quis. ff. de iniur. & famos. lib. qui clericum igitur percutit in habitu diuerso non est excommunicatus, iurando ignorare illum esse clericum, & etiam si repellendo uim percutit, d. ca. si vero, & ita habes quomodo censurandi clerici inuicem se percutientes.

S V M M A R I V M.

- 1 Colludens in causa beneficiali priuatur beneficio.
- 2 Dolus impunitus remanere non debet, ne malitia sit lucrosa
- 3 Collusionis pœna est priuatio beneficij.
- 4 Fraus probatur ex coniecturis ex actuum celeuitate, ex liberalitate & ibi in pluribus videbis.

Centesimum Quinquagesimum Sextum Priuile.



ICCLESIA gaudet priuilegio, quòd † Colludens in causa beneficiali priuari debet beneficio. Quidam clerici super beneficijs, que possident se permittunt, & sublinet ab alijs molestari, & postmodum, vt quæstioni cedant, & illi quiete possideant, quasi nomine transactionis soluunt alijs de ipsis beneficijs annuam pensionem, vt post mortem eorum in beneficijs illis super quibus facta est collusio, ius sibi valeant vendicare, hoc cum peruenisset ad notitiam Papæ, mandauit Diocesano Episcopo

scopos quatenus si constiterit ei clericos sue iurisdictionis per collusionem fraudem huiusmodi commisse, eos beneficijs illis, super quibus collusum est, non differat spoliare, cum satis esset indignum, si fraus, & dolus quæ in præiudicium sui iuris, & aliorum præiudicium nituntur committere in eorum commodum, & iacturam non redundaret, cap. audiuimus. de collusiono. deteg. ratio autem esse potest † Quia dolus impunitus remanere non debet ne malitia sit illis lucrosa, l. r. in prin. & l. ne ex dolo. ff. de dolo, & hic non ignorandum, quod collusio est inter actorem, & reum latens, & fraudulenta conuentio, hinc est quod colludium non debet remanere impunitum. 2. q. 3. cap. si quem penituerit † merito igitur pænæ est privatio beneficij fraus alicui prodesse non potest cyn. & Bal. in l. si infantem C. de leg. specul. de cess. act. s. r. vers. ex præmissis & de appell. s. 4. vers. sed secundum & † Fraus probatur ex coniecturis cap. r. & 2. de renuntiatio. lib. 6. & ex pluribus fraus præsumitur ex actu celeritate ex nimia liberalitate Bal. in l. eamquam. C. de fideicom. Item ubicunque minor apparet læsus gl. in l. si. C. si aduers. vend. Item in emptione facta per interpositam personam l. pupilli. s. si & ibi Bar. ff. de auct. præst. nisi fiat palam & bona fide l. si is, qui bonis & ibi Bar. ff. de acquir. hered. ubi præsumitur fraus in filio repudiante & postea emente per interpositam personam item præsumitur si filius bastardus emit ab eo cui pater vendidit secundum. Bar. in l. si is, qui in si. ff. de vulg. & pupill. Item præsumitur si mutuum sit cum pacto quod restituatur ei quem Titius declarabit & Titius declarat filium mutuantis Bal. in l. iubemus. s. r. C. ad trebell. Item præsumitur cum constet de damno, & non aliter Bal. in l. tutor C. de interd. mar. inter pupill. & tut. Item præsumitur ex nimis cautelis, Bal. in l. etiam C. de exec. re. ind. & in l. pen. C. de eni. Corn. in cons. 217. in 3. par. Item extra clausulam insolitam, ut per eum. in cons. 303. in d. 3. par. Item præsumitur ex qualitate personæ ut si est solitus fenerari Bal. in l. cum allegas C. de usu. Item præsumitur ex petitione clandestina, Bar. in l. barbarius. ff. de offic. prætor. Item præsumitur de facili inter coniunctas personas, l. non solum in prin. per Bar. ff. de rit. nupt. Item in donatione quæ sit coniuncte personæ si sit facta in præiudicium tertij, Paul. cons. 63. Item in hærede repudiante si possideat post repudiationem, Bar. in l. r. in prin. ff. si, quis omitt. causa. test. l. quia autem. s. si non simpliciter eo. ti. Item præsumitur in patre alienante

nante in præiudicium filiorum, quando provenit ad eam etatem, in qua filios habere non potest. Item quando facit ut prioret successione eum, qui deberet de iure succedere. c. 1. s. novi per quem fia. inuest. in vfi: feud. Item si alienat tituli lucratiuo, l. cum autem. ff. de his, qui infrau. cred. Item si alienat ti. oneroso pro modico precio, per l. diuersas C. mand. & l. si pupillus vers. si est in gl. & ibi Bar. ff. de auctor. tur. quod tamen est verum nisi ob causam necessariam fiat alienatio, l. mutus. s. manente. ff. de iur. dot. l. si cum dotem. s. sin autem. ff. solu. matr. Item quoties est iuris communis præsumptio, toties præsumitur fraus, Bar. in cap. pastoralis. de iur. patron. Item si fiat alienatio omnium bonorum ex ti. lucratiuo, l. omnes. s. Lucius & ibi Bar. ff. de his qui in fraud. cred. Alex. in conf. 89. in. 4. par. gl. & Bar. ff. de probat. l. patronus & in l. qui testamentum in si. vbi enim dicit quod fraus præsumitur eo, quod bona patris sunt apud spurium, quod etiam tenet, Bar. in conf. Cechus de spoletio. Item si fiat omnium bonorum etiam coniunctarum personarum l. si inter extraneos. ff. de donat. int. vir. & vx. Item si fiat clausula, l. hi qui C. de re. vend. Item si post alienationem alienans reperitur in possessione l. sicut. s. superuacuum. quibus mod. pig. iul. fol. nisi in donatione omnium bonorum, Item si detur in dotem filie extranei ergo si non proprie, l. si. s. item si extraneus. ff. de his, qui in fraud. cred. Item fraus præsumitur, si quis cito post condemnationem dat bona sua insolutum ad mandatum alterius iudicis, nam tunc excluditur a beneficio cessionis, l. si. de cess. bon. secundum. Rot. in decis. 261. Item ex paruitate precij, vel pensionis Bal. in cap. donare, qual. ol. feud. pot. alien. Item si fiat cessio alteri, qui cedat prohibito, vel si fiat procuratori cum pacto non reddendi rationem, in quem per statutum cessio prohibetur, Item si fiat a debitore scieta se esse inopem & habere multum æs alienum, Bar. in l. si quis cum hæres. ff. de his, qui in fraud. cred. Alex. in l. omnes. s. Lucius eo. ti. & ex his habes quod conclusio est euitanda ac etiam ex qua causa præsumitur fraus.

S V M M A R I U M.

- 1 Privilegijs alienis derogans suis priuatur.
- 2 Iustitia non est seruanda ei, qui alijs iustitiam denegat.
- 3 Prælati negligens facere iustitiam an incurrat in panam suspensionis.
- 4 Privilegium quibus casibus perditur.

- 5 Privilegium perditur per non usum debito tempore, & spatio 40 annorum.
- 6 Item si male utatur.
- 7 Item si ex eo inducatur alteri damnum.
- 8 Princeps concedens privilegium non presumitur concedere in preiudicium alterius.
- 9 Privilegium perditur si Princeps ex certa scientia indicat contra illud.
- 10 Item perditur per tacitam, vel expressam renuntiationem. Et etiam privilegium.
- 11 Item perditur per preiudicium privilegium derogatorium prae cedenti.
- 12 Item perditur per expressam revocationem concedentis.
- 13 Privilegium immunitatis concessum civitati, castro, vel villis non extenditur ad onera belli, pestis, vel alterius magis & necessitatis.

Centesimum Quinquagesimum Settimum Privi.

1



- E**CCLIA gaudet privilegio, quod si suis privilegijs priuandus est, qui alienis derogat. Fratres hospitalis Hierosolimitani conquesti fuerunt Domino Papae, & Archiepiscopi & Episcopi eius de suis malefactoribus iustitiam facere noluerunt privilegia ipsorum non recipientes, unde Papa scribit praelatis praedictis, quod ipsi pro certo sciant, quod ipse privilegia ipsorum praelatorum deestabit, cum ipsi obviare non timeant scriptis authenticis Romanae Ecclesiae, cap. dilecti filij.
- 2 de privileg. & excess. privileg. ratio fuit haec, quod Quia iustitia non est seruanda ei, qui alijs iustitiam denegat exhibere, & ita privilegiatus non admittens, vel conseruans privilegia alterius priuatur suis. Hinc inferitur, quod An praelatus negligens facere iustitiam incurrat penam suspensionis, de qua in c. cum aeterni. de re iud. lib. 6. Host. tenet quod non cum illud capitulum respicit, & punit facientem iustitiam, non negligentem, alias multi illaquearentur, idem Host. tenet contrarium per c. legitima. de appell. lib. 6. Unde puto sic esse distinguendum, quod aut praelatus stat terminis negligentiae ut, quia, qui iustitiam petit, ei facere negligit, & tunc habet locum dictum Host. aut negligentia resoluitur, in factum, ut quia contra iustitiam, & conscientiam denegat dilationem, & tunc locum habet pena, d. e. cum aeterni unde praestita occasione quod Queri potest quibus casibus privilegium perditur, quos notat specul. de inst. edit. s. nunc autem videndum perditur privilegium in pri-

privilegiatus facit contra privilegium ipsum cap. cum illorum
 de prebend. ext. cap. cum accessissent. de constitu. l. cum pa-
 ter §. libertis. ff. de leg. 2. & in l. auxilium. ff. de mi. in contra-
 rium tamē faciunt not. per Cyn. in l. voluntariē C. de excus. tu
 5 † Item perditur privilegium, per non vltimo debito tempore,
 cum vti potest, vt si quis habeat privilegium aundinarum,
 & stet negligens per decennium in eo vtendo l. i. ff. de iudic.
 Et multo magis perditur si fuerit negligens in non vtendo spa-
 cio 40. annorum cap. accedentibus, & cap. si terra de privileg.
 6 no. in cap. ad audientiam de rescr. † Item perditur si eo ma-
 le vtatur, seu abutatur, vt probatur i. r. q. 3. capi. privilegium
 & dist. 74. in cap. vbi ista & in autem, vt iud. fin. quoquo suff.
 § antep. Quarto perditur privilegium propter delictum eius,
 vt in l. filio. ff. de rit. nup. & in l. 2. C. vbi senat. vel clar. cap. ad
 7 aures, & cap. quibusdam. de pen. † Item perditur si ex eo in-
 ducatur alteri damnum enorme cap. dilecti, & cap. Quod per
 nouale. de decim. Et hoc multum notandum, quia de raro est,
 quod huiusmodi privilegium non inducat alijs damnum ma-
 8 gnum, huius autem constitutionis ratio fuit † Quia non est
 verisimile Principem, seu concedentem ius alterius præfens,
 vel futurum sic grauer, vel enormiter laedere velle. l. 2. §. sed,
 quid a Principe. ff. ne quid. in loc. pub. l. quoties C. de pracib.
 9 Imp. offer. † Item perditur si Princeps ex certa scientia iudi-
 10 cat contra illud cap. porrecta. de iud. † Item perditur per
 expressam, vel tacitam renuntiationem ipsius privilegij. l. si
 quis in conscribendo e. de pac. l. recusare. ff. ad Trebell. cap. li-
 11 cet de reg. iur. † Item perditur per posterius privilegium de-
 rogatorium præcedenti cap. i. de rescrip. cap. veniens de priui-
 12 leg. † Item perditur per expressam reuocationem conceden-
 tis cap. suggestum. de decim. l. iudicium soluitur. ff. de iud. in
 13 hoc proposito vnum valde not. † Quod Princeps, qui concef-
 sit castro, siue alicui ciuitati privilegium immunitatis, quod il-
 lud non extenditur ad onera belli, pestis, nec alterius magnæ
 necessitatis nisi de eis in specie sit dictum in privilegio Plotus
 in rep. l. si quando c. vnde ui. nu. 17. & est commis op. & ita ha-
 bes quod, qui privilegium alijs non seruat privilegium suum
 perdit, & quando privilegium perditur.

S Y M M A R I V M.

- 1 Sacramentum corporis Christi ieiuni accipere debemus.
- 2 Dominus debet discipulis suis non ieiunare, sed pransis corpus suum.



- 3 Panis Corporis Christi non incorporatur sicut ceteri cibi
- 4 S^a Elia Catherina de senis vivebat directim ex sola quotidiana Eucharestia.
- 5 Fructus Sanctissimi Sacramenti vide ibi.
- 6 Eucharestia non datur paruulis sed etas requiritur in masculo 14. & in femina 12. annorum.
- 7 Eucharestia infidelis demoniacis, & amentibus denegatur.
- 8 Eucharestia non datur alicui, qui post mediam noctem aliquid comestibile, vel potabile sumpsit excepto casu infirmitatis.
- 9 Sacerdoti an liceat non digesto cibo celebrare.

Centesimum Quinquagesimum Octauum Priuil.

1



2

ECCL^ESTIA gaudet priuilegio, quod † Sacramentum Corporis Christi ieiuni accipere debemus, fideles reprehēdebātur, quod in ieiunio reciperent Corpus Christi. † cum Dominus hoc dederit discipulis suis non ieiunis, sed pransis cap. liquido. de conse. dist. 2. Sed quare diuerso ritu utimur, cū ipse dixerit exemplū enim dedi vobis, & quemadmodū ego feci ita & vos faciat is, ratio fuit hæc, nam spiritui sancto placuit, vt in honore tanti Sacramenti prius in os Christiani dominicum corpus intret, quam ceteri cibi, ideo per vniuersum orbē mos iste seruatur, ratio autem ex quo dederit discipulis pransis, fuit vt in hoc Sacramento consumationem omnium Sacramentorum veteris testamenti, & agni Paschalis, quem ante māducauerant, & ceterorum monstraret, † Nec iste panis incorporatur sicut ceteri cibi, qui in stomacho digeruntur, vel non descendit in stomachum sicut ille cibus corporalis, vel non transit in substētationem cōporis, sicut ille, est enim cibus animæ, & non corporis cap. non est. de consecr. dist. 2. E quamuis legatur. † Diuam Catherinam de senis vixisse ex sola quotidiana Eucharestia, non vivebat quasi acciperet cibum Corporalem, sed spiritualement, quia Christus in hoc Sacramento vtiliter † manducatur, † Huius Sanctissimi Sacramenti fructus sunt, vt qui digne suscipit, manducatio hæc reducit ad memoriam passionem Christi, fidem confirmat, spem auget, charitatem inflammat, dat vitam gratiæ, Christo vnit manducantem spiritualiter, interna consolatione reficit, ipsum roborat,

ad

ad operationem boni sustentat, contra casumvenientem ex propria infirmitate munit, contra Demonis impulsu roborat, remittit ardorem carnalis concupiscentiæ, purgat veniale peccatum, & quandoque mortale, hoc facit manducatio sacramentalis, in quantum in Sacramento est virtus operatiua, spiritalis manducationis in manducante sufficienter disposito, & isti duodecim effectus significare possunt duodecim fructus ligni vitæ de, quo habetur in Apocol. cap. vult. † Sed cui danda sit Eucharestia, non datur paruulis, vt Græci antiquitus faciebant, quia illi non vtuntur vt Sacramento, sed vt communi cibo, ex quò carèt discretione, cap. paruuli de consec. dist. 2. sed ætas debita inspicitur in masculo quatuordecim annorum, in fæmina duodecim annorum cap. 2. de despons. Impub. cap. 1. de regul. lib. 6. † Infideli denegatur demoniacis & amentibus etiam denegatur † Non datur etiam alicui, qui aliquid comestibile, vel potabile post mediam noctem sumpsit, siue digesse rit, siue non. 7. q. 1. cap. nihil & d. cap. liquido excipitur tamen casus infirmitatis cap. præbyter. de consec. dist. 2. quando autem Sacerdos non digesto cibo possit cum bona conscientia celebrare, vel ne, vide cap. si cõstiterit. de actus, & ex illis habetur quomodo & a quibus sit assumenda Santissima Eucharestia.

S V M M A R I V M.

- 1 Sacerdotum præcibus Deus de cælis in Eucharestiam descendit
- 2 Descriptio Christi.
- 3 Anima infunditur in masculo spacio 40. dierum & in fæmina 80. dierum.
- 4 Panis in Corpus & Sanguinem Christi transubstantiatur.

Centessimum Quinquagesimum Nonum Privileg.



ECCLESIA gaudet privilegio †, quòd Sacerdotum præcibus de cælis in Eucharestiã descendit Deus. Ideo Magnum, & admirabile est, vera & de Deo loqui, nam odium & periculum imminet, non vt Deus, qui ipsa veritas est, egre ferat in pectore potius, quam in ore inesse, & si interna

interna sapius lingua docet, sed quia de eo uti re magis antiqua, sine principio, & sine, atque de erga nos eius affectu, de utriusque mundi pulchritudine, ut eius opera, de magnitudine utraque hemisphaeria amplectente, de Excellentia hominis, & velocitate intellectus, qui per omnia vagatur, de potentiori re, ut de necessitate, de tempore ut magis sapiente, & prudente, cum omnia renouet, & distribuit, aliqua dicenda se se offerunt animo, non ne exploratam videtur proposita in magna, potenti, admirabili deitate versari, qua idea, quo spiritu ardenti, impraescrutabilia haec ingredi, cui datum est? certe, qui ex nihilo ea procreavit, ipse solus scrutator, non ignorat, & abscondita in se claudit, sed si amore ductus tot incomparabilibus beneficijs collatis nos cumulatose esse sibi licuit, nihilominus eisdem sunt ita cara, & grata, ut concessa sapius repetit, cuncta euertendo, ne ignoremus nos hic sedem perpetuam non habere, & magis conuenire immortalitati, quam mortalitati studere, Ideo nos met ipsos nocere prodest, pergratumque habet, quod non est nostrum capescendum vetatur cupiditate tamen ducti aliqua corde inspicimus, sed omissa ingratitude nostra incomparabilique tua o Domine pietate inspecta, accedo undique flammis perfusus, aliqua pro posse attingere, ut democritias, monarchias, hierarchias, Santissimam Eucharistiam non solum internis oculis videre, verum oreque proprio referre valeam, tu igitur, qui cuncta vides, & regis, ut te perfectum Fidei enarretos meum, rectum sensum instar animi quem voueo, re noua, & concede, primo magis antiquum te Deum, amoremque tuum appellamus, cum vna & eadem sit persona incorporata, & aeterna, neutriusque origo ab infinito in infinitum cadit, nam ex chaos traxit originem, in chaos accedit, non ut ad informem mundum, sed ut ad Gordianum nodum, chaos igitur per distinctionem elementorum clucescit, & in eo insitus amor non intelligitur distinctus, sed perfectus in qualibet parte, nec procedit argumentum, quod in separatis vna sola res, si separata non dicatur perfecta, nam si speculum frangatur, in quilibet parte effigies effigiatu inspicitur, cum Deus nihil aliud sit, quam verus, & purus amor, omnibus insitus, per cuncta porrigitur, & omnium, quae secundum naturam sunt operum auctor, & scrutator, ac artium singularum magister, & Dominus est tres perfectio gradus in natura considerantur superiora, inferiora, equalia, quae supra sunt inferiorum sunt causae, quae infra superiorum

riorum opera, quæ æqualia eadem inter se natura sunt, prædita causæ vero opera sua, tanquam sui partes, & imagines diligunt, opera causas, tanquam sui conservatrices expetunt, quæ autem in eodem ordine locata sunt, inuicem mutua charitatæ afficiuntur Ideo Deus Angelos, & Angeli cum Deo simul animas quadam benevolentia regunt, atque gubernant, in quo superiorum ad inferiora dilectio planè conspicitur amorem diuinum quandam iustitiam commiscenque virtutem esse intelligo, quæ superiora ad inferiorum providentiam mouet, ac postremo inferiora admonet, vt ad potiora sublimioraque conuertantur hic amor est beatissimus, quia pulcher, & bonus est, beatum ait Philosophus esse, cui nihil deest, idque esse illud quod est ab omni parte perfectum, est autem perfectio interior, quædam est & exterior, interior em exterior em pulchritudine dicimus, quod bonum penitus est, & pulchrum id rãquam ab omni parte perfectum Beatissimum nuncupamus, in omnibus interna perfectio producit externam illam bonitatem, hæc pulchritudinem appellare possumus, & ita pulchritudo est, quid incorporeum, ratio pulchritudinis corpus esse non potest, quoniam virtutibus animi, quæ incorporee sunt, si pulchritudo esset corporea, minime conueniret, tantum abest, vt corpus sit pulchritudo illa est vera animi pulchritudo, quæ in veritatis & virtutis claritate consistit, quæ duntaxat in Deo est, verus splendor lætitiæque vberissima, ex fecunditate amoris anima procreata, & in ea lumen veritatis quodam miro modo conspicitur Ideo æternitate gaudet, quæ si non ita esset, illa immortalitate indigna iudicaretur, Ideo pro ea conservanda, omnes leges & doctrinæ contemnunt turpia, & anfractus, iusta, honestaque suadent, de hac nunc dicendi non est locus, alia est pulchritudo vtriusque mundi, sed de eo in quo resident Deus, Angeli & beatorum animæ, nihil tangam, eum certum sit adificatum diuersum præter diuinum cohabitari non posse ab ipsis, nam alias carerent illa diuina gloria, quam hic commorantes dissolui cupiunt videre, & cum ea esse huiusmodi machina, est corporea, due igitur sedes parate sunt, vna corporis, altera animi, vnum materialibus elementis nutritur, alia cælesti Ambrosia & nectaris potu sustinetur ò infinita providentia Dei, vere vt eius opera detegitur, non indecens est a pulchritudine pulchritudinem oriri, vndique machina hæc admirabilis, distinctis elementis terram herbis quod medicamentis floribus, arboribus, brutis aerem

aerem

aerem aëribus, aquam piscibus, induxit, creauitque ignem ad calefaciendum instar animæ, quæ igneam materiam præstat, colles ad vinum, planiciem ad frumentum, montes ad ligna, & lapides ad ædificandū, aquam ad mundandū, aerē ad refrigerandum, ventorum afflatus ad vegetandum, mineras pro metallis effodiendis, maria, lacus, flumina prouehendis, mercaturis, & negocijs, balnea pro infirmitatibus animalia pro seruitute, & victū produxit, pro tecto cælum, pro lumine lunam, sydera, solem, non ne adsunt quam plurima alia beneficia in nos collata, quorum numerus est infinitus, magnitudo incomprehensibilis, non ne hæc profecta sunt ab amore diuino, amor igitur sumopere humano generi beneficus, curator, tutor hominum, atque medicus, magna hæc machina, & delectabilis est, in qua ea omnia comprehendunt, quæ ad vsum & commodum humanum in quacunque re necessaria sunt, sed maior est ea locus detinēs, de cuius magnitudine mens nostra incapax extitit, ideo cum eius ambitū Astrologi describere non possent, punctum fingunt, omiſſa hac descriptione, ad excellētiā hominis enarrandam pergo, & cum Mercurio trimegisto initium summam, magnum miraculum, est in quo quidem duo valde consideranda sunt, vnum quod sit Deo similis effectus, aliud quod omnimodam potestatem eidem tribuerit, & Paulominus ab Angelis diminuiuit, impræscrutabile inquam ministerium, incredibile, postea effectum credibile, increatū creatumque effici, & hominē sibi ipsi adequasse. Descriptio Christi creatus igitur homo mediocris staturæ cum vultu hylari, sed aspectu graui, & pertimendo, ac horribili in admonitione, cum barba bifurcata, & capillis pendentibus vsque ad aures cum discrimine, more Nazareorum coloris nucis auelanæ præmaturæ, oris & nasi absque repræhensione, qui non vt ignoretur eius diuinitas, morbo male vexatos sanabat, & mortuos ad vitam excitabat, qui nūquam risit, sed fleuit, enimvero ille amore ductus non ignorans futura, vt patris ira auerteretur præces obtulit atramen deludi, percuti, clauis affigi, & tandem mori permisit amor omni quocunque amore excellentior, amor, qui ore, & in corde celebrari, formarique non potest igitur essentia nostra Dei est, ipse nos fecit, non ipsi nos, animæ interuentu, cuius status primus apud eum immobilis est, alter, qui continet duplicem felicitatem, alter animæ impuræ consideratur, post mortē ¶ Hæc in masculo 40. dierum spacio, & in femina 80. infunditur

etur, dist. 5. in prin. gl. in verbo 40. & ita ex limo quasi excuijs
inducta remanet, sed ut percipi possit, quod omnia tam cele-
stia quam terrestria pro vsu æterno, & alibi seruitute constructa
fuerunt, videtur, quod solus Homo erectum corpus ad cælum
suam sedem æternam ad differentiam bruti, caput tot lumini-
bus accintum, tot sensibus ornatum habet, duos etiam oculos,
Lunam & Solem, duas aures Martem, & Mercurium, duas na-
res Iouem & Saturnum, vnum os Venerem, ostendentes, cogi-
tatiuam cælum crystalinum, memoriam thesaurum cæli em-
pirei, Philosophiam ob acumen Mineræ docentis naturalia,
& supra naturalia, cui intellectum ut in via recta deambulet,
salutem, iustificationem, Fidem, Spem, Charitatem, dedit
Deus, consiliū ut auerteretur a malo, timorem vt eidem præste-
tur honor, pietatem ut egentis misereretur, fortitudinem ut
animo intrepido aduersos sustineret, sopheriam ut intelligeret
quod decet, pro eius salute eidem forma legum ex longa con-
suetudine, & ex accidenti data est, ab hominis architettura om-
nes fere artes initium sumunt, Arithmeticham manuum & pe-
dum digiti ostendunt, Geometriam verò cum manibus & bra-
chijs cruribus distractis & attractis has absque alijs instrumen-
tis formas rotundas, ouales, quadratas, triangulares, lineas
rectas formando ostendit, ciuitates instar hominis ædificate,
menia cutem representant, turres corda, super quibus ascen-
dunt intellectus ad eas custodiendas, epar a quo scaturiunt tot
arterie, leges denotat, bene collocata membra domos intesti-
na, habitatores demonstrant, ab homine Respublica capit for-
mam, Dominus caput, brachia regentes, nobiles corpus, plebs
crures denotant, innumerabilia inquam beneficia collata sunt
non ne maius est lapis serpensinus, porfidus ac ferrum quam
durissimi alio ferro inciduntur, temporum antiquitate, &
vsu consumuntur, adamas sanguine demolitur, silex unda do-
matur, pedum uerò plante quæ currunt & discurrunt nunquã
demoliuntur, quisque igitur animaduertat si hæc obligant &
ligant, nullus gradus armoniæ cælestis similis percipitur, quæ
motu proprio uersatur circumferentiam mouens diuerso soni-
tu beatitudinem animæ præstat, nisi homo in terris eidem simi-
lis, cum nihil aliud sit quam quædam congeries carnis, ossis,
sanguinis, & membrorum, quæ est tota armonia, nam manus,
pedibus concordantur, crura corpori, corpus capiti caput cū
oculis omnibus inseruit, homo igitur amore diuino cælestis ap-

prensibilis, & comprehensibilis est, hoc enim suadet præter
 etiam enarrata Deus, nec Villas, nec Castra, nec Ciuitates con-
 didit, sed terram producentem herbas, flores, plantas, fontes,
 flumina, Maria, attamen instar chori cœlestis in quo mansiones
 quam plures sunt, in eisque scœlitate gaudentes animæ sedēt.
 Ideo hominis ita potuit vt in terris ædes Pallatia, Villas, Ca-
 stra, Ciuitates atq; alia superba infinita ædificia sibi parauerit,
 & sicuti cœlestia quodam splendore decoreque nitescunt, &
 terra uirentibus herbis induitur, ita hæc ædificata ut artis po-
 tentia, quæ imitatur naturam in quantum potest, uideatur
 quandoque auro, argento panis sericis, alijsque ornamentis
 ex industria hominis decorantur, Deus igitur naturalia, cœle-
 stiaque imitari homini præstat, homo de terra formatus, con-
 ceptus in culpa natus ad pœnam, qui agit praua, quæ non licēt,
 turpia quæ non decent, uana quæ non expediunt, conceptus
 in pruritu carnis, in feruore libidinis, in fetore luxuriæ, in la-
 be peccati, natus ad laborem, dolorem, timorem, & quòd mise-
 rius est ad mortem, agit praua quibus offendit Deum, offendit
 proximum, offendit se ipsum, agit uana, quibus negligit serua,
 negligit utilia, negligit necessaria, agit turpia quibus polluit
 conscientiam, polluit personam, & tamen effectus similis Deo,
 hinc percipitur amor perfectus, nam nisi fuissent peccata neq;
 ipse Deus miserationem suam ostendere ualisset, uere misera-
 tionē præbuit, cū noluerit armoniã intrinsecã hominis per ex-
 trinsecam extinguere, sed perpetuo uiuere, si uehemens cogita-
 tio mouet interiores, atque in his excogitate rei pingit imagi-
 nem mirandum si huiuscemodi cognitionibus opera daretur,
 quòd etiã est homini propriũ tribueretur Deo, hoc prætermi-
 tit, quia magis prægnantes delicias suas cupit, quam æterna
 cogitat, carior est ei ingratitude, quam salus, & penitus desitu-
 ta Fides Superbiæ, incumbit quæ turrem euertit, linguam con-
 fundit, prostrauit Goliath, suspendit Aman, interfecit Nicano-
 rem, peremit Antiochum, Pharaonem sumersit, Senacherib
 interemit, Holophernis, caput amputauit, omnes demum ini-
 quitates ab hac profluunt, & tamen huic uitio quam cœteris
 incumbit, quid enim homini prodesse possunt scientiæ, si scien-
 tiarum omnium rectorem ignorat, profecto mirabile est, mo-
 tus cœlestes præscrutari, futura uaticinari, cunctaque Lunæ So-
 lis, Iouis, Martis, Veneris, rimari, & ad salutē decencia omitte-
 re, & negligere, uerba sapientium quæ sunt sicut stimuli, & qua
 si clauis

si clavi in altum dæfixi, faciendi plures libros, nullus est finis, frequens meditatio carnis afflictio est, finem loquendi pariter omnes audiamus Deum time, & mandata eius observa hoc est omnis homo, cuncta quæ fiunt adducet Deus, in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum sit, ad hanc mensam paratam vocatur, in qua nihil deest, sed apposita super ea admodum considerata, quòd nulla res est potentior necessitate, quam illi tres iuuenies custodes Darii dormientis, certantes ut quis eorum potentior rem deduceret à Rege mumeræ obtineret, vnde vnus vinum, alter Regis potentiam, tertius vero mulierem dixerunt, sed super omnia veritas, nam veritas ipse Deus est, quem necessitate coactus quisque amare tenetur, cum amor non auro, sed amore consimili soluatur, hominem igitur necessitas, ut potentior quacunque re vrget, & ad quid amare, quo nihil dulcius est, sed quem amare ipsum proprium amorem, quòd fieri potest, tempore prudenti, & sapienti non abutendo quod omne dat, & aufert, nec illud conterendum sed egenis cum re distribuendum, hoc præsertim, ut carius Deo proficit homini, qui etiam dietim cor suum eidem sacrificat, qui ita se se gerit, fideles Democratias obtinebit, opulentas Monarchias possidebit, sælices Hierarchias tenebit, parui refert amare, sed ab eo fructus maximus profluit, huius amoris species locum non capit, & ob eius altitudinem, & profunditatem non capitur, ideo recta ampleque Dei locutio silentium est, tamen donum ineffabile, & incòprehensibile non esse prætereundum censeo, cum datum sit homini Dei inimico mysterium Eucharistiæ, dignitas omni alia quacunque dignitate excellentior, quæ talis, & tanta, est quod impossibile sit humanis sensibus exprimere, † Cum panis in corpus, & sanguinem Christi transubstantiatur, cap. ante benedictionem. de consecratio. dist. 2. adeo, quòd vndique infinitus amor detegitur, de quo perfectam salutem Ecclesia ita sentit, quod pari modo vera locutio silentium est.

Hoc fuit prætermissum

S V M M A R I V M.

Filii in concubinato nati non succedunt clerico in illis duabus vncijs.

Ppp 2 Centesimo

Centessimum Octuagesimum Octavum Privilegiũ.

Ecclesia gaudet privilegio, quod filii in concubina-
tu nati non succedunt clerico, etiam in illis dua-
bus vncis in quibus de iure civili succedunt natu-
rales filii cum eorum matre in bonis patris Auch.
de trient. & semit. s. consideremus, & in Auth. li-
cet C. de natural. lib. & ita sentit Bal. in l. paren-
tes. ff. de in ius. vocan. qui dicit hanc opinionem disputando
tenuisse Ricar. Mal. Ratio autem istius privilegii est quia con-
cubinatus est magis prohibitus clericis quam laicis cap. vt cle-
ricorum de vita, & honest. cleric.

F I N I S.

*Ad gloriam omnipotentis Dei ac Beatissime Vir-
ginis Matris Mariæ, & ad utilitatem Reipu-
blica Christianæ.*

REPER-